UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petri Ridolphini J. C. Nobilis Cortonensis, Patritiiqve Romani, Ac Protonotarii Apostolici, De ordine procedendi in Iudiciis in Romana Curia Praxis Recentior

Ridolfini, Pietro

Coloniae Agrippinae, 1680

Pars Prima De Causis Executivis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-99137

Visual Library

PETRI RIDOLPHINI J. C. NOBILIS CORTONENSIS, PATRITIIQUE ROMANI

DE ORDINE PROCEDENDI IN IVDICIIS IN ROMANA CVRIA

Praxis recentior.

PARS PRIMA.

SVMMARIVM PRÆFATIONIS.

1 Vdicij, ac illius praxis origo antiquissima fuit à Deo.
2 Deus formavit Adam de limo terræ in agro Damasceno.
3 Deus collocavit Adam in paradiso terrestri, & ad quid.
4 Deus præcepit Adæ, ne de ligno scientiæ boni, & mali comederet.
5 Deus ædificavit costam in mulieren in adjutorium Adæ.
6 Eva à Diabolo seducta, de ligno vetito comedit, & dedit Viro suo, qui etiam comedit.
7 Citatio est de jure divino uti à Deo inventa.
8 Processus contra Adam, & Evam, ac serpentem, ac sententia contra eos à Deo lata.
9 Deus ab initio mundi Iesum Christum ejus filium ex Maria Virgine nasciturum, declaravit verum Deum, & hominem.
10 Pœnæ Adæ, ac Vxori pro transgressione à Deo inflictæ.
11 Deus expulit Adam, unà cum uxore Eva de paradiso, ut operaretur terram.
12 Temporis plenitudine adveniente misit Deus Iesum Christum filium ejus, factum ex Virgine, ut mundum redimeret.
13 Christus est summus Pontifex secundum ordinem Melchisedech, & verus pastor bonus.
14 Christo Iesu data est omnis potestas in cœlo, & in terra.
15 Christus Simonem Ioannis in primum Apostolum vocando Petrum appellavit, ejusque in terris Vicarium elegit.
16 Petrus Cephas, hoc est caput, primus, & summus Apostolorum, seu Papa, interpretatur.
17 Petrus fundamentum Ecclesiæ destituitur.
18 Petrus dum sic à Domino vocatur, primus Papa constituitur.
19 Christus contrivit caput Diaboli.
20 Christus resurrexit à mortuis.
21 Christus Iesus iturus in Cœlum, Petrum jam electum ejus Vicarium summum Pontificem creavit, illique, & per eum etiam ejus successoribus potestatem, ac jurisdictionem amplissimam concessit, & reliquit.
22 Ecclesia beatum Petrum in die Cathedræ ipsius pastorem, ac Regem simul vocando canit.
23 Petrus per duodecim annos Antiochiæ, per viginti quinque annos Romæ Ecclesiam gubernavit, ac demum Clementem sibi in Pontificatu successorem elegit.
24 Clemens liberè cedendo Papatui, Linum, & deinde Cletum sibi præferri permisit, & sic quartus summus pontifex fuit.
25 Sedes Petri sola stabilis est.

26 *Papa recipit sanctitatem à sede Apostolica.*
27 *Summi Pontifices unus post alium super beati Petri sedem & pontificatum evecti sederunt & num. 24. in fin.*
28 *Papa dicitur, quia est Pastor pastorum, seu Pater patrum.*
29 *Papa universalis Princeps pastorum à Constantino Imperatore appellatus est.*
30 *Papa est Ordinarius Ordinariorum.*
31 *Papa est Successor Petri.*
32 *Papa dicitur papè, dictione admirativa, quasi admirabilis.*
33 *Papa est Dei Vicarius & Vicesgerens in terris.*
34 *Papa est Deus in terris.*
35 *Papa omnes judicat, & à nemine judicatur.*
36 *Papæ judicium Deus suo fine quæstione reservavit arbitrio.*
37 *Papa amplissimam potestatem nemo restringere potest mortalium.*
38 *Defectus potestatis in Papa non admittitur.*
39 *Dubitare de Papa potestate nefas est.*
40 *Papa potestatem sibi à Deo traditam sepe per seipsum exercet.*
41 *Legati, Patriarchæ, & omnes Prælati totius Orbis recipiunt potestatem, ac jurisdictionem à Papa.*
42 *Legati, & Gubernatores status Ecclesiastici, & judices urbis accipiunt jurisdictionem à Papa.*
43 *A. C. habet à Papa facultatem ligandi, & coercendi per censuras, & ab illis solvendi, & jus reddendi in variis causis tam in urbe, quam in orbe.*
44 *Causæ civiles aut sunt executivæ, aut summariæ, aut ordinariæ.*
45 *Hominum crescente malitia diversas leges promulgare, & judiciorum genera invenire fuit necesse.*
46 *Iudicium aut est executivum aut summarium, aut ordinarium.*
47 *Ordo procedendi in causis civilibus in curia hisce temporibus in pluribus innovatus est.*
48 *Hinc praxis hæc recentior in lucem prodijt.*

IN PRAXIM IVDICIARIAM Præfatio.

1 PRaxis Judiciariæ † originem antiquissimam fuisse, & à judicio exordium duxisse, nemo est qui nesciat. Deus optimus maximus etenim ab ipso mundi primordio Judicium, illiusque praxim instituit *spec. in proœm. 1. part. nu. 24. Maran. de ord. jud. part. 3. num. 132. & seq.* cum enim † Adam primum hominem de limo terræ in agro Damasceno formasset, *ut per Glos. in l. assumptio. §. filius in verb. non domicilium, ff. ad municip. & de incol. Oldrad. cons. 25. num. 2. Card. Tusc. lit. A. concl. 173.* collocavit † eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret 4 illum, deditque ei Deus hanc legem, † de omni ligno paradisi comedes, de ligno verò scientiæ boni, & mali ne comedes; in quo enim die comederis ex eo, morte morieris. Cum autem non esset bonum, hominem esse solum, & 5 obdormisset, † tulit Deus unam de costis ejus, & ædificans in mulierem, illam Adæ in matrimonium collocavit, *Genes. c. 1. & c. 2.* hac 6 † ab antiquo serpente humani generis hoste seducta tulit de ligno vetito, & comedit, *c. serpens de pœnit. dist. 1.* deditque viro suo, qui 7 etiam comedit; quare Deus † jus contra Adam redditurus post meridiem accessit, eumque citavit, dicens, ubi es? & interrogatis 8 † Ada, & Eva uxore, habitaque illorum confessione, quod de ligno vetito comedissent, auditisque illorum defensionibus & exceptionibus, Adæ scilicet, quod mulier ei de ligno dedisset; mulieris verò, quod eam serpens decepisset, sic actitato processu, contra omnes definitivam protulit sententiam, & singulis suas criminales pœnas afflictivas constituit; serpenti omnium malorum auctori eam inter 9 cæteras pœnas imposuit, scilicet inimicitias † ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus, *Genes. cap. 3.* in quibus verbis Deus Christum Jesum filium ejus ex immaculatâ Virgine nasciturum, verum Deum, & hominem, qui caput Diaboli contereret, non obscurè declaravit *Index Biblic. in verb. Christus, Cajet. in Genes. cap. 3. ubi noviss. Paul. post alios sanctus Leo Papa sermone* 10 *secunda de Nativitate Domini.* Adæ autem † inter alias eam pœnam constituit, ut in sudore vultus sui vesceretur pane suo, donec reverteretur in terram, de qua sumptus fuerat; Evæ verò, ut in dolore pareret, & sub viri potestate esset: quam quidem sententiam inappellabilem Deus debitè executioni 11 demandavit, ac † Adam una cum uxore Eva de paradiso ejecit, ut operaretur terram, *Genes. d. c. 3.*

12 Cum autem venisset † plenitudo temporis, ut etiam contra serpentem sententia plenariæ executioni in reliquis mandaretur, misit Deus filium suum factum ex muliere, hac sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus, *Apost. ad Galat. c. 4. n. 4. & seqq.*

13 Et huic, † qui est omnium summus Pontifex secundum ordinem Melchisedech, & verus Pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis, *Isaiæ cap. 40. num. 11. Matth. cap. 26. num. 30. & seq. Marc. cap. 14. num. 27. & seq. Ioan. cap. 10. num. 11. Apost. ad Hebr. c. 13.* 14 *n. 20. 1. Petri c. 2. n. 25.* data † est ab æterno Patre omnis potestas in cœlo, & in terra, *Matth. cap. 28.*

15 Igitur Christus Jesus Dei filius (ne post ejus ad æternum Patrem ascensum deesset in terris, qui eius loco Ecclesiam regeret, & omnes per sese, vel alios judicaret) Simonem Joannis à Bethsaida Galileum primum de navi in Apostolum vocavit, eique à se petra imposuit nomen Petrus, *Ioan c. 1. n. 43. Marc. c. 1. n. 16. Luc. c. 6.*

c.6.n.14.Matth.c.4.n.18. & c.10.n.2.can.1.21. dist. quem per consequens ejus in terris Vicarium delignavit, & in Summum Sacerdotem
16 elegit,d.c.1.21.dist. Petrus † namque Cephas, hoc est Caput, & Primus, ac Summus omnium Apostolorum (seu Papa) interpretatur, c.Vigilius de primat.Eccl.Roman.Concil.vol. 1.c.ita Dominus 19.dist.c. Sacrosancta 22. dist. Vigil. Papa Epist.decret.2.c.7.Concil.vol.2. Qui inviolabilis
17 petræ † firmitate donatus fundamentum Ecclesiæ definitur, Matth.c.16.n.17. & seqq. Beat. Clem.in Epist.1.ad Iacob. fratr.Domin. S.Leo Papa epist.decret.52.col.2.& Epist.87.in princ. Concil. vol. 2. Deum sic à Domino vocatus primus Pa-
18 pa, † seu Pontifex constituitur, S.Anacl.Papa epist.decret.2.col.5.Concil.vol. 1.c. in novo testamento 21.dist.

19 Postquam autem Christus † Dominus contrivit Diaboli caput, dum Diabolus ejus humanitati insidiando mortem procuravit, Cajet. in
20 Genes.c.3.cum tertia † die, secundum scripturas,
21 surrexisset à mortuis, iturus in Cœlum † ob id eundem Simonem Petrum jam antea electum ejus in terris Vicarium, Summum Pontificem, ac Pastorem omnium creavit, & reliquit, illique, qui eum præ cæteris diligebat, non uti Simoni, quo is nomine antea in seculo vocabatur, sed uti Petro, hoc est Principi Apostolorum, ac Pastorem, Summo Pontifici, & Papæ, & sic in illo, ac per illum etiam Successoribus illius ampliſſimam ligandi, atque solvendi, agnos, oveſque pascendi, ac regendi potestatem concessit, tradidit, & cœlestis simul, ac terreni Imperii jura commisit, Matth.c.16.n.17. & seq. Ioan.c.20.n.21. & seqq.& c.21.n.15. & seqq. c.solita de major.& obed.c.quanto de translat.Episc. c.ad Apostolicæ. §. nos itaque de re judic. in 6.Bonifac. VIII. in extrav. unam sanctam de major. & obed.c.ita Dominus 10.dist.c.omnes 22.dist.Maran. de ord.jud.par. 3.n.70. & seqq. & n.73. Caballin. ad Ægidian. in prooem.in ver.Ecclesiæ lib. 2. & c. 37.in verb.potestatis n.2. & seq.lib.4. latè Anchar. cons. 40. n. 2. & seqq. quod latius comprobat Cam-
22 peg. de pot. Pap. c.2.& seq.& c.13. Proinde † Ecclesia sacrosancta in die Cathedræ ipsius beati Petri eum Pastorem, ac Regem simul vocando canit. Tu es Pastor ovium Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus claves Regni Cœlorum

23 Petrus verò cum per annos duodecim Antiochiæ, & per annos viginti quinque Romæ Ecclesiam rexisset, de proximo ejus martyrio à Deo edoctus, Clementem de Monte Cælio sibi in Summo Pontificatu successorem delegit, Beat.Clem.d.Epist.1.ad Iacob fratr.Domin.princ.c. si Petrus,& c. unde ipse 8.q.1. Card.Tusc. lit.E. concl.57.n.1.

24 Sed † Clemens, nè in exemplum traheretur, quod imposterum quis posset sibi in Pontificatu eligere successorem, liberè cedendo Papatui primò Linum, & deinde Cletum, qui etiam Petri coadjutores fuerant, sibi præferri permisit, adeo quòd quarto loco, & sic post Cletum Pontificatum gessit, c.si Petrus, & ibi glos. 8.q.1.c. 2. ubi glos. in ver. videbantur de renunciat.in 6. Platin. & alij Hist. in tract. de Vit. Pontific. Card.Tusc. concl. 57.n. 1. Unde disputat mundus an Clemens fuerit quartus, an secundus, Glos.in d.c.si Petrus in verb.aut eligendi, Et successivè alii Summi Pontifices unus post aliu n super ipsius beatissimi Principis Apostoli Petrum
25 Cathedram, seu Sedem (quæ † sola stabilis est, S.Leo I.d. Epist.decret.52.col.2. Concil. vol.2.à
26 qua † Papa claritatem, & sanctitatem recepit, c. non nos 40. dist.glos.in c.sic omnes in ver. Petri
27 19.dist.) ad Summum Pontificatum, seu Papatum evecti sederunt, Platin. Ciaccon. & alij in tract.de Vit.Pontif.Bullar.Roman. tom.1. & seqq. Card.Tusc.d.concl.57.& alij.

28 Summus igitur Pontifex † Romanus, qui etiam Papa, hoc est, Pastor Pastorum, seu Pater Patrum vocatur, glos.in proem.Clem. §. hæc sanè in verb. Papa in fin. Abbat. Græci in Synod.Laterc. consult.2.col.1. Concil.vol.3. & universalis †
29 Princeps Pastorum appellatur à san, me. Constantino Imperatore in ejus divina Jussione ad Synod.Epist.Sedu antiq Romæ col.2. Concil. vol.3.
30 est Ordinarius Ordinariorum, c.si à Sede de præben.in 6.Clem.1.ut lit.pend. Rom.cons.335. n.7.& seq.Verall.dec.382. n.3.part.1.Ror. in Cortonen. Plebaniæ 1. Iulij 1633. coram R.P.D. Gheisterio decis.228.n.2.par.6.recent. & in Ianuen.Abbatiæ 14.Martij 1635.coram eodem decis.
31 28.n.28.par.7.recent. & † successor Petri, c.factus est Cornelius 7.q.1. latè Camp.de potest. Pap. c. 14. ubi plura cumulat Gravat. ad Vest. in prax.lib.
32 1.c.1.n.3. & dicitur † à Papæ dictione admirativa, quasi admirabilis, glos.in d.proem.
33 Clem.§.hæc sane in verb.Papa; Quia est † Dei Vicarius, & Vicesgerens in terris, c.2.& c.3.de translat. Episc.c.ad Apostolicæ, §.nos itaque de re judic.in 6.Clem.1.§.ideoquè de Magist. Clemen. 1. §. nos igitur, & ibi Card.de sent. excom. glos. in d. proem. Clement. §.hæc sanè in verb.Papa.Bart.in Extravag.ad reprimendum in vero per edictum n. 5.Scacc.de appellat.c.2.q.8.n.62.

34 Quintò Deus in terris, ut ait Bald. in l. fin.C. Jenten.rescind.non poss.Dec.in c.1.n.15. de constit. Felin. in c.ego N. col.2. vers. & ideo de jure jur. Card.Paris.cons.5.n.75. & cons.68.n.161. qui
35 omnes † judicat, & à nemine judicatur, c.si Papa 40.dist.glos.in c.non liceat in verb. Papa 12. q.2.Clar. in §.fin.q.35.n.3. cuius judicium †
36 Deus suo fine quæstione reservavit arbitrio, c. alitorum 9. quæst. 3. cujus ampliſſimam potestatem † restringere nemo potest mortalium,
37 Rot. decis.72.n.9.par.7. recent. in quo defectus
38 † potestatis non admittitur, Rot.dec.219.n. 2.& n.6.par.7.recent. cum omnia possit, Matth. c.6.c.proposuit de concess. præben. c. sancta per
39 mundum 9. quæst. 3. & de cujus † potestate dubitare nefas est, ac sacrilegium, c.si quis suadente Diabolo §. qui autem 17.q.4. l.2.C. de crimin. sacrileg. cum aliis, quos refert, & sequitur Rot.decis.220.n.3.par.7. recent. hanc † potè-
40 statem, ac jurisdictionem sibi à Deo traditam sæpè per seipsum exercet, c.per venerabilem. §. rationibus. qui fil.sint legit. c. venerabilem de elect. glos. in c.omnes in verb. Cœlestis 22. dist. latè Castill. de Bovadill. in Polit. par. 1. l.2. c. 17. num. 4.& 5. ubi alios cumulat sub lit. Q & sub lit. A.

41 Neque ſolum ſummus † Pontifex per ſe ipſum, ſed etiam per alios juriſdictionem exercet, & diverſis iudicibus concedit eandem tam in urbe, quam in orbe legatis ſive natis, ſive miſſis, ſive de latere, *c. 1. & c. 2. de offic. deleg. in 6.* necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & omnibus Prælatis totius orbis, *c. quamvis 21. diſt. Veſt. in prax. lib. 1. c. 1. late Gonzal. ſuper*
42 *regul. Cancell. in §. 1. prooem.* & legatis, † ac Gubernatoribus ſtatus Eccleſiaſtici, *Sixt. IV. conſt. 1. ſicut Clem. VII. conſt. 25. Onus, ſecundum antiq. impreſſ.* ac demum judicibus Romanæ curiæ, de quibus *late Veſtr. in prax. lib. 1. & lib. 2.*

43 Verum inter cæteros Romanæ curiæ † judices, quibus ſummus Pontifex juriſdictionem contulit, unus eſt auditor R. C. Apoſtolicæ, cui ligandi, ac per cenſuras Eccleſiaſticas coercendi, & ab illis ſolvendi, necnon in pluribus, ac diverſis cauſarum generibus jus reddendi nedum in urbe, ſed etiam in orbe, tam in civilibus, quam in criminalibus (non tamen in beneficialibus) poteſtatem, ac juriſdictionem conceſſit, *Pius IV. conſt. 74. inter multiplices, in princ. ſecundum antiq. impreſſ.* prout caſus, in quibus ipſe jus reddere poteſt, conſpicere licet in ampliſſimis facultatibus ei tributis poſt alios *à Paulo V. conſt. 28. Eximiæ.*

44 Civiles cauſæ omnes, quæ in hoc A. C. † & aliis urbis tribunalibus vertuntur, (nam de criminalibus in præſenti agere non intendimus) aut ſunt executivæ, aut ſummariæ, aut ordinariæ, licet enim poſt judicii originem, & poſtquam homo factus eſt, ut ſupra incola terræ, cum hominibus excreverit etiam hominum
45 malitia † & ob id, humanis neceſſitatibus ſic exigentibus ut unuſquiſque honeſte viveret, alterum non læderet, & jus ſuum unicuique tribueret, quæ ſunt tria juris præcepta, §. *juris præcepta, Inſt. de juſt. & jur.* diverſas leges promulgare, diverſaque judiciorum genera adinvenire
46 operæ pretium fuerit, nihilominus † omnia ad hæc tria potiſſimum referuntur, nam judicium aut eſt executivum, aut ſummarium, aut ordinarium.

47 Verùm quoniam † ordo procedendi in his civilibus cauſis in pluribus eſt innovatus, quomo-
48 do in eis † recentioribus hiſce temporibus, & ſignanter coram A. C. procedatur, ut infra indicare junioribus non ingratum fore exiſtimavi-

SVM-

SVMMARIVM CAP. I.

1 Auditor Cameræ habet facultatem procedendi exequutivè in pluribus causis, & quomodo.
2 Papa solebat olim quædam negotia in camera sua cum voto nonnullorum prælatorum expedire.
3 Clericorum camera origo antiquissima unde processerit.
4 Subditi Papæ ex statu temporali cœperunt antiquitus ad cameralem ejus audientiam recurrere.
5 Papa multiplicatis negotiis, variissimè solet hodie in camerali audientia convenire.
6 Cardinalis camerarius S. R. E. est caput audientiæ cameralis à papa constitutus.
7 Camerarius S. R.E. usque ad tempora Innocentij I. præerat ærario Papæ.
8 Camerarius S. R. E. olim redditus Ecclesiæ, seu eleemosynas pauperibus erogabat.
9 S. Laurentius tempore S. Sixti I. fuit S. R. E. Camerarius, qui redditus Ecclesiæ erogabat Egenis.
10 Papa ipsemet hodie eleemosynas ex ærario pauperibus erogat per manus ejus eleemosynarij.
11 Causæ appellationum nedum à judicibus status Ecclesiastici, sed etiam à judicibus urbis, tribus exceptis, ad cameralem audientiam antiquitus confluere cœperunt.
12 Papa camerario S. R. E. auditorem deputavit.
13 Auditor cameræ olim fuit solummodo judex curialium.
14 Auditor camera nomen Patris curialium sortitus est.
15 Facultates quàmplurimæ à Papa auditori camera in dies concessæ, & quæ.
16 Auditor camera unde dictus.
17 Auditor camera est auditor camerarij.
18 Auditor camera olim erat judex delegatus.
19 Auditor camera hodie est judex ordinarius, & habet facultates ampliissimas.
20 Auditor cameræ in toto orbe Christiano in pluribus jurisdictionem ex indulto papali exercet.
21 Camerarius, & clerici camera habent facultatem judicandi in causis, in quibus camera habet interesse.
22 Auditor camera habet jurisdictionem in causis privatorum.
23 Auditor camera non est auditor Papæ, sed camerarij.
24 A sententiis auditoris camera appellatur ad Papam, & quare.
25 Auditor camera hodie habet duos locum tenentes in civilibus, & unum in criminalibus, & decem Notarios.
26 Auditor camera habet locum in Capella Papæ.
27 Auditor camera potest delegare causas.
28 Auditoris camera tribunalis reformatores qui.
29 Auditoris camera officium est cæteris antiquius & nobilius.
30 Auditoris camera officium licet vacet per mortem, vel assumptionem, expeditiones decreta valent, & possunt sine dubio exequi coram successore.
31 Auditoris camera jurisdictio non prajudicat jurisdictioni Vicarij Papæ, & in quibus.
32 Auditor camera est judex competens Hebræorum, & in quibus causis.
33 Qui tractent de jurisdictione & facultatibus A.C.
34 Qui scripserint de officio A.C. ac modo procedendi in ejus Tribunali.
35 Auditor camera quas hodie facultates habeat.
36 A.C. est judex privative quoad alios, quando agitur de obligatione camerali.
37 Inter cives, & incolas in forma camera obligatos, est locus præventioni inter A.C. & judices capitolinos.
38 In dependentibus à litibus aliorum tribunalium, A. C. non est judex, seu exequutor obligationis cameralis privative.
39 Quoad Clericos Romanos, & loca pia in forma camera obligata, est locus præventioni inter A.C. & Vrbis Vicarium.
40 A.C. causas obligationum cameralium extra curiam non reassumit.
41 A. C. nullam habet jurisdictionem in beneficialibus.
42 A. C. non potest in beneficialibus concedere mandatum de manutenendo.
43 A.C. jurisdictio non potest in beneficialibus prorogari etiam de partium consensu.
44 A.C. est judex in causis beneficialibus curialium vigore Eugentanæ.
45 Curiales hodie ratione beneficiorum sunt subjecti ordinariis locorum ex dispositione sacri Concilij Tridentini.
46 A. C. est judex competens super validitate Vnionis, dum non agitur de titulo, & possessione beneficij, & quare.
47 A.C. est judex in beneficialibus, si in actis adest commissio.
48 A.C. est exequutor literarum Apostolicarum.
49 Etiam si alius sit datus exequutor in literis.
50 A. C. virtute novarum facultatum est executor literarum Apostolicarum, etiam si in eis non sit nominatus.
51 A.C. non potest vigore ejus facultatum, uti exequutor generalis, vocare possessorem beneficij ultra duas dietas.
52 Nisi in literis sit aliter ordinatum cum derogatione contrariorum.
53 Vel nisi sint exequendæ literæ pensionis, cujus solutio sit destinata in curia.
54 Vel nisi A.C. sit nominatus executor in literis.
55 Vel nisi de expresso consensu partium.
56 Vel nisi causa est commissa in curia.
57 A.C. non potest instituere præsentatum ad beneficium juris patronatus.
58 Iudicium aut est executivum, aut summarium aut ordinarium.
59 Obligatio in forma camera Apostolicæ sive Regiæ, sive Ducalis habet executionem paratam.
60 Debitor, qui aliquo modo non consensit in mandatum executivum, non potest via executiva convenire.
61 Obligatio in forma juris Guarantigiæ habet executionem paratam.

62 *Obligationes Camerales in forma Ripæ, Ripettæ, & aliæ similes, in quibus debitores consentiunt in mandatum unica &c. habent coram A. C. executionem paratam.*

63 *Vigore conventionis facta inter Partes, quod in aliqua obligatione procedatur executivè, comittit via executiva.*

64 *Pro summa scutorum viginti moneta, & ab inde infra coram A. C. proceditur executive ex praxi.*

65 *Pro, inter, & contra notarios tribunalis, occasione officij, A. C. procedit executive, & n. 67. & seqq.*

66 *Pro, inter sed non contra, mercatores curiæ occasione mercium A. C. potest procedere executivè, & n. 68. & seqq.*

69 *Verba summarie, & sine figura judicij, solæ facti veritate inspecta, absque observatione terminorum, important viam executivam, & quid in hoc observet signatura.*

70 *Literæ cambij, & cedulæ depositorum in forma mercatorum, & coram A. C. inter, & contra eos habent executionem paratam.*

71 *Instrumentum depositi veri, & realis habet executionem paratam.*

72 *Contra depositarium, sicut contra sequestratarium proceditur executive.*

73 *Indebiti vigore Cameralis obligationis soluti repetitio habent viam executivam.*

74 *Pro mercede proceditur executivè.*

75 *Sed coram A. C. in multis casibus pro mercede proceditur summariè via monitorij ex praxi.*

76 *Pro alimentis futuris competit via executiva.*

77 *Vigore instrumenti dotalis, si constat, quod mulier non potest se aliunde alere, competit via executiva.*

78 *In urbe, ac ejus districtu pro dote proceditur executive vigore statuti indistincte, etiam contra tertios, etiam non excusso principali.*

79 *Pro legato coram A. C. proceditur executive juxta opinionem Angeli.*

80 *Secus in rota.*

81 *Si debitor non est solvendo potest executive procedi contra debitorem debitoris obligati ad favorem illius.*

82 *Confessionis judicialis vigore competit via executiva.*

83 *Sed hoc non procedit quando judicium est jam effectum ordinarium.*

84 *Confessio judicialis, & instrumentum confessionatum, & Guarantigiatum, an, & in quo differant.*

85 *Confessio facta in instrumento Guarantigiato habet vim confessionis judicialis.*

86 *Guarantigia quid sit.*

87 *Guarantigia sine confessione non datur.*

88 *Guarantigiatum instrumentum potest dici etiam confessionale, & illi æquiparari.*

89 *Guarantigiatum instrumentum, & confessionatum inter se differunt, licet sine ejusdem efficacia.*

90 *Notarius, qui non est judex cartularius, seu ordinarius, non potest recipere per Guarantigiam, & nu. 94.*

91 *Notarius judex cartularius habet jurisdictionem voluntariam.*

92 *Notarij judicis cartularij præceptum habet executionem paratam ad instar veri præcepti judicis.*

93 *Notarij Iudicis Cartularij jurisdictio potest prorogari à partibus.*

94 *Notarius, qui non est Iudex, non videtur posse præcipere per Guarantigiam.*

95 *Vigore Instrumenti Guarantigiati, & multo magis Confessionati, proceditur executivè.*

96 *Virtute Instrumenti, in quo obligatio Cameralis, vel similis habetur pro apposita, competit via executiva.*

97 *Obligatio Cameralis in tribunali A. C. vel C. A. habetur pro apposita mortuo Notario, qui formam obligationis non apposuerat in instrumento, & quando secus.*

98 *Guarantigia de stylo in Instrumentis apponi solita omissa, habetur pro apposita.*

99 *Et statur declarationi Notarij, si vivit, aliàs statur ejus ultimo stylo, vel magis communi in ea materia.*

100 *Instrumentum publicum non habet paratam executionem.*

101 *Instrumenti jurati vigore non competit via executiva regulariter.*

102 *Limita si juramentum tendat ad litis decisionem.*

103 *A decreto facto vigore juramenti litis decisivi non datur appellatio.*

104 *Obligatio Cameralis à quo inventa.*

105 *Qua ratione introducta, & unde dicta.*

106 *Obligatus in forma Camera ad simplex verbum tenetur solvere.*

107 *Obligans se in forma Camera renunciat omni legum auxilio, & omni exceptioni.*

108 *Guarantigiæ, & obligationis Cameralis differentia*

109 *Guarantigia unde dicta.*

110 *Facultates A. C. procedendi executivè in omnibus casibus, in quibus in aliis Tribunalibus proceditur executivè, debent intelligi de Tribunalibus Vrbis tantum.*

111 *A. C. non procedit executivè vigore Statuti de partibus, sed tantum quando adest obligatio Cameralis, guarantigiata, vel similis.*

112 *A. C. facultates non sunt restrictæ ad obligationem Cameralem, Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, sed ulterius progrediuntur.*

113 *A. C. reassumit causas obligationis Cameralis Guarantigiæ, & aliarum in ejus facultatibus expressarum à judicibus urbis, non autem ab illis de partibus.*

114 *A. C. licet possit inhibere quibuscumque Iudicibus in dictis casibus, hoc tamen restringitur ad Iudices Curiæ ex praxi rerum magistra.*

115 *Actor, qui egit executivè contra obligatum in forma Camera, potest variare, etiam à Iudice de partibus ad A. C.*

116 *Vigore obligationis Cameralis potest quis qui variare de re ad personam, & de una via executiva ad aliam, & ab uno ad alium judicem competentem.*

117 *In judicio executivo non habet locum regula l. ubi cœptum, nec exceptio litis pendentiæ, secus in judicio ordinario intentato.*

118 *Agens via ordinaria videtur renunciasse via executivæ.*

119 *Limita primo, si Reus fuit contumax, nam tunc poterit variare Agens etiam via ordinaria.*

120 *Limita secundo, refectis expensis, & renunciato via ordinaria intentatæ, nam tunc potest agi executive.*

121 *Limita si actor sibi reservavit viam executivam praevia protestatione, vel pacto.*

122 *Limita quarto, si judex cœpit agere via ordinaria sine consensu partis.*

123 *Limita quinto, si actum fuerit hypothecariâ contra tertium, non potest agi executivè contra principalem.*

124 *Limita sexto quando via ordinaria est præambula ad executivam.*

125 *Variatio de judicio summario ad executivum non admittitur, & quando hoc procedit.*

126 *Limita quando non mutatur primum judicium cœptum, sed aliud compatibile vigore obligationis cameralis contra principalem, vel ejus haredem intentatur.*

127 *Vigore obligationis cameralis potest quis variare de persona ad personam, de principali ad fidejussorem, & de persona ad rem, & de re ad personam.*

128 *Actor, qui egit in partibus si vult variare vigore obligationis cameralis, & agere coram A. C debet reficere expensas, & deponere julium, juxta opin. Ang.*

129 *Sed hoc non videtur habere locum, quando fuit in partibus actum executive.*

130 *In curia in executivis admittitur variatio, etiam non refectis expensis.*

131 *Citatio debet fieri ante domum, non in domo.*

132 *A. C. habet facultatem citandi obligatum sub formis executivis, & à scutis viginti infra ad valvas domus solitæ habitationis citandi.*

133 *Citatio debet relinqui domi, vel affigi ad valvas domus solitæ habitationis citandi, quando citatio personalis non requiritur, vel quis non permittit se personaliter citari.*

134 *In curia factis diligentiis contra personam procedit per affictionem ad valvas curiæ, in acie Campifloræ, & domi dimissa copia.*

135 *Si domi citandi nemo adsit, vel qui adest non vult aperire, potest cursor affigere citationis copiam ad valvas domus, adhibito uno teste.*

136 *Citationes executa per cursores domi dimissa copia in tribunali A. C. habent vim executarum per mandatarios in manibus domesticorum in A. C.*

137 *Cursores Papæ indistincte citationes intus domum per rimulas ostij domus dimittunt.*

138 *Si domus citandi non reperiatur, factis diligentiis, proceditur per affixionem ad valvas curiæ, & in acie Campifloræ.*

139 *Sed si adest domus olim solitæ habitationis illius, affigitur citatio etiam ad valvas dictæ domus, adhibito uno teste.*

140 *A. C. habet facultatem citandi obligatos sub formis executivis, & à scutis viginti infra per affixionem ad valvas domus, ergo multo magis domi dimissa copia.*

141 *Cursores vix copiam citationis per rimulas ostij domus de sero immittunt, & abeunt, & illam in ostio vicini non semel relinquunt.*

142 *Cursores copiam citationis nunquam legibilem domi relinquunt, cum tamen citatio debeat esse legibilis de jure, & ex constitutionibus.*

143 *Cursores, & mandatarij non possunt citare personaliter, vel domi dimissa copia post tertiam horam noctu, per affixionem verò nisi de die.*

De causis Executivis

Pars prima Cap. I.

COram Illustrissimo, & Reverendissimo D. Auditore R. C. *a* Apostolicæ † executivè proceditur *b* in causis obligationum in forma cameræ, *c* necnon Guarantigiæ, *d* Ripæ, Ripettæ, ac etiam in aliis, in quibus etiam absque obligatione camerali debitores consentiunt in unica, vel sine citatione, *e* & quarum obligationum, & consensuum vigore in aliis tribunalibus executive per relaxationem mandatorum procedi potest, *f* etiam per affixionem citationis ad valvas *g* habitationis citandorum quoad obligatos in forma cameræ, seu Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, ac aliis formis executivis. & quoad alios aliter obligatos, ubi non agitur de majore quàm viginti ducatorum summa.

a
b
c
d
e
f
g

Observationes.

2 SUmmus Pontifex † Romanus solebat antiquitus negotia, quæ ad ipsius dispositionem seorsum a sacro senatu spectabant, prout circa regimen urbis, & status temporalis, ac rationes Ærarii in camera sua per seipsum tractare & cum voto nonnullorum domesticorum Prælatorum (qui postmodum Clerici cameræ, † quasi ad cameram summi Pontificis Consiliarii electi, fuerunt appellati) audire, ac fine debito terminare, *Vestr. in prax. lib. 2 c. 1. num. 1.*

4 Verum, quia ad hanc audientiam † quasi domesticam ipsius summi Pontificis cameralem, nuncupatam, subditi omnes etiam in partibus gravati ex universo statu Ecclesiæ temporali, veluti ad supremam ipsius summi Pontificis audientiam convolare cæperunt, multiplicatis 5 negotiis summus Pontifex † se paulatim ab hoc munere revocavit, adeò quod rarissimè hodie in hac camerali audientia, nisi ubi de rebus gravioribus Ærarii, vel mala diplomatum expeditione agatur, soleat convenire, *Vestr. d. lib. 2. c. 1. n. 1.*

6 Hujus cameralis audientiæ † caput, ut *Gravat. ad Vestr. d. lib. 2. c. 1. n. 3. & seq.* testatur, summus Pontifex, constituit S. R. E. Camerarium; 7 Hic antiquitus usque ad tempora † Innocentii Primi, de anno 417. ad Pontificatum evecti, Ærario summi Pontificis præesse consuevit, *c ad audientiam de præsumpt. Cherub in comp. Bull. to. 1. ad Const. 1. Vrban. VI. fol. 1.* Necnon Ecclesiæ 8 redditus, † seu eleemosynas pauperibus erogare jam solitus fuit, quod munus † olim beatus Laurentius usque ad tempora S. Sixti primi Papæ, & Martyris, qui ab anno 117. usque ad annum 127. Pontificatum gessit, obivit, *Gravat.* 10 ad *Vestr. d. lib. 2. c. 1. n. 3.* Licet hodie ipsemet † summus Pontifex per manus eleemosynarii,

qui

qui vigore mandati à camerario, & thesaurario subscripti pecunias ab ærario recipit, eleemosynas pauperibus erogare soleat, *Cherub. ad const. 1. Urbani VI. fol. 1.*

11 Sed quoniam, ne dum † à judicibus universi
12 status Ecclesiastici, verum etiam à judicibus
13 urbis (Vicario, Gubernatore, & Senatore exceptis) causæ appellationum ad eandem cameralem audientiam numerosæ confluebant, ei-
12 dem S.R.E. Camerario † summus Pontifex
13 auditorem deputavit, quem † ab initio judicem solummodo curialium constituit, *Gravat. ad Vestr. d. lib. 2. c. 4. n. 19. Ægid. dec. 310. in fin. Rot. dec. 5. de offic. ordin. in antiq.* (unde A. C. Pa-
14 ter † curialium fuit appellatus) *Cherub. in d. compen. super const. 7. Innocentius VIII. vol. 2.*
15 & successivè † literarum Apostolicarum, & obligationis cameralis, & censurarum executorem, & deinde etiam judicem cum facultate dd. causas appellationum, sine alia commissione audiendi. ac fine debito terminandi (unde
16 curiæ † causarum cameræ Apostolicæ auditoris nomen fortitus est) instituit, & creavit, *Vestr. d. l. 1. c. 4. n. 1. cum seqq.*

17 A.C. quem auditorem † cameralem appellat, *Innoc. VIII. constit. 7. Apprime, secundum nov. impress.* usque ad tempora Innocentii fuit judex
18 † delegatus, ut per *Cherub. in d. constit. 7. schol. 1.*
19 *Bellamer. dec. 196.* hodie verò † nedum est judex ordinarius Romanæ curiæ, sed etiam sententiarum, & censurarum tam in curia, quam extra eam latarum ac literarum Apostolicarum universalis, & merus executor à summo Pontifice specialiter constitutus & ob id non solum in toto temporali dominio summi Pontificis,
20 sed etiam in universi † orbis Christiani Provinciis, & Regnis, ex diversorum Romanorum Pontificum indultis in civilibus, & criminalibus jurisdictionem exercet, *ut testatur Pius quartus const. 74. inter, in princ. secundum antiq. impress.*

21 Camerarius, † & clerici cameræ habent jurisdictionem in causis interesse cameræ quomodolibet tangentibus, non autem in aliis causis privatorum, *Pius IV. const. 55. Rom. Pontifex, secundum nov. impress Paul V. const. 71. universi agri.*

22 Auditor † verò R.C. Apostolicæ habet juris-
23 dictionem in causis privatorum, & licet fuerit † olim non modica controversia, an auditor cameræ esset auditor Papæ, vel camerarii, nihilominus camerarii auditorem esse decisum fuit;
24 sed quia † ejus sententiæ jura privatorum concernunt, ab illis ad ipsum summum Pontificem, non autem ad cameram, in qua tantum causæ interesse cameræ concernentes cognoscuntur, datur appellatio. *Marches. de commiss. in particul. part. 1. n. 69. & seq. fol. 158. secundum nov impress.*

25 Hodie † auditor generalis R.C. Apost. habet tres locumtenentes, duos scilicet in civilibus, qui sunt R.P.D. Petrus Paulus Caballettus Romanus, & R.P.D. Cæsar Argelus Bononien. & unum in criminalibus, ultra proprium auditorem, per quos jurisdictionem exercet, & decem Notarios actuarios causarum, quæ in non modico numero, in ejus tribunali versantur.

26 Habet † locum in Capella summi Pontificis post Gubernatorem, & Oratores Principum *Pius IV. const. 38. Ad eximiæ, Greg. XIII. const. 55. Ad Generis, secundum antiq. impress.*

27 Et potest † alteri causas delegare, *Seraphin. dec. 509. n. 3. & dec. 957. num. 17.*

28 Ejus † tribunal reformavit *Pius IV. d. const. 74. Pius V. const. 117. Inter illas, secundum antiq. impress. Paulus V. const. 71. universi agri.*

29 Ejus officium est † cæteris antiquius, & no-
30 bilius, *Leo X. constit. 3. Injunctum*, & licet vacet † per mortem, vel assumptionem, nihilominus monitoria, & citationes decretæ, licet non executæ, necnon mandata, sententiæ, & omnes aliæ expeditiones, & acta remanent in suo robore, & coram successore exequi possunt, adeò quod in hoc nullum sit difficultatis, aut dubitationis principium, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 46.*

31 Jurisdictio † A.C. non præjudicat jurisdictioni Vicarii Papæ quoad personas Ecclesiasticas, & loca pia, & eorum bona. etiam si agatur de obligatione in forma cameræ, Ripæ, & Ripettæ, *Pius V. constit. 20. considerantes, secundum antiq. impress. Paul. V. constit. 71. universi agri.*

32 Quo verò ad Hebræos † ubi agitur de obligatione camerali non dependen. à causis, & litibus aliorum tribunalium, A.C. est illorum judex competens privativè quoad alios juxta suas facultates, & potest etiam contra eos procedere in criminalibus, *Paul. V. constit. 71. universi agri.*

33 De jurisdictione † & facultatibus A.C. tradunt *Iul. II. constit. 13. Decet, & const. 17. Ad eximiæ, Leo X. constit. 3. injunctum, & constit. 33. Ministerio, Paul. III. constit. 15. Grata, Iul. III. constit. 19. Ad eximiæ, Greg. XIII. constit. 55. Ad generis, secundum antiq. impress. Greg. XIV. in ejus constit. Ad generis, impress. post prax. Salust. Tiber. Paul. V. constit. 28. Eximiæ, & constit. 71. universi agri.*

34 De ejus † officio, & modo procedendi in ejus Tribunali tradit *Vestr. in prax lib. 2. cap. 4 & ibi Gravat. & novissime Salust. Tiber. in ejus praxi judiciaria*, aliquid tradit. *Barat. dec. 502. n. 2.*

35 Hodie † A.C. habet facultatem se immiscendi in causis criminalibus absque irregularitate, dummodo per seipsum sententiam, seu votum sanguinis non ferat: causas per locumtenentes, seu auditores cognoscendi, in causis obligationum Cameralium, Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ & aliarum formarum executivarum privativè quoad alios. præterquam inter cives, & incolas, juxta formam motus proprii Pii IV. & in dependen. à litibus alibi pendentibus, procedendi, easque ab aliis judicibus reassumendi: solus vigore obligationum cameralium censuras promulgandi, causas spirituales, & curialium, communitatum, Mercatorum, & Pensionum: causas appellationum extra urbem, necnon in urbe à judicibus (Vicario, Gubernatore, & Senatore exceptis) cognoscendi: causas non exceden. valorem 200. ducatorum, necnon Mercatorum, & Notariorum Tribunalis summariè manu regia, alias verò prout in beneficialibus audiendi, & decidendi, quoad obliga-

tos

tos in forma cameræ Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, & aliis formis executivis, & quoad alios aliter obligatos, ubi non agitur de maiori summa, quam 20. ducatorum (seu potius scutorum, ut praxis observat) executivè procedendi, causas criminales contra curiales, & exemptos cognoscendi, Monitoria contra Episcopos de assensu Papæ decernendi, literas Apostolicas solus, & dato alio executore cumulativè, & sententias in curia, & extra eam latas exequendi, solus terminum triginta dierum concedendi, pro contractibus in curia initis, & curiales, aliosque in curia degentes citandi, compulsoriales, & remissoriales decernendi, in vim Eugenianæ curiales tuendi, monitoria ad partes decernendi, inobedientes excommunicandi, ne ab eo excommunicati ab alio possint absolvi, excommunicatos ab aliis absolvendi, obligationes camerales etiam contra bona debitorum decedentium exequendi, omnibus facultatibus aliis auditoribus concessis, & indultis utendi, quoad dilationes ab aliis concessæ obligatis in forma cameræ non suffragentur; & causæ discussionum alibi pendentes, & appellationes non facientes mentionem de obligatione camerali executionem non retardent; præcedentiam in Capella Papæ, & aliis actibus publicis, carceratos etiam extra curiam vigore suorum mandatorum relaxandi, miserabiles in causis discussionum præferendi, in curia, & extra citandi, causas cambiorum siccorum mercatorum urbis cognoscendi, ne alii obligationibus cameralibus se ingerant, & prout latius in dictis facultatibus, constitutionibus supra relatis.

36 Signanter † A. C. ubi agitur de obligationibus in forma cameræ ubivis locorum, & inter quascunque personas contractis, & contrahendis, est judex competens privativè quoad omnes alios, *Greg. XIV. in d. const. ad generis*, §. *ita ut tu*.

37 Sed primò hoc † non procedit quoad cives, & incolas urbis, nam quoad eos est locus præventioni inter A. C. & judices curiæ capitolinæ, *Pius IV. const. 73. Dilectos, secundum antiq. impress. Gregorius XIV. in d. const. Ad generis, Paulus V. d. const. 28. Eximiæ*.

38 Secundò non procedit † quoad obligationes dependentes à litibus in aliis tribunalibus pro tempore introductis, *Greg. XIV. in d. constitut. Ad generis, Paulus V. in d. const. 28. Eximiæ, & const. 71. universi agri*.

39 Tertiò non procedit † quoad Clericos ratione originis, vel beneficii Romanos, & loca pia in forma cameræ obligata: nam quoad eos est locus præventioni inter A. C. & urbis Vicarium, *Paulus Quintus in reform. tribunal. urbis, quæ est ejus const. 71. Universi agri, §. in primis, vers. ut tollantur controversiæ inter tribunalia curiæ*.

40 Quartò procedit † quoad judices Romanæ curiæ, nam quoad eos, ubi agitur de obligatione camerali est Judex privativè quoad omnes alios, *Buratt. decis. 537. nu. 1.* non autem quoad judices extra Romanam curiam, nam quoad eos non est judex privativè in obligatione camerali, sed cumulativè, nec causas ab eis reassumit prout à Romanæ curiæ judicibus *Burat. decis. 462. n. 1.*

41 Non habet † A. C. jurisdictionem in beneficialibus, *Lancell. de attent. c. 4. in præfat. n. 323. & seqq. Bellam. decis. 216. Achill. decis. 24. de appell. Rota apud Marches. de commiss. appell. ab obtrg. camer. par. 1. decis. 1. fol. 721. & de commiss. appell. in poss. Salust. d. par. 1. decis. 11. n. 1. fol 953. secundum nov. impress.* nec in petitorio, nec in possessorio, adeo ut † non possit in dd. causis beneficialibus concedere mandatum, de manutenendo, *Cavaler. decis. 32. n. 1. & dec. 224. per tot.*

43 nec eius † jurisdictio potest in hoc prorogari de consensu partium, *l. privatorum, C. de jurisdict. omn. jud. Rot. in Casertana benef. 5. Maij 1595. coram bo. me. Card. Manchetto, Greg. decis. 118. n. 4. & ibi late Beltramin. n. 7.*

44 Primò tamen hoc † non procedit in causis beneficialibus curialium, quibus A. C. est judex vigore Eugenianæ, quæ curiales tuetur, *Rot. decis. 149. n. 1. & seqq. lib. 2. part. 3. divers.*

45 Sed hæc † est decisio bo. me. Fabii, quæ emanavit ante annum 1560. Hodiè verò ex dispositione sacri Tridentini Concilii, *sess. 24. c. 11. de reform. emanata sub Pio IV. de anno 1563. mense Novembris*, Eugeniana, quo ad beneficia Ecclesiastica curialium, his minimè suffragatur, sed curiales ratione dd. beneficiorum ordinariis locorum subjecti remanent, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.

46 Secundò non procedit † quando non agitur de titulo aut possessione beneficii, sed super validitate unionis, quia tunc causa non est beneficialis, *Caputaq. decis. 99. par. 1. Rot. apud Marches. d. decis. 11. n. 1. quæ est decis. Coccin. 169. n. 1.*

47 Tertiò non procedit, † si in actis adsit commissio, *Achil. d. decis. 24. de appell. Rot. apud Marches. d. decis. 11. n. 1.*

48 Quartò non procedit † in executione literarum Apostolicarum, nam A. C. vigore ejus ordinariatum facultatum potest ad illarum executionem procedere, *Gregorius XIV. in d. const. Ad generis Paul. V. const. 28. Eximiæ.* etiam si

49 datus † esset alius certus executor in literis, nam tunc A. C. vigore novarum facultatum, & constitutionum cumulativè cum illo procedit *Paul. V. d. const. 28. Eximiæ, Cherub. in comp. Bull. tom. 1. super const. 1. Urban. V. fol. 1. Coccin. decis. 169. n. 5.*

50 Signanter autem † hodie potest, ut supra, cumulativè procedere, etiamsi alius in literis certus executor datus sit, & ipse A. C. non sit in illis nominatus ex novis facultatibus, & constitutionibus Sanctissimi D. N. *Ferentill. ad Burat. dec. 909. n. 6. ubi quod ita etiam resolvit Signatura in una Barbinonen. beneficij.* Nec obstat quod dictæ novæ constitutiones & facultates dicant, quod non intelligunt derogare reformationibus Pii IV. Pii V. & Pauli V. Quia hoc intelligitur præterquam quoad expressa, *tas. in l doli clausula 119. n. 2. de verb. oblig. Coccin. d. decis. 166. n. 6.*

51 Ubi autem A. C. procedit, uti executor generalis, non potest virtute ejus ordinariatum facultatum vocare possessorem beneficii ultrà

duas dietas, *Marchef. de commiſſ. de exec. Brev. par. 1. c. 1. n. 91 fol. 323. & d. deciſ. 1. n. 2. fol. 721. ſecundum nov. impreſſ. Buratt. deciſ. 250. n. 2.*

52 Niſi † in literis exequendis fuiſſet aliter ordinatum cum derogatione conſtitutionis Bonifacii Octavi de una, & Concilii generalis de duabus dietis, quo caſu forma literarum exequendarum erit omnino ſervanda, ut quis non evocetur extra propriam diœceſim ultra numerum dietarum in eis expreſſarum: vel niſi agere-
53 tur † de exequendis literis penſionum, quarum ſolutio in Romana curia eſſet deſtinata: vel niſi
54 † A. C. nominatim in literis fuiſſet præſcriptus executor; nam in his caſibus poteſt ad ſe undecumque, & quocumque evocare. *Pius V. d. conſtit. 117. Inter illa §. literas Paul. V. d. conſt. 71. univerſi agri §. literas. Buratt. d. deciſ. 250. num. 5.*

55 vel niſi † Partes expreſſæ conſentirent. *Buratt.*
56 *d. deciſ. 250. num. 5.* vel denique niſi † cauſa eſſet commiſſa in curia; nam tunc non eſſet neceſſaria derogatio, *c. ſtatutum §. in illo, de reſcript. in 6. Buratt. d. deciſ. 250. n. 7.*

57 Tandem A. C. † non poteſt inſtituere præſentatum ad beneficium juriſpatronatus, quia ejus facultates ad hoc non ſe extendunt, ut fuit dictum *in Alatrina Cappellania Veneris 27. Iun. 1588. coram bo. me. Bubalo.*

B Judicium † aut eſt executivum, aut ſumma-
58 rium, aut Ordinarium, *Marant. de ord. jud. p. 4. diſt. 9. n. 1. & n. 59. & diſt. 10. num. 7. Luc. Pet. in Prax. lib. 2. c. 1. & ſeqq. & lib. 3. c. 1. & ſeqq. & lib. 4. c. 1. & ſeqq. Caſtren. conſ. 318. Conſiderandum, n. 1. verſ. ſi verò per ſtatuta lib. 1.*

59 Executivè † primò proceditur virtute obligationis cameralis, *Luc. Pet. in prax. lib. 3. c. 4. n. 1. Cavaler. deciſ. 412 n. 1.* ſive quis ſe obligaverit in forma cameræ Apoſtolicæ, ſive Regiæ, ſive Ducalis, *Zacch. ad Galleſ. de oblig. camer. q. 2. n. 27. Rot. poſt eundem Zacch. de oblig. camer. deciſ. 67. n. 2.*

Nec adverſatur *deciſio Rotæ in cauſa Lucana data 19. Ianuarij 1629. coram bo. me. Card. Virili,*
60 *de qua infra ſub lit.* F. quia ibi debitor † non ſe obligaverat cum aliqua clauſula, cujus vigore poſſet executivè procedi, & ſic non conſenſerat aliquo modo in mandatum, ſeu viam executivam, prout ſe obligaverat, & conſenſerat debitor in caſu *d. deciſionis 67. n. 2. poſt Zacch. de oblig. camer.*

61 Secundò executivè † proceditur virtute obligationis in forma juris Guarantigiæ, *Zacch. ad Galleſ. d. p. 2. n. 7. & ſeq. Luc. Pet. in prax. lib. 3. c. 1. n. 2. Sal. Tiber. in prax. lib. 1. c. 39. n. 1. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 26. n. 12. Rot. in Lucana data 19. Ianuarij 1629. coram bo. me. Card. Virili.*

62 Tertiò etiam coram A. C. † vigore illius ordinariarum facultatum executivè proceditur virtute obligationum in forma Ripæ, Ripettæ, (quæ in effectu ſunt obligationes camerales, additis quibuſdam ſtrictioribus conventionibus circa mercaturam, de qua in eis agitur) & virtute aliarum, in quibus debitores conſentiunt in mandatum executivum unica, vel ſine citatione, & quarum obligationum, ſeu conſenſuum vigore in aliis tribunalibus executivè per relaxationem mandatorum proceditur, *Gregor. XIV. in d. conſt. Ad generis §. aut tu. impreſſ. poſt prax. Saluſt. Tiber. Paul. V. conſt. 28. Eximiæ.*

63 Quartò proceditur executivè † vigore conventionis, quæ fieri poteſt inter partes, quod in aliqua obligatione procedatur executivè, etiaſi in forma cameræ, aut in aliis formis executivis, ut ſupra, ſe non obligent, nam facta hujuſmodi conventione competit via executiva, *Burr. deciſ. 302. n. 1. & deciſ. 537. n. 1. & n. 6. in fin. Duran. deciſ. 37. n. 6.*

64 Quintò proceditur executivè † coram A. C. quo ad alios quomodolibet obligatos, ubi non agitur de majori ſumma viginti ſcutorum monetæ, *Greg. XIV. in d. conſt. Ad generis §. eiſdem Paul. V. in d. conſt. 28. Eximiæ*, ut praxis obſervat.

65 Sextò executivè † proceditur pro, inter, &
66 contra Notarios A. C, occaſione negotiorum ad officium ſpectantium, necnon etiam pro † & inter mercatores Romanæ curiæ occaſione mercium, *Rot. deciſ. 446. n. 1. par. 2. recent.*

67 Nam † quod pro, inter, & contra Notarios occaſione mercedis ſcripturarum procedatur arbitrio judicis, & quando tenentur aliquid acceptum reſtituere, procedatur executivè, & manu regia, eſt diſpoſitum *in reforma. fel. mem. Paul. V. ſub tit. de Not. tribun. urbis §: orta inter, & §. quandocumque, quæ eſt ejus conſt. 71. Vniverſi agri.*

68 Quod verò † A. C. in cauſis pro, inter, & contra Notarios ejus tribunalis, & mercatores ut ſupra, poſſit procedere ſummariè, &c. ſine figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, & manu regia, abſque obſervatione terminorum eſt diſpoſitum in ejus facultatibus *Gregor. XIV. in d. conſt. Ad generis §. eas videlicet impreſſ. poſt prax. Saluſt. Tiber. Paul. V. d. conſt. 28. Eximiæ. §.*
69 *eas vid: licet*, quæ verba † importare viam executivam dixit *Rot d. deciſ. 446. num. 1. par. 2. recent.* & ita obſervat praxis optima legum interpres, adeò quod Signatura in his caſibus ſoleat reſcribere cum clauſula *ſine præjudicio*, prout quando actum fuit vigore obligationis cameralis.

70 Septimò etiam proceditur executivè † vigore litterarum cambii, & ſcedularum depoſiti, quæ ubique locorum in foro mercatorum, & in A. C. Tribunali paratam habent executionem inter & contra Mercatores, *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 21. num. 2. & ſeqq. Seraphin. deciſ. 562. num. 2.*

71 Octavò proceditur executivè † vigore inſtrumenti depoſiti veri, & realis, quia depoſitum habet de jure executionem paratam, *l. pen. ubi Bart. & DD. C. depoſ. Matteſil. ſing. 5. Anton. Canar. de exec. inſtr. qu. 7. n. 17. Rolan. conſ. 17. n. 1. & ſeq lib. 1. ubi de communi*, & quod contra
72 † Depoſitarium poſſit executivè procedi, pro ut contra Sequeſtratarium, tradit *Cavaler. dec. 29. n. 1, cum aliis cumulatu per Ferentill. ad Burr. deciſ. 516. n. 2. & ſeq.*

73 Nonò poteſt procedi executivè † pro repetitione indebiti vigore obligationis cameralis ſoluti *Buratt. deciſ. 272. n. 2. & ſeq.*

74 Decimò pro mercede † competit indiſtinctè via

via executiva, *Duran. decis. 216. n. 9.* sed in A. C.

75 tribunali in multis † casibus pro mercede agitur summariè, via tamen monitorii, & ita observatur indies.

76 Undecimò pro alimentis † futuris competit via executiva, ut post *Guid. de Suza de alim.* tradit *Sal. Tib. lib. 4. fol. 48. vers. & licet*, & ita observat praxis.

77 Duodecimò proceditur † executivè de jure communi, vigore instrumenti dotalis, quando constat de paupertate mulieris, ita ut non possit aliunde se alere, aliàs secus, *Rot. in d. Lucana dotis 10. Ianuar. 1629. coram bo. mem. Card. Virili.*

78 Decimotertiò in urbe, & illius districtu † pro dote contra quoscunque quomodolibet obligatos, & eorum hæredes competit via executiva, prout etiam contra tertios possessores bonorum, etiam non excusso principali, licèt dicti tertii non habeant causam ab obligatis, dummodo bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut post possessa fuisse, probentur, *Statut. urb lib. 1. c. 85. & ibi Fenzon. n. 11. Luc. Pet. in prax. lib. 3. c. 5. n. 12.*

79 Decimoquartò pro legato in tribunali A. C. observatur de stylo opinio *Angeli*, ut competat via executiva, & est opinio communis, ut testantur relati *à Sal. Tib. lib. 2. c. 6. num 4. Ferentil. ad Buratt. decis. 208. num. 12.* quam opinionem servat etiam Signatura, rescribendo hoc casu in causis hujus tribunalis cum clausula *sine præjudicio, &c.*

80 Sed Rota sequitur opinionem negativam, *Buratt. decis. 208. n. 3.* & idem observat de stylo etiam in causis commissis cum facultatibus A. C. *Rot. decis. 168. n. 8. & decis. 141. n. 34. & seq. p. 7. recent. cum aliis relatis per Ferentil. ad Burat. d. decis. 208. n. 12.*

81 Decimoquintò quando debitor non est solvendo, potest agi executivè contra debitorem debitoris obligati in forma cameræ ad favorem illius, nam in casu inopiæ, & necessitatis hujusmodi transeunt in creditorem ea, quæ sunt à debitore inseparabilia, & quæ alias non transirent *Burat. dec. 937. n. 4. & seq.* quem sequitur *Rot. decis. 229. n. 15. part. 5. recent.*

82 Decimosextò proceditur executivè de jure communi virtute confessionis judicialis præsente judice emanatæ, quæ confessio habet vim sententiæ, & rei judicatæ, *Galles. de oblig. camer. d. q. 2. n. 2. & ibi Zacch. n. 29. Roderic. Suar. in l. post rem judicatam in 3. not. n. 1. & seq. ff. de re jud.*

83 Sed hoc procedit † si confessio emanavit simpliciter ad petitionem partis, secus si præcedente libello, & litis contestatione, quia judicium tunc est effectum ordinarium, *Suar. ubi supra n. 2. Amat. Rodriq. de exec. sent. art. 2. tit. de confess. n. 25. vers. sed hoc tamen.*

84 Hanc judicialem confessionem † esse confessionatum instrumentum illud, de quo DD. loquuntur; & non differre ab obligatione, quæ fit apud acta tradit *Thesaur. d. decis. 26. n. 31.* ubi etiam constituit differentiam inter instrumentum Guarantigiatum & confessionatum, quod scilicet in confessionato requiratur confessio & successivè præceptum judicii de solvendo, in Guarantigiato verò solum præceptum judicis vel notarii, etiam si non sit judex.

85 Cæterum † instrumentum Guarantigiatum etiam confessionem in se continere, & hanc esse ejusdem efficaciæ, ac si esset facta in judicio, tradunt *Bart. in l. error. n. 11. C. de jur. & fac. ignor. & alij, quos sequitur Ias. in d. l. error. n. 16. Suar. in d. l. post rem judicatam in 3. not. n. 12.*

86 Et quod Guarantigia sit † præceptum in ipsum confessum de observando promissa factum per Notarium effectum judicem Cartularium, seu ordinarium, qui habet jurisdictionem voluntariam tradit *Barz. de Guarantig. q. 1. Cin. & alij quos refert. & sequitur Sal. Tib. in prax. lib. 1. c. 39. n. 2. Alex. in l. ait Prator, § 1. n. 8. ff. de re jud.*

87 *Socc. Sen. cons. 79. n. 49. lib. 4.* quia † Guarantigia fundatur super confessionem, sine qua Guarantigia non datur, *Soccin. Sen. d. cons. 79. n. 49. & n. 50. & seq.* Unde instrumentum Guarantigiatum

88 † potest etiam dici confessionatum, & ideo unum alteri comparat. *Bart. in l. 2. n. 5. C. de sent. quæ sine cert. quant. Barz. de Guarantig. d. qu. 1. Galles. de oblig. cam q. 2. n. 31. & sequ. Suar. in d. l. post rem judicatam, in 3. not. n 12. ff. de re jud.* dum loquitur de instrumento Guarantigiato, seu confessionato.

89 Et licet instrumentum, in quo mediante confessione facta in judicio adest præceptum judicis ordinarii, contentiosam jurisdictionem habentis, dicatur propriè instrumentum confessionatum, ad differentiam Guarantigiati, & habeat executionem paratam tamen sunt ejusdem efficaciæ; cum pro utroque competat via executiva, *Bald. in l. etiam in princ. C. de execut. rei jud. cum aliis prælleg.*

Nec, *Alex. in d. l. ait prætor. § 1. n. 8. ff. de re jud. & Socc. Sen. d. cons. n. 79. n. 49.* dicunt quod No-

90 tarius † qui non sit judex Cartularius, seu ordinarius, possit præcipere per Guarantigiam, sed potius innuunt contrarium, & quod Notarius, qui non est judex, ut supra, non possit facere hujusmodi præceptum in confessum, sed solum scribere factum, de quo rogatur, clarè dixit *Barz. de Guarantig. d. q. 1.*

91 Et quod Notarii, qui communi jure sunt judices ut supra, habeant jurisdictionem voluntariam tradit *Innoc. in c. cum à nobis de test. Cast.*

92 *cons. 260. n. 4 lib. 1.* & quod ob id possint præcipere confitenti, ut eorum præceptum habeat executionem paratam, sicut verum præceptum judicis, de quo in *l. si debitor ff. de jud.* tradit *Ias. in d. l. error. n. 29. C. de jur. & fact. ignor.* ubi etiam

93 quod partes possunt eorum jurisdictionem prorogare, quod facere non possent, nisi illi essent judices Cartularii per *l. privatorum C. de jur. omn. jud.*

94 Unde † non videtur subsistere, quod Notarius, qui non sit judex, possit præcipere per Guarantigiam, ex quo, dum dicunt DD. Notarium posse facere hujusmodi præceptum, vel dicunt eum ad hoc debere jam esse effectum judicem, vel hoc supponunt, ut ex prælallegatis patet.

Decimo septimò igitur ex præmissis colligi-

95 tur quod instrumentum Guarantigiatum, ut supra, & multo magis confessionatum, habet paratam executionem, & illius virtute po-

test executivè procedi *ex præallegatis.*

96 Decimooctavò etiam procedi potest † executivè vigore instrumenti, in quo obligatio cameralis, vel alia similis habetur pro oppositâ, ac si illa obligatio realiter fuisset in eo apposita *Sal.Tiber.in prax.lib.1.c.40.n.1.& seq.*

97 Nam si in instrumento † in tribunali A. C. vel cameræ Apostolicæ rogato fuerit omissa forma sub qua debitor se obligavit, tunc si Notarius est mortuus, vel absens, obligatio cameralis habetur pro apposita, alàs statur ejus declarationi *Sal.Tiber.d.l.1.c.40.per tot.*

98 Et stante stylo † Notariorum apponendi in instrumentis Guarantigiam, eam omissam haberi pro apposita, tradit *Gonzal.de pax, in prax. tom.1.par.4.c.1.n.10.pag.90.* Et si Notarii vi-

99 vunt † statur eorum declarationi, alias eorum ultimus stylus, vel stylus magis communis in illa materia, si de ultimo stylo non constat attenditur, *Sal.Tiber.d.l.1.c.40.n.1.& seq.*

100 Instrumentum † publicum autem regulariter non habet paratam executionem, *Ant.Canar.de exe.instr.q.7.n.17. Roderic.Suar.in d.l.post rem judicatam, post not.15, in declar.legis Regiæ n. 6.ff.de re ju. Luc.Pet.in prax.lib.3.c.1.n.1. Thesaur.d.decis.26.n.1.& seq. Duran.decis.37. n.6. Rot.in d.Lucana dotis 19.Ianuarij 1629. coram bo. mem.Card.Virili.*

101 Prout † nec etiam regulariter vigore instrumenti jurati potest executivè procedi, *Zacch. ad Gallef.de oblig. Camer.q.2.n.28.& seqq. Rot.post Zacch.ubi supra decis.57.n.8.cum aliis præallegatis.*

102 Sed hoc non procedit in juramento † tendente ad litis decisionem *Roderic. Suar. in d.l. post rem judicatam in 2.not. n. 1. Zacch. ad Gallef.*

103 *d.q.2.n. 29.* quo casu nec etiam à decreto † illius vigore facto daretur appellatio *Sal.Tib. in prax.lib.2.c.39.n.2.*

C Obligatio † in forma cameræ fuit incerto

104 authore, & diuturno usu Romanæ curiæ inventa, *Gallef.de oblig cam in prohem.n.1.* ratio autem

105 illius † inventionis fuit, ut pro debitis cameralibus parata esset executio omnis generis, sine dispendio citandi debitores in partibus, & sine mora faciendi processum ordinarium. *Gallef. de oblig.camer.q.2.n.1.& ibi Zacch.n.1.* unde obligatio hujusmodi † nomen cameralis, seu in forma cameræ sortita est *Gallef.d.q.n.2.* quia habuit ortum ab ipsa camera, *Vestr.in prax.lib.2. c.4.n.2. Zacch.ad Gallef.d.q.2.n.2.*

106 Proinde † obligatus in forma cameræ ad simplex verbum tenetur solvere, *Gratian. discept. 87.n.25.vers.ad ultimum, Maur. de Fidejuss. par. 1.princ.sect.6.de privil. Fidejuss.c.3.n.46.*

107 Nam per obligationem † cameralem renunciatur beneficio divisionis, & omni legum auxilio, *Sal.Tib.in formul.instrum. lib.1.c.17.n.4.& seq.vers.sed prædicta, Zacch.ad Gallef. de oblig. camer.q.17.n.25. Put. dec.456.n.3.p.2.in correc. Rot.post Zacch de oblig cam.decis.23.n.8.& dec. 243.n.3.& seq.* Necnon rei non sic gestæ, simulationis, & omnibus exceptionibus *Zacch. ad Gallef.q.17.n.94.*

D Differt Guarantigia † ab obligatione came-

108 rali, quia Guarantigia ab initio retinet confessionis, & judicialis præcepti efficaciam, obligatio verò cameralis, nisi habeat in se mandati executivi, vel censurarum susceptionem, non habet in se judicialem confessionem, nec judicis præceptum, nisi instrumento producto fiat in judicio confessio solita, & illa præcedente judicis præceptum, *Gallef. de oblig.cam.d.q.2.n. 13.* quem ibi sequitur, *Zacch.n.30. Thesaur.d.dec. 26.n.12.in fin.*

109 Dicitur † autem Guarantigia à verbo Guarantere, seu Guarantizare, quod relatum ad instrumentum, significat illud perpetuæ firmitatis robore confirmare, & munire, ut latè per *Ias. in d.l.error.n.25.C.de jur. & fact.ignor. & Thesaur.d.decis.26.n.14.*

F Illa verba quod A. C. possit executivè procede-

110 re † in omnibus obligationibus, & consensibus, quorum vigore in aliis Tribunalibus executive per relaxationem mandatorum proceditur, debent intelligi de aliis tribunalibus urbis, de quibus facultates loquuntur, ut verba indicant, non autem de aliis extra urbem, *Rot. in d. Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram b.me.Card.*

111 *Virili*, in qua fuit ideo dictum A. C. † non potuisse executivè procedere vigore instrumenti, in quo non aderat obligatio cameralis, nec Guarantigia; nec alia similis obligatio, aut clausula, cujus vigore posset executivè agi, licèt vigore statuti Lucani in causa dotis executivè procedi potuisset in civitate Lucana.

In illis verò casibus, in quibus alii Romanæ

112 curiæ judices executivè † procedere possunt per relaxationem mandatorum, utique A. C. executivè procedit, quia ejus facultates non sunt restrictæ ob obligationem cameralem, aut in forma juris Guarantigiæ, Ripæ, Ripettæ, sed in §. *ita ut tu*, ulterius progrediuntur ibi, *ac etiam in aliis obligationibus, in quibus in aliis Tribunalibus executivè proceditur, Buratt. decis.537. num.6.*

113 Et ob id † causas obligationum in forma cameræ Guarantigiæ, & aliarum executivarum in dd.facultatibus expressarum, A. C. reassumit ab aliis tribunalibus urbis, non autem ab aliis tribunalibus extra urbem, quia quoad judices de partibus ipse non est in dd. causis executivis judex solus, & privativè, *Buratt.decis.462.n.1.& decis.537.n.1.& seqq.*

114 Et licèt † in dd.facultatibus dicatur, quod possit inhibere quibuscumque judicibus, etiam Romanæ curiæ, ne in illis se ingerant, tamen notoria, & immemorabilis observantia, quæ est rerum magistra, & optima interpres, *l.si de interpretatione ff.de leg.* docuit clarè dd. verba non comprehendere judices de partibus, à quibus dd. causæ nunquam reassumuntur, *Buratt. decis. 460.n.1.vers.& omnem difficultatem.*

115 Sed nihilominus potest actor † qui via executiva egit contra debitorem in forma cameræ obligatum, variare, & aliam viam executivam intentare, *Caputaque decis.50.num.5.par.1.Rot. dec.122.n.26.par.6.recent.* etiam si primò egerit in partibus: nam potest, omisso illo judicio, agere coram A. C. in curia, ut passim servat praxis: quinimò potest quis, omissa via subhastatio-

116 nis † bonorum, procedere ad captivam personæ, etiam si habeat bona debitoris sequestrata,

quia

quia per hoc non est sibi satisfactum, *Rot. d. decis.122.n.17.& seqq.* Ubi quod id præsertim procedit, stante obligatione camerali, ex tritissimo, & usitato stylo, non solum potest aliam viam executivam intentare coram eodem, sed etiam coram alio diverso judice competente, *Gallesi.de oblig. camer.q.11.num.2.& seq.* & alii, quos refert, & sequitur *Cevall. com. contra commun.p 3.q.815.n.24 & seqq.* Ubi quod hoc est
117 peculiare † in via executiva, in qua non habet locum regula, *l. ubi captum. ff. de jud.* nec exceptio litis pendentiæ coram alio judice, secus si
118 fuisset actum via ordinaria, nam tunc Actor variare non posset, *Contard.in l.unica in decimaquarta limit.n.5.C si de moment.poss.agat, cum aliis cumulatis per Zacch.ad Gallesi.d.q.11.n.9. Rot. decis.161.n.9.p 6.recent. Buratt.decis.561.num.5.* tunc enim † videtur viæ executivæ renunciasse, *Buratt. decis.208.n.2.* ubi alias decisiones cumulat.

119 Sed hoc primò non procedit † si Reus fuisset contumax, nam tunc etiam, qui egit via ordinaria, potest variare. *Gallesi.d.q.11. num.7.& ib. Zacch.n.10. Guttier.pract.quæst.lib.3.c.39.n.6. & num.8. Scacc. de appell.lib.3.c.2.q.17.lim.9.n.47. & Gall.ubi supra q.11.n.7.* refert, & sequitur *Rot. post eundem Zacc. de oblig.camer.decis.56.n.7.& seqq.*

120 Secundò non procedit, quando Actor renunciasset viæ ordinariæ intentatæ, nam tunc refectis expensis potest convolare ad viam executivam, *Guttier d.lib.3.c.39.n.7. Cevall. com. contra commun. par.3.q.815.n.22.& seqq.* ubi dicit: quod hæc opinio, quod refectis expensis possit ille, qui egit via ordinaria, redire ad executi- 128
vam, est veriſſima, semper observatur in practica, & *num.30.* ubi quod refectis expensis parti nihil deperit, *& Cevallum* refert, & sequitur, *Zacc.ad Gallesi.d.q.11.n.11.* & quod quando quis renunciat viæ ordinariæ intentatæ, possit redire ad viam executivam, tenuit etiam *Rot. post Zacch. ubi supra decis.68.n.2.& post Cene. de Cens.decis.260. n.2. Ferentill. ad Buratt.dec. 208.n.10.*

121 Tertiò non procedit, quando ille † qui egit via ordinaria, protestatus fuit sibi nihilominus reservatam censeri viam executivam, & sic fa- 129
cultatem agendi executivè sibi reservavit expresè, *Guttier.d. lib.3.q.39.n.6. vers. secundo limitatur, Scacc.de appell.d lib.3.c.2.q.17.lim.9.n.48.& seqq.* ubi quod idem habet locum, si instrumento adest pactum, quod creditor possit variare de una via ad aliam.

122 Quartò † non procedit, quando judex sine consensu Partis, seu Actoris cœpisset procedere ordinariè (si casus dari potest) *Zacch. ad Gallesi. d.q.11.n.12. Guttier.d.q.39.n.20.*

123 Quintò † non procedit quando ageretur hypothecaria contra tertium possessorem, nam posset agi contra principalem debitorem executivè. *Guttier.d.lib.3.q.39.n.11.& seq.*

124 Sextò † non procedit, quando via ordinaria est præambula ad executivam, prout si antequam petatur executio, sit necesse probare implementum conditionis, vel liquidationem instrumenti conditionalis, vel illiquidi esse factam, *Guttier.pract.quæst.lib.3.d.q.39. num.11. & seqq.*

Sicut autem regulariter non licet variare de judicio ordinario ad executivum, ita nec de judicio † summario ad executivum, quia judicia 125
possessoria summaria sunt ordinaria, *Rot. decis. 161.n.10.& seq. par.6.recent.*

Sed hoc locum habet, quando quis vellet procedere ad subhastationem rei cœptæ causa pignoris, nam hoc sine licentia Principis fieri non potest, *Rot.d.decis.161.n.10.& seqq.* secus si
126 quis vellet † non recedendo à primo judicio summario jam cæpto, intentare aliud judicium executivum vigore obligationis cameralis compatibile non contrarium, non contra tertium, sed contra Principalem, vel ejus hæredem, *Rot.d. decis.161.n.18.& seqq.p.6. recent. & in Romana dotis 4.Julij 1635.coram bo.me.Pirovano Decano*, in qua *d. decis. 161.* comprobatur.

127 Cæterum habens † plures in forma cameræ obligatos, omisso judicio cœpto, & executione facta contra unum ex coobligatis, sine aliqua difficultate variandi poterit alios coobligatos convenire, *Seraph.decis.1107. n.3.* quem sequitur *Zacch.ad Gallesi.d.q 11 n.12.* & licita est etiam variatio de Principali ad Fidejussorem, de una re ad aliam, de persona ad rem, etiam lite pendente, vel etiam si uno modo sit cœpta executio, *Rot.d.decis.161.n.4.& seqq.* ubi hujus rei ratio redditur, *par.6.recent.& in a Rom.dotis 4.Julij 1635.coram bo.me.Pirovano decano.* & ob id omissa via subhastationis, procedi potest ad capturam personæ, *Rot.d.decis.122.n.18.& seq. par.6.recent.*

An autem † quando actum fuit in partibus vigore obligationis cameralis, & deinde, omisso illo judicio, vigore ejusdem obligationis, agitur in curia coram A. C. sint reficiendæ expensæ in primo judicio in partibus factæ, Alii asserunt se vidisse practicari non admitti hujusmodi variationem, nisi refectis expensis, Parte videlicet opponente, & ob id opus esse depositio Julii unius pro expensis liquidis cum oblatione reficiendi residuum, si adesset, facta liquidatione, juxta opinionem *Ang. in l.4.§. ait Pracor ff. de re jud.*

Nec desunt † qui in causis executivè in partibus cœptis vigore obligationis cameralis, rursus variando, ejusdem obligationis virtute, egerint coram A. C. & obtinuerint, ac viderint practicari in contrarium, videlicet procedi ad ulteriora absque alia expensarum refectione, quod videtur magis convenire superius allegatis, & privilegio variandi virtute obligationis cameralis competenti.

Nam si in curia admittitur † in executivis 130
variatio, ut superius dictum fuit, absque alia expensarum refectione, videtur eodem modo admittenda, quando omisso judicio executivo in partibus cœpto, aliud simile de novo coram A. C. inchoatur, ex rationis identitate, & aliis præallegatis, quicquid sit quando prius actum fuit via ordinaria.

G Citatio † non debet fieri in domo, sed ante
131 domum, *Glos. in Clem causam, in ver. in domo & ibi Anchar.num.11. vers. undecimo nota, de elect.*

Scac.

Scac. de appell. q. 12. c. 2. lib. 3. n. 13. vers. adverte hic obiter.

Proinde citationes affigi solent ad valvas do-
132 mus solitæ habitationis citandi, & A.C. † habet facultatem hanc citandi obligatos in forma cameræ, Guarantigiæ, & sub aliis formis, & clausulis executivis, necnon alios aliter obligatos, ubi non agitur de majori summa viginti ducatorum, *Greg. XIII. const. 55. an generis §. eisdemque* sec. an, impress. *Greg. XIV. in ejus const. Ad generis §. eisdemque. Paul. V. const. 28. eximiæ, §. eas videlicet, vers. etiam per affixionem.*

Et de jure quando non est necessaria citatio
133 personalis, † prout cum prima citatio fuit personaliter executa, vel cum citandus non permittit se personaliter citari, debet citatio vel relinqui domi solitæ habitationis citandi, *l. scire oportet, §. qui autem ff. de excus. Tut. Rot. decis. 130. n. 27. par. 6. recen. cum aliis infra allegatis sub cap. 2. lit. C. & c. 4. lit. E, vers. sed si causa*, vel ad valvas, seu januam domus solitæ habitationis ejusdem affigi, *l. 4. §. prætor ait, & §. toties ff. de damn. in fec. l. sed, & si Pupillus §. de quo palam ff. de instit. act. l. item veniunt §. præter hæc, ibi denunciatum ff. de pet. hæred. Tiraq. de retract. lignag. glos. 2. §. 9. n. 8. Rot. decis. 130. n. 27. p. 6. recent.*

134 Cæterum † in curia, si persona citandi comodè haberi non possit, factis diligentiis, proceditur per affixonem ad valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ, necnon etiam domi dimissa copia, juxta inferius tradita *sub cap. 4. lit. E, vers. sed si causa.*

135 Et si in domo citandi † nemo adsit, vel qui adsunt, nolint aperire, potest etiam affigi copia citationis ad januam, seu Valvas domus adhibito uno teste, *Paul. V. constit. 71. Vniversi agri §. cursores, vers. insuper.*

136 Verum quia citationes † executæ per cursorem domi dimissa copia, in tribunali A.C. habent eandem vim, quam habent citationes per mandatarios executæ in manibus domestico-
137 rum in curia Capitolina, solent cursores, † quando domus solitæ habitationis citandi reperitur, sive in ea aliquis adsit, sive non, sive qui adsunt, velint aperire, sive non, semper per rimulas ostii domus citationes intus domum dimittere, cum hæc citatio fit majoris efficaciæ, quam per affixionem ad valvas domus.

138 Quod si domicilium † solitæ habitationis citandi non reperitur, tunc proceditur per affixionem, factisque diligentiis affigitur citatio ad Valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ juxta in-
139 ferius tradita, *sub cap. 4. lit. E*, & si saltem † adsit domicilium olim solitæ habitationis citandi, affigitur etiam citatio ad Valvas d. domus, adhibito ad hoc uno teste juxta *d. const. Paul. V. 71. Vniversi agri §. cursores, vers. insuper.*

140 Cum igitur A.C. † habeat facultatem citandi obligatos in forma cameræ, & in aliis formis executivis usque ad quamcunque summam, & alios aliter obligatos usque ad summam viginti ducatorum per affixionem ad Valvas domus solitæ habitationis eorum, multo magis poterit contra eos procedere citando domi dimissa copia, cum hoc genus citationis sit majoris virtutis *ex præmissis.*

141 Verum cursores, † & mandatarii curiæ supradictam advertentiam de exequendo citationem ante domum, etiam invitis citatis, nimis exactè observant, quia nedum abstinent ab ingressu domos citandi; sed vix copiam citationis nunquam legibilem per rimulas ostii domus de fero immittunt, & abeunt, & citationem quandoque in ostio domus Vicini relinquunt, ut etiam adnotavit *Scacc. de appell. d. q. 12. n. 12. vers. adverte hic obiter.*

142 Non ita exactè observant, † quod debent inscribendo copiam citationis caracteribus intelligibilibus, ut legi possit, ut tenentur *ex l. sed & si Pupillus §. de quo palam ff. de inst. act. & ex Paul. V. constit. 71. Vniversi agri §. cursores verò vers. præterea*, sed illam nunquam legibilem domi ut supra immittunt, ac relinquunt, ut pariter adnotavit *Scacc. d. q. 12. n. 13. vers. adverte in fin.*

143 Nec omitto, quod cursores † & mandatarii non possunt exequi citationes personaliter, vel domi dimissa copia post tertiam horam noctis, per affixionè verò in casibus permissis nonnisi de die, quod in relatione; se scilicet citationem fecisse de die per affixionem in tali loco, exprimere tenentur, *Paul. V. d. constit. 71. Vniversi agri §. cursores, vers. citationes.*

SVMMARIVM CAP. II.

1 *Citatio ad dicendum contra jura non est necessaria, si executio instrumenti fit petenda per acta Notarij de illo rogati, & personæ non sunt mutatæ.*

2 *Secus si personæ sunt mutatæ, vel agendum sit virtute jurium producendorum.*

3 *Citationis superscriptio quomodo concipiatur, si coram A.C. mei, vel altero ex locumtenentibus sit agendum.*

4 *Instrumento rogato extra Tribunal A.C. solet ad parcendum sumptibus, citari pars ad declarandum, an velit stare simplici copiæ.*

5 *Citatio ad declarandum, an velit stare simplici copiæ, ac illius formula, & processus.*

6 *Si pars citata velit parcere sumptibus, debet protestari velle stare simplici copiæ.*

7 *Protestatio de standa simplici copia, & illius formula.*

8 *Facta per reum declaratione de standa simplici copiæ, Actor producens instrumentum in publicam formam, expensas in illo extrahendo factas non recuperat.*

9 *Si jura sunt procedenda, est citanda pars ad dicendum contra jura.*

10 *Citatio ad dicendum contra jura, & illius formula.*

11 *Productio, repetitio jurium in termino ad dicendum contra.*

12 *Decretum admissionis jurium productorum, seu repetitorum.*

13 *Obligatio cameralis debet extendi si Apocha, vel instrumentum continens obligationem cameralem sit rogatum extra tribunal A.C. & non fuit consensum in mandatum unica, &c.*

14 *Citatio ad dicendum contra jura, una cum citatione ad videndum extendi formam cameræ & illius formula.*

15 Productio jurium in causis gravioribus ad cautelam fit per compulsum formiter coram Domino.
16 Clausula, ita quod potius pareat actus, &c. est ad libitum.
17 Productio per compulsum formiter facta coram Domino, & illius formula.
18 Protestatio rei in termino citationis ad dicendum contra jura, & illius formula.
19 Decretum admissionis jurium, & extensionis formæ cameræ.
Parte opponente generalia contra, necesse est iterum citare ad videndum extendi formam cameræ, & obtinere decretum extendi.
20 Si jura producta indigent recognitione, fit parti intimatio.
21 Intimatio, qualiter fiet recognitio Iurium, & ejus formula.
22 Testes ducuntur ad officium ad recognoscenda jura, hora intimata.
23 Si pars non comparet cum interrogatoriis, & interprete, expectata hora intimata, & sequenti pulsata; fit recognitio jurium sine illa, alias secus.
24 Si pars non ducit testes hora intimata, tunc hora sequente pulsata, accusatur ejus contumacia.
25 Protestatio super accusatione contumaciæ, & ejus formula.
26 Contumacia bis accusata non potest procedi ad jurium recognitionem, nisi denuo intimato pro die & hora certis.
27 Interpretem adhibere, & interrogatoria dare, vel non, quis potest ad libitum.
28 Inductio interpretis, & ejus formula, & juramentum, quod dum non est in usu, ut in A. C. tribunali, omissum non vitiat.
29 Interpres potest accusare contumaciam partis non ducentis testes ad officium, sicut procurator causæ.
30 Interrogatoria, & eorum formula.
31 Iurium recognitio cum interrogatoriis in A. C. tribunali rarò fit.
32 Parte opponente nihil fieri, nisi recognitis juribus cum interrogatoriis, non sufficit recognitio sine illis.
33 Recognitio jurium, & ejus formula.
34 Producta scriptura manu adversarij scripta fit contra eum citatio ad recognoscendum manum suam.
35 Citatio ad recognoscendum manum suam, & ejus formula.
36 Si principalis non est in curia potest citari procurator ad recognoscendum manum sui principalis.
37 Citatio ad recognoscendum manum sui principalis, & ejus formula, & processus, & n. 38.
38 Intimatio, qualiter Dominus pronunciavit manum pro recognita, & ejus formula.
39 Si pars neget manum cum juramento est necessaria illius recognitio per testes, aliàs secus.
40 Citatio ad declarandum, an velit stare simplici copiæ, fit ex urbanitate.
41 Debitor qui non est in mora constitutus, non tenetur ad expensas factas in reassumendo instrumento in publicam formam, alias secus.
42 Debitore in mora constituto citatio ad declarandum fit ex urbanitate.
43 Citatio debet continere diem certum alias non valet
44 Citatio sine die sustinetur pro congruo tempore num. 52. ubi de magis communi.
45 Citatio sine die sustinetur pro prima die juridica & num. 52.
46 Citatio debet continere diem, & horam certam, & quando hoc procedat.
47 Citatio generalis, & vaga pro singulis diebus, & horis sustinetur pro prima, aut secunda die, & non ultra, & n. 50.
48 Citatio pro prima, & sequentibus diebus, si terminus est servatus prima die, sustinetur pro prima die, & aliquando etiam pro secunda.
49 Citatio ad primam, & seqq. dies aliquando sustinetur ultra tres dies, si adhit Stylus in tribunali.
50 Citatio inducens perpetuam servitutem non sustinetur.
51 Citatio ad videndum jurare testes pro singulis diebus sustinetur pro integro termino probatorio præfixo ex praxi.
52 Si terminus probatorius non est præfixus, citatio pro singulis diebus, & horis ad videndum jurare testes, sustinetur per duos dies.
53 A magis communi DD. opinione non est consulendo, & judicando recedendum.
54 Decisio Rotæ Romanæ habet vim communis opinionis.
55 Expressum satis dicitur, quod ex expressis sequitur.
56 Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.
57 Citatio dicitur habere certum terminum, licet judex non exprimat.
58 Citatio personalis magis arctat ob certam ejus notitiam.
59 Citatio valet sine hora, quia tacite inest horæ juris.
60 Citatio domi dimissa copia valet, prima citatione personaliter executa, vel si factis diligentiis quis non potuit reperiri.
61 Citationes de Stylo Tribunalis A. C. in causis obligationis cameralis, necnon etiam in non excedentibus scuta viginti monetæ domi dimissa copia valent.
62 Citatio debet exequi domi, in qua de tempore executionis illius citatus degebat.
63 Citatio contra Vagabundum potest exequi domi ultimæ habitationis, & quando.
64 Citatio executa domi, in qua quis tunc habitabat, est nulla.
65 Citatio domi absque dimissione copiæ non arctat.
66 Citationes in causis Commissarijs sunt personaliter exequendæ etiam coram A. C. & quomodo & quando hoc procedat.
67 Citare potest A.C. domi dimissa copia, si in commissione adsit facultas procedendi juxta ejus ordinarias facultates.
68 Citatio domi debet fieri una die pro alia, sed personalis potest fieri ad horas per totam, aliàs cum termino breviori est nulla, vel ab ea potest appellari.
69 Citari quis potest adstatim, si periculum sit in mora.
70 Citatione non reproducta actus est nullus.
71 Nuncio referenti, se citasse domi dimissa copia, vel personaliter creditur.
72 Nuncio creditur in spectantibus ad ejus Officium.
73 Nuncio attestanti de relatione executionis creditur, etiam sine testibus.

74 Acta

74 *Acta facta in figura judicij ab Actuario scripta probant sine testibus.*

75 *Notario de gestis extra figuram judicii non creditur sine testibus, secus est in Nuncio.*

76 *Cursoris Papæ subscriptioni factæ in pede citationis, creditur circa executionem illius, ex praxi.*

77 *Sententia sub conditione de futuro non valet, secus si conditio sit de præsenti vel præterita.*

78 *Decreta etiam definitiva in curia feruntur omnia fere cum conditione, nisi, & valent ex stylo præscripto.*

79 *Stylus præscriptus, quod sententia stet in pendenti, valet.*

80 *Stylus præscribitur decem annis, sicut consuetudo.*

81 *Sed secus in temporalibus de jure Canonico.*

82 *Stylus præscriptus est servandus, tam in ordinatorijs, quam in decisorijs.*

83 *Stylus, qui devenit in notitiam populi, aut majoris illius partis, habet vim consuetudinis.*

84 *Stylus potest induci ex consensu populi, absque tempore, & frequentia actuum.*

85 *Stylus ordinatorius probatur per attestationes extrajudiciales.*

86 *Iudex potest de stylo ordinatorio extrajudicialiter informare.*

87 *Stylus decisorius est concludenter probandus.*

88 *Stylus ordinatorius respicit processum.*

89 *Stylus decisorius respicit decisionem causæ.*

90 *Stylus, qui fuit modo albus, modo niger, non habem vim consuetudinis, secus si fuit firmus, & certus.*

91 *Stylus contra jus non est servandus, nisi sit præscriptus, vel approbatus, vel inductus à principe, vel sit ordinatorius.*

92 *Iudices, qui non habent facultatem legis condendæ non possunt inducere stylum contra jus.*

93 *Stylus contra jus, cessante præscriptione, aut consensu populi, debet esse obtentus, in contradictorio judicio, alias secus.*

94 *Stylus non contra jus, vel ordinatorius, potest induci à judicibus inferioribus.*

95 *Stylus non contra jus, vel inductus à Principe non requirit tempus.*

96 *Consuetudo quid sit, & quid sit stylus, ac in quo differant.*

97 *Stylus potest respicere extrajudicialia.*

98 *Clausula, & alias prout in actis, in intimatione posita, sanat omnes illius defectus.*

99 *Terminus non currit, si intimatio non fuerit reproducta.*

100 *Iudex non reproducta intimatione, non potest procedere ad ulteriora.*

101 *Intimatione non reproducta nullitas est insanabilis.*

102 *Intimatio est reproducenda ante expeditionem actus, alias nihil relevat.*

103 *Intimatio in actis causa reproducta sustinetur, licet in nomine Notarij sit erratum.*

104 *Intimatio de eo, quod quis scire tenetur, non est necessaria.*

105 *Intimatio, sicut citatio, ex comparitione partis præsumitur executa.*

106 *Citatio præsumitur executa ex constitutione Procuratoris ad causam.*

107 *Citationis defectus sanatur ex comparitione re integra, secus si præjudicium sit irreparabile, ut in citatione ad sententiam.*

108 *Intimationis defectus ex comparitione sanatur re integra, alias secus.*

109 *Vbi militat eadem ratio, potest procedi à simili.*

110 *Citatio est necessaria de unoquoque actu.*

111 *Citatio est de jure divino, & naturali.*

112 *Citationis defectus est insanabilis.*

113 *Præsens in judicio non est de necessitate citandus, & num. 122.*

114 *Præsentia supplet defectum citationis, nisi hæc requiratur pro forma.*

115 *Præsentia casualiter ad alium finem non sanat defectum citationis.*

116 *Præsentia procuratoris ad illum finem, de quo agitur, sufficit, alias secus.*

117 *Præsentia probatur ex attestatione Notarij, vel ex appellatione statim interposita.*

118 *Iura producta non citata parte, ad dicendum contra, non sunt de actis.*

119 *In actis quod non est, dicitur extra mundum.*

120 *Instrumento in actis rogato, sufficit citatio ad solvendum, & absque alia citatione ad dicendum contra ex praxi, contrarium, & concordantia num. 121.*

121 *Repetitio instrumenti in actis rogati, est necessaria citata parte ad dicendum contra, in judicio ordinario, secus in executivo.*

122 *Citatio ad dicendum contra non est necessaria, quando pars usa fuit actis exhibitis.*

123 *Comparitio tollit defectum tam citationis non executæ, quam nulliter executæ.*

124 *Paria sunt non esse, vel male esse.*

125 *Præsentia, vel comparitio ad eundem finem, de quo agitur, tollit defectum citationis.*

126 *Vtens actis, sed repetens, & allegans in sui favorem, videtur illa approbare.*

127 *Recognitio jurium in Notarijs non est necessaria.*

128 *Recognitio jurium in antiquissimis, vel antiquis non est necessaria.*

129 *Recognitio levis in omnem eventum sufficit in antiquis.*

130 *Recognitio in antiquissimis ultra centum annos nullo modo requiritur, etiam in scriptura privata.*

131 *Recognitio jurium parte non opponente, non est necessaria.*

132 *Recognitio scripturæ de longinquo, habentis faciem publici instrumenti non est necessaria.*

133 *Recognitio instrumentorum fit per testes deponentes se habere notam manum.*

134 *Recognitio jurium per similitudinem, quæ aliquando fit, est levis, & deservit pro adminiculo.*

135 *Recognitio Apocha negata, vel scripturæ privatæ fit de jure per testes deponentes, vidisse illam scribere.*

136 *Recognitio scripturæ privatæ sufficit facta per testes deponentes habere notam manum, si concurrunt adminicula.*

137 *Testes deponentes habere notam manum de jure probant semiplenè.*

138 *Recognitio scripturæ, quæ fit sine testibus, de stylo curiæ fit per testes deponentes, se habere notam manum.*

139 *Recognitio Apochæ, & Scripturæ privatæ in Tribunali A. C. fit per testes deponentes habere*

bere notam manum ex praxi.

140 Recognitio, deficientibus testibus habentibus notam manum, fit per comparationem.

141 Recognitio pro comparationes literarum est periculosa, & fallibilis.

142 Recognitio per comparationem de stylo tribunalis A. C. sufficit.

143 Recognitio libri fit per testes deponentes habere notam manum.

144 Duo testes sufficiunt in omni negotio.

145 Recognitio manus patris fit per assertionem filij parte citata ad dicendum contra.

146 Clausula, quatenus opus sit, operatur cautelam, & est conditionalis.

147 Producens instrumentum censetur illud approbare.

148 Producens fatetur contenta in scriptura producta in dispositiva, non in enunciativa.

149 Producens fatetur contenta in enunciativa à partibus prolata, & in necessarijs ad actum qui geritur.

150 Producens non fatetur, si jura producta sunt nulla, vel per se non probent.

151 Productio jurium per compulsum, & in parte, & partibus, non nocet.

152 Producens jura propria, etiam per compulsum & in parte, & partibus, fatetur, nisi habeant capitula separata.

153 Productio copia in termino operatur ut possit produci originale extra terminum.

154 Productio censetur verbalis, qua nil operatur.

155 Productio verbalis non facit jura de actis.

156 Productio censetur realis si in ea adsit verbum, facto produxit, vel verbum tenoris, vel animo &c. vel incipit sic.

157 Productio censetur realis, si in sententia adsint verba, Visis omnibus actis, vel est lapsum biennium.

158 Producens, in quantum, &c. non fatetur, dummodo non teneatur edere, & scriptura sit aliena & capitula sint separata.

159 Clausula, non alias aliter, nec alio modo est resolutiva, & quid operatur.

160 Clausula, non alias, aliter, &c. inducit conditionem, & formam, & necessitatem.

161 Clausula, non alias aliter, est limitativa, & præservativa.

162 Clausula, omni meliori modo, quid operetur.

163 Clausula omni, &c. cum copula, & implicat modos diversos ab expressu.

164 Clausula, omni, &c. cum dictione, alias, trahitur ultra expressa, & quid operetur.

165 Dictio alias comprehendit ultra, & diversa ab expressu, etiam omissa.

166 Clausula, si & in quantum operatur, & sonat prout de jure.

167 Clausula, admisit si, & in quantum, & non admisit, nisi si, & in quantum, sunt contraria.

168 Admissio incipiens per verba affirmativa censetur facta, secus per verba negativa.

169 Obligatio cameralis debet extendi si est in apoca vel instrumentum sit rogatum extra tribunal A.C.

170 Obligatione camerali non extensa A. C. nulliter procedit.

171 Obligatione camerali non extensa, non potest procedi ad illius executionem.

172 Limita nisi debitor consenserit in mandatum unica, vel sine citatione.

173 Decretum extendi, non sufficit, nisi re vera fiat extensio, secus de stylo Tribunalis.

174 Citatio unica sufficit ad dicendum contra, & videndum extendi, nisi ex adverso fiat protestatio, & quid agendum hoc casu.

175 Citatio ad videndum extendi, seu extensio non est necessaria, si instrumentum sit rogatum in tribunali A. C.

176 Obligatio cameralis in instrumentis per Notarios A. C. rogatis, etiam omissa, censetur apposita, & extensa.

177 Obligationis cameralis formula à quo posita.

178 Obligationes camerales omnes sunt juratæ, licet juramentum non sit de substantia illarum.

179 Iuramentum de jure non habet executionem paratam, secundum opinionem, quam servat Rota.

180 Protestatio conservat jus protestantis, nisi illa sit contraria facto, vel contradicat de directo.

181 Protestatio quod nemo &c. nisi docto, &c. ita quod &c. operatur ut mandato non producto sit nulla.

182 Parte non opponente defectum mandati non procurator censetur approbatus.

183 Protestatio, quod nemo, &c. ita quod, &c. nisi in unoquoque actu repetatur, evanescit.

184 Præsumptio mandati, si intrat, processus valet protestatione, quod nemo, &c. non obstante.

185 Protestatio, quod nemo, &c. operatur quod acta postea gesta ante mandati productionem sustineantur.

186 Mandatum, parte non opponente, potest produci quandocumque.

187 Mandatum sufficit producere, quando de eo opponitur, si erat ante factum.

188 Citans aliquem uti procuratorem censetur illum approbare, & non potest amplius opponere defectum mandati.

189 Præsertim si agatur de sustinenda sententia contra approbantem, & concurrant conjecturæ.

190 Citatus uti assertus procurator, vel à procuratore, vel si constat in actis de non legitimo mandato, non dicitur approbatus ut procurator.

191 Iudex potest, ne frustra laboret, cogere procuratorem ad docendum de mandato, si de eo dubitatur.

192 Clausula ita quod, &c. regulat præcedentem dispositionem.

193 Generalia debent opponi in termino ad dicendum contra, alias probant scriptura etiam informes.

194 Generalia contra jura tam producta, si in prima non opponantur, non possunt opponi in secunda instantia.

195 Generalia contra si opponuntur, exceptiones possunt quandocumque specificari etiam post sententiam, sed non post rem judicatam.

196 Clausula salvo jure, &c. est juris præservativa.

197 Generalia contra commissionem, aut rescriptum opponens citra, &c. non dicitur consentire in jurisdictionem, secus si contra jura.

198 Generalia contra productionem, vel admissionem jurium opponens, non videtur consentire in jurisdictionem.

199 *Protestatio, quod in termino ad dicendum contra nil innovetur, operatur, ut eo pendente nil possit innovari.*

200 *Testes debent jurare tactis scripturis.*

201 *Verba Notarij, testis juratus, non probant juramentum, & quare.*

202 *Verba Notarij, juravit ad S. Dei Evang. vel similia de praesenti assertiva, probant testem juravisse, etiam si clausula tactis, &c. sit omissa.*

203 *Testis Sacerdos potest jurare tacto pectore.*

204 *Eques potest jurare tacta cruce sui habitus.*

205 *Episcopus non jurat tactis &c. sed inspectis Evangeliis, & ei mittitur Sacramentum.*

206 *Testes non jurati non probant, sed hac regula habet fallentias.*

207 *Testis post mortem probat, etiam si depositio non fuerit jurata.*

208 *Testes nulliter examinati probant post mortem de æquitate.*

209 *Quisque tenetur recognoscere, vel negare eum juramento scripturam ejus nomine conscriptam aliàs pronunciatur pro recognita.*

210 *Appellatio non datur à provincia, quod scriptura habeatur pro recognita.*

211 *Filius Patris, Hæres defuncti, Vxor Viri, & Dominus Institoris manum recognoscere, vel negare tenetur.*

212 *Procurator citato principali in partibus, eo non existente in curia, tenetur illius manum recognoscere, vel negare.*

213 *Procurator tenetur ad instantiam adversarij recognoscere manum principalis, si recognitio petitur ab eo, ut principali.*

214 *Procurator tenetur testificari contra principalem in his, quæ fecit, aut sciebat, uti tertius, ante litem motam.*

215 *Procurator, si non agitur de secretis causæ, nec ipse potest argui de fide rupta, tenetur contra principalem subjicere se examini.*

216 *Advocatus, & solicitator tenentur subjicere se examini contra principalem in iis casibus, in quibus tenetur Procurator.*

217 *Procurator ad negotia indistinctè tenetur recognoscere scripturas, & testificari contra suum principalem.*

De productione & recognitione jurium, Pars prima Cap. II.

1 VBicumque † in tribunali A. C. petenda est executio instrumenti rogati à Notario, per cujus acta proceditur, non est necessaria citatio ad dicendum contra jura, quando personæ non sunt mutatæ, sed tantummodo citatur pars ad solvendum, seu implendum promissa, juxta formam suæ obligationis, ut inferius, *sub c. 6. de petit. mand.* suo loco dicetur.

2 Sed si personæ † sunt mutatæ, vel instrumentum non est rogatum in actis Notarii actuarii, vel agendum sit vigore Apochæ, vel aliorum jurium producendorum, citatio prædicta ad dicendum contra jura omninò requiritur.

3 Quando autem pars citatur coram ipsomet auditore R. C. Apostolicæ, dicitur in capite citationis A. C. met; quando verò citatur coram altero ex Locumtenentibus, loco illius verbi, met, ponitur cognomen ipsius Locumtenentis, verbi gratia A. C. Caballetto, vel A. C. Argelo.

4 Verum si instrumentum, cujus executio petenda est, extra Tribunal A. C. rogatum sit, solet non raro ad effugiendas expensas, & constituendum adversarium in mora citari idem adversarius ad declarandum, an velit stare simplici copiæ, ut infra, videlicet.

A. C. N.

5 Citetur NN. ex adverso principalis (si principalis est, sin minus citetur NN. ex adverso Procurator NN. ex adverso principalis; quod in omnibus citationibus semper observatur) ad de-
A clarandum, an velit stare simplici copiæ A instrumenti NN. sub die, mense, ann. NN. rogati per acta NN. aliàs videndum mandari redigi in publicam formam suis sumptibus, & expensis
B ad primam diem B instante NN. principali, sivè NN. ejus procuratore, &c.

NN. Notarius.

Hæc citatio datur uni ex Sanctissimi D. N. Papæ cursoribus, qui illam exequitur domi di-
C missa copia C, & de hoc facit fidem in pede illius, & sic exequuta reproducitur in actis Notarii causæ coram judice prima die juridica se-
D quente post illius exequutionē D, & obtinetur à judice decretum, quod scribitur in pede ejusdem à Notario causæ (quod pariter servatur in omnibus citationibus) hoc modo videlicet.

Idem citra, &c. (si principalis est, sin minus NN. procurator) petiit, & obtinuit, ut supra
E sumptibus, cujus de jure, nisi ad p. d. E cum intimatione omni, &c.

Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter Dominus mandavit redigi instrumentum in
F publicam formam, & aliàs prout in actis F instante NN. principali, sivè &c.

NN. Notarius.

6 Qua intimatione executa per cursorem, & in actis Notarii causæ per principalem, seu per
G procuratorem, ut supra reproducta G, si pars adversa vult, potest ad parcendum sumptibus declarare, & protestari, antequam labatur prima dies quæ debet esse juridica post intimationem executam, & sic in termino saltem intimationis, & protestationem, ut moris est, scribi facere in libro actorum officii, Broliardo nuncupato, hoc modo, videlicet.

7 Pro NN. contra NN.

In officio idem citra, &c. (si comparet principalis, sin minus, In Officio, &c. NN. Procurator quod in omnibus protestationibus est observandum) in termino, &c. declaravit velle stare simplici copiæ instrumenti NN. de quo agitur, dummodo sit integra, & concordet cum suo originali, ideò &c. aliàs, &c.

8 Facta hac declaratione † debet accipi, & producī

duci simplex copia instrumenti, alias si quis redigi faceret instrumentum in publicam formam, illudque produceret, non recuperaret in fine litis expensas in eo extrahendo factas ab eo, qui ut supra declaravit.

9 Denique quando copia simplex, vel instrumentum, vel alia jura quæcunque sunt quomodocumque producenda, citatur pars adversa ad dicendum contra jura hoc modo, videlicet.

A. C. N.

H Citetur HNN. exadverso principalis ad di-
10 cendum contra jura producta, & repetita, vide-
I dum jurare testes super illorum recognitione I,
L quatenus opus sit L, admitti, committi, & mandari restitui, dimissa copia collationata ad primam d. instante NN. principali sive, &c.

NN. Notarius.

Adveniente prima die juridica reproducitur citatio executa contra partem adversam in actis causæ, & fit productio, & repetitio jurium in Broliardo hoc modo, videlicet.

11 Pro NN. contra NN.

In officio NN. Procurator, prout de ejus procuræ mandato docuit per instrumentum publicum, quod facto dedit, tenoris &c. & ad docendum de bono jure dicti sui principalis, facto per
M compulsum M & non alias &c. ita quod potius pereat actus, quam protestatio, produxit (exempli gratia) copiam instrumenti publici ro-
N gati per acta NN. prout in folio tenoris N. &c. vel produxit instrumentum publicum NN. vel apocam, vel quid simile, prout in folio tenoris, &c. secundum facti contingentiam, & repetiit declarationem de stando simplici copiæ die NN. factam, & omnia alia jura in actis producta, seu rogata sub die NN. & omnia alia acta, & actitata, gesta, & facta per acta mei &c. in parte tamen, & partibus favorabilibus &c. &
O in quantum pro parte sua faciant, &c. & non O
P alias aliter, nec alio modo, &c. P. petens, &c. recipi, & admitti non solum ut supra, sed & omni
Q alio meliori modo, &c. Q.

Et adveniente hora audientiæ, principalis, seu procurator petit, & obtinet à judice decretum, quod scribitur à Notario de more in pede citationis hoc modo, videlicet.

12 NN. Procurator repetiit jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit ut supra ad-
R mitti, si, & in quatû, &c. R. & cõmitti, ac mãdari restitui dimissa copia collationata, omni &c.

13 Sed si in instrumento, vel apoca producenda adsit obligatio cameralis, & instrumentum est extra tribunal A. C. rogatum, nec fuit consensum in mandatum executivum unica, vel sine citatione, obligatio cameralis debet omninò extendi, & ob id quando citatur ad dicendum contra jura, necesse est etiam citare ad videndum extendi formam Cameræ juxta stylum Curiæ, ut infra, videlicet.

A. C. N.

14 Citatur NN. exadverso principalis ad dicendum contra jura producta, & repetita, videndum jurare testes super illorum recognitione quatenus opus sit, &c. admitti, committi, & mandari restitui dimissa copia collationata, necnon extendi formam Cameræ in dictis juri-
S bus appositam juxta stylum Curiæ S, ad p. d. instante NN. principali sive, &c.

NN. Notarius.

Executa, ac reproducta citatione, si causa non est magni momenti, possunt produci jura, in Broliardo ut supra, si verò causa est gravis potest fieri productio ad majorem cautelam per compulsum formiter coram Domino in Broliardo ut infra, quod etiam in omnibus causis gravioribus ad libitum servari poterit.

16 Clausula verò, ita quod potius pereat actus, quam protestatio, non semper erit apponenda sed ad libitum in casibus, in quibus id magis videbitur expedire.

17 Pro NN. contra NN.

Coram Illustrissimo & Reverendissimo Domino A. C. meque præsentis causæ Notario actuario, Comparuit NN. Procurator, prout de suo procuræ mandato constat ex instrumento in actis mei rogato sub die NN. & exposuit ad ejus notitiam devenisse, penes NN. Connotarium esse nonnulla jura, & instrumenta ad hujusmodi causam plurimum facientia, idcirco petiit, & obtinuit eundem sub pœnis &c. cogi, & compelli ad dd. instrumenta, & jura in actis hujus causæ exhibendum, omni &c. qui quidem NN. Connotarius ibidem præsens sic compulsus metu excommunicationis, &c. facto produxit, verbi gratia, instrumentum obligationis factæ, per NN. rogatum per acta NN. sub die, mense, anno NN. N (vel apocam, vel alia jura similia, secundum facti contingentiam (prout in folio tenoris, &c. Ex tunc d. NN. Procurator ibidem adhuc coram Domino meque &c. præsens d. instrumentum, & jura repetiit in parte, & partibus favorabilibus, &c. & in quantum pro d. suo principali, & ejus parte faciant. &c. & non alias, aliter, nec alio modo, &c. de quo solemniter protestatur, &c. ita quod potius pereat actus quàm protestatio, &c. petens recipi, & admitti omni, &c.

Ex adverso principalis, vel Procurator in termino d. citationis ad dicendum contra jura, scribendam curat in Broliardo per Notarium, causæ hanc, vel similem protestationẽ videlicet.

18 Pro NN. contra NN.

In officio mei, &c. idẽ principalis citra, &c. in termino, &c. (vel NN. Procurator) & præmissa protestatione nullitatis actorum. & agendorum &c. ex quocunque capite resultantis, & quod nemo exadverso comparens audiatur nisi docto de legitimo mandato procuræ, ita quod per subsequentem ratificationem non censean-
T tur acta revalidata T de quo solemniter protestatus fuit, & protestatur. &c. contra prætensa jura dixit pro nunc generalia verba salvo jure,
V &c. V. & pendente termino ad dicendum
X contra nihil innovari X. alias. &c. & non admitti, nisi illis recognitis, & non recognosci, nisi intimato die, & hora certis ad effectum dandi interrogatoria, quæ omnino date intendit, & conducendi interpretem. alias protestatus fuit de nullitate, & aliis licitè protestandis non solum, ut supra, sed & omni alio meliori modo, &c.

19 Adveniente hora audientiæ Procurator

Actoris, seu qui jura produxit, & repetiit, obtinet à judice decretum, quod extenditur per Notarium ut supra in pede citationis, videlicet.

NN. Procurator repetiit jura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petiit, & obtinuit illa admitti, si, & in quantum, &c. & committi ut supra, ac mandari restitui dimissa copia collationata, nec non (extensio formæ Cameræ est necessaria) extendi formam Cameræ juxta petita, &c. omni &c.

Sed si pars adversa dicit generalia contra jura, quod pendente, &c. nihil innovetur, non potest in dicto termino extendi forma Cameræ; sed est necesse partem denuò citare ad videndum extendi formam cameræ juxta stylum curiæ, & alia sic citata extensionem hujusmodi obtinere, ut infra *sub cap. 6. dicetur.*

20 Proinde si jura producta indigent recognitione, fit parti adversæ, quæ protestata fuit velle dare interrogatoria ut supra, sequens intimatio, videlicet.

A. C. met.

21 Intimatur NN. exadverso Procuratori NN. exadverso principalis, qualiter recognitio juriũ fiet die NO. cum duobus diebus sequentibus, de mane hora NN. & de sero hora NN. ideo citetur idem ad dandum interrogatoria, quatenus illa dare intendat, & conducendum interpretem, quatenus, &c. aliàs videndum recognosci sine illis, instante NN. principali sive, &c.

NN. Notarius.

22 Hora intimata ducuntur testes, à quibus jura sunt recognoscenda, in officio Notarii causæ, &

23 expectatur † pars adversa usque ad horam sequentem pulsatam, & si non comparet cum interrogatoriis, & interprete (qui rarò in his casibus adhiberi solet) fit recognitio sine illis, si verò comparet, & dat interrogatoria, fit recognitio cum illis, & interpres interrogat, si adest, sin minus Notarius interrogat testes juxta interrogatoria, delato eis in primis juramento, tactis, &c. de veritate dicenda, & deinde testes recognoscunt jura, reddentes causam scientiæ.

24 Si verò pars non ducit testes hora intimata in officio, tunc pars adversa expectat cum interrogatoriis, & interprete (si eum adhibere vult) usque ad horam sequentem pulsatam, & deinde accusat contumaciam illius, hoc modo. videlicet.

25 Pro NN. contra NN.

In Officio &c. NN. Procurator, & expectata hora NN. intimata, & hora NN. sequenti pulsata cum interrogatoriis, & interprete, accusavit contumaciam partis adversæ non comparentis cum testibus ad recognoscendum, recognosciqueque faciendum asserta jura, ideo protestatus fuit, nihil fieri, nisi de novo intimato, aliàs, &c.

26 Si hujusmodi contumacia fuit semel accusata, non est necessaria nova intimatio, si verò fuit accusata duabus vicibus immediatè sequentibus, tunc non potest procedi ad jurium recognitionem, nisi facta nova intimatione pro die, & hora certis.

27 Si pars nolit adhibere interpretem, potest ad libitum dare interrogatoria Notario causæ, si vult etiam absque accusatione contumaciæ, si verò vult adhibere interpretem, potest facere in Broliardo illius inductionem ad libitum, hoc modo, videlicet.

28 Pro NN. contra NN.

In officio, &c. NN. Procurator, & induxit in interpretem NN. qui præsens juravit, tactis, &c. de benè, & fideliter interpretando omni &c.

Hoc tamen juramentum interpretis non est multum in usu in Tribunali A. C. & ob id, ubi non est in usu, illius omissio non vitiat, ut passim observat Praxis.

29 Potest equidem interpres † accusare contumaciam partis adversæ, quando non comparet hora intimata, nec hora sequenti pulsata, ut supra, non secus, atque hoc potest facere causæ Procurator, vel principalis, & quæ dicta sunt de interprete, interrogatoriis, & accusatione contumaciæ observantur etiam ubicumque sunt testes super articulis examinandi, ut suo etiam loco dicetur.

30 Interrogatoria verò hoc, vel simili modo ad libum dari possunt in hoc casu, videlicet.

Interrogatoria infrascripta dat, facit, exhibet & producit, Procurator, & eo nomine NN. in causa, quam habet cum NN. petens assertos testes

Y juxta illa medio juramento tactis &c. Y antequam ad assertam recognitionem deveniatur, servatis servandis interrogari, aliàs protestatur de nullitate, &c.

In primis moneatur quilibet testis de qualitate, & importantia juramenti, & pœnis perjurii, & fiant aliæ solitæ monitiones.

1 Deinde interrogetur quilibet testis, quomodo huc accesserit ad se subjiciendum examini, an sponte, vel requisitus, & si dixerit requisitus, dicat à quo, ad quid, & quibus verbis, & an semel, vel pluries, & an fuerit confessus & communicatus hoc Anno Paschate Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, à quo, & in quo loco.

2 Interrogetur, an ipse testis fuerit unquam processatus, inquisitus, condemnatus, vel publicè denunciatus excommunicatus, à quo judice, in quo tribunali, & qua de causa, & an adhuc sit excommunicatus.

3 An fuerit unquam instructus, quomodo deponere, vel recognoscere debeat aliquas scripturas, & à quo, & quot vicibus, & an dictæ scripturæ fuerint sibi ostensæ, vel articuli, & à quo & quibus verbis.

4 An ipse testis sit dives, vel pauper, quid habeat in bonis, & cujus expensis vivat, & an sibi fuerit aliquid datum, promissum, vel remissum pro hujusmodi examine, & recognitione, & quid, & à quo, & an ex his speret lucrum, aut commodum, & quale, & à quo.

5 An sit consanguineus, vel affinis inducentis, & in quo gradu, & an sit ejus compater, amicus, intrinsecus, familiaris, debitor, vel creditor, cujus summæ, & qua de causa, vel aliquod negotium, aut quid agere habeat cum inducente.

6 An cognoscat NN. qua occasione, in quo loco, & à quo tempore citra, cujus ætatis, staturæ, ac professionis sit, & an viderit illum scribere, & quot vicibus, in quibus locis, & temporibus, & quibus præsentibus, & an ejus caracter

sit

sit magnus, vel parvus, & ejus manus possit simulari.

7 An viderit aliquas scripturas manu dicti NN. scriptas, & quas, quot vicibus, in quibus locis & temporibus, & qua occasione, & quomodo cognoverit illas esse scriptas manu dicti NN.

8 An viderit unquam Sigillum NN. quæ insignia in eo existant, an in eo sint literæ, & quæ, & an viderit dictum sigillum imprimi, vel impressum, in qua materia, quot vicibus, in quo loco, & qua occasione, & quomodo hoc sciat.

Hæc sunt interrogatoria generalia, sicque formanda sunt alia specialia interrogatoria juxta subjectam materiam, de qua agetur, quibus finitis additur.

Super aliis suppleat diligentia examinatoris, cui datur facultas addendi, & minuendi, & nova interrogatoria faciendi, quatenus opus &c.

31 Hæc recognitio jurium cum interrogatoriis rarò fit in Tribunali A. C. quia rarò opponitur & à parte desideratur; si tamen opponeretur,

32 nihil fieri nisi juribus recognitis cum interrogatoriis, ut supra, illa essent omninò necessaria, aliàs recognitio esset nullius momenti, si verò opponeretur simpliciter, nihil fieri nisi recognitis juribus, & nihil diceretur de interrogatoriis, posset fieri recognitio sine illis, & scribi à tergo jurium à Notario hoc modo videlicet.

33 Die N. Mense N. Anno N. Dominus NN. constitutus coram, &c. medio juramento, tactis, &c. recognovit manum, literas, & personas, ac sigillum NN. retroscriptorum in forma omni &c.

Die, mense, anno NNN. Dominus NN. constitutus &c. medio juramento, tactis &c. recognovit manus, literas, et personas, ac sigillum retroscriptorum NN. in forma, omni etc.

Hic obiter observandum est, quod in citatione ad dicendum contra jura, apponitur illud verbum committi, quod importat commissionem Notario causæ juramenti receptionis, et examinis testium examinandorum in recognitione jurium.

34 Frequenter autem accidit, ut producatur in actis Apoca, aut alia scriptura manu debitoris vel adversarii scripta, et tunc citatur debitor adversarius, vel ejus procurator ad recognoscendum manum hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

35 Citetur NN. exadverso principalis ad recognoscendum manum suam in juribus in actis productis appositam; aliàs videndum pronunciari haberi pro recognita ad p. d. instante NN. principali sive etc.

NN. Notarius.

36 Si verò citandus sit procurator, ex quo principalis est extra curiam, sed citatus in partibus mediante citatione impressa, aut alia simili sit citatio hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

37 Citetur NN. exadverso procurator NN. ex-
Z adverso principalis ad recognoscendum Z. manum d. sui principalis in juribus in actis productis appositam, alias videndum pronunciari haberi pro recognita ad p. d. instante NN. principali, sive etc. NN. Notarius.

Executa, et reproducta citatione, obtinetur Decretum à judice, videlicet.

NN. Procurator petiit, et obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione omni etc.

Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

N. C. Met.

38 Intimatur NN. exadverso principali, vel NN. exadverso Procuratori NN. exadverso principalis, qualiter Dominus pronunciavit manum suam vel (d. sui principalis) haberi pro recognita, et alias prout in actis, instante. NN. principali, sive etc.

NN. Notarius.

39 Si pars fatetur manum suam, proceditur ad ulteriora, si verò tacet, pariter vigore dicti decreti proceditur ad ulteriora, elapsa prima die juridica post executam intimationem, nisi pars aliquid relevans deducat; si verò pars negat manum juramento, prout, si neget, jurare tenetur, necesse est, illam per testes recognoscendam curare, ut supra dictum est de aliorum jurium recognitione.

Scripturis denique recognitis proceditur ad ulteriora, ut suo loco dicetur.

Observationes.

40 A  Bservandum circa præmissa, quòd citatio ad declarandum, an velit stare simplici copiæ, aut non est necessaria, aut fit potius ex urbanitate, quam ex necessitate: nam aut debitor non est constitutus in mora, & non tenetur ad expensas factas in reas-

41 sumendo instrumentum in publicam formam. *Bald. in l. non ignorat, n. 3. C. de fruct. & lit. exp. Luc. Pet. in Prax. lib. 9. c. 1. n. 43.* & per consequens isto casu citatio est frustratoria, aut debitor est constitutus in mora, & tunc tenetur

42 ad hujusmodi expensas, absque dicta interpellatione. *Bald. in l. eo §. super vers. unde colligunt C. de usur. Lanfran. in Prax. tit. de expensis num. 28. Galles. de oblig. Camer. quæst. 27. num. 23.* ac proinde citatio ad declarandum fit hoc casu ex mera urbanitate ad parcendum sumptibus, *Salust. Tib. in prax lib. 2. cap. 44. n. 6.*

B Citatio debet continere diem certum, aliàs non valet, *Maran. in prax. tit. de Cit. num. 20.* Sed

44 si citatio † sit facta sine die, sustinetur, & citatus tenetur congruo tempore comparere, *Spec. de citat. §. sequatur num. 20. Abb. in c. cum parati num. 6. & ibi adden. lit. A. Anchar. num 4. Card. n. 2. in fin. de appel. Innoc. in cap. fin. in prin. qui Mate. accus. poss. Mili in repert. in ver. Citatio valet sine die* Auf. ad Capell. *Tolos. decis. 302. in fin. Boer. dec. 345. vers. in contrarium sub n. 2.* & hæc est communis, & magis communis DD. opinio de qua testatur *Felin. in c. consuluit, n. 5. vers. sed tenendo communem, de off. Deleg. Alex. in l. liber homo §. decem. n. 5. ff. de verb. oblig. Gravat. ad Vestr. lib. 4. cap. 2. n. 13.*

45 Ex quo infertur, quod citatio † sine die sustinetur pro prima die juridica, *Boccar. de remiss.*

c. 10.

c. 10. n. 68. Card. Put. dec. 29. de Iud. secun. nov. impress. Idem Put. dec. 212. lib. 2. ubi loquitur de Citatione ad Sententiam, Card. Seraph. dec. 857. n. 23. Card. Mantic. dec. 8. nu. 3. & dec. 155. n. 2. Rot. dec. 486. n. 7. in fin. ubi loquitur de citatione ad sententiam, par. 2. recent. & dec. 663. n. 8. in fin. par. 4. recent.

46 Et licèt citatio † debeat continere diem, & horam certam, aliàs sit nulla, arg. l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam. Hoc tamen non negatur, procedit enim in citatione inducente perpetuam servitutem pro singulis diebus, & horis, ubi ageretur de illa sustinenda per octo, aut decem dies, aut ultra; sed dicitur, quod citatio facta sine die intelligitur facta pro prima die, quæ licèt sit omissa, tamen tacitè ineſt, & sic continet diem certam; aut ergo agitur de citatione
47 generali, & vaga pro singulis diebus, & horis, & de illa sustinenda pro prima, aut etiam secunda die juridica, & sustinetur, Martin. And. decis. 65. n. 7. Rot. dec. 52. num. 8. par. 3. recent. ubi quod ita fuit sæpè resolutum, latè Beltramin. ad Gregor. dec. 71. n. 6. Aut agitur de illa sustinenda pro quinque diebus, & non sustinetur Mar.
48 Andr. d. dec 65. n. 7. Aut citatio † est facta pro prima, & octo diebus sequentibus, vel aliàs cum continuatione dierum, & si terminus fuit servatus prima die juridica, sustinetur pro illa die non pro aliis. Put. dec. 152. lib. 2. Rot. decis. 571. n. 2. par. 4. rec. & loquuntur de citatione ad sententiam; aliquando verò sustinetur per duos dies immediatè sequentes post illius executionem, Burat. dec 727. n. 1. & 2. ubi pariter loquitur de citatione ad sententiam, & etiam sustineretur per tres aut quatuor dies, præsertim si
49 daretur magnus fumus styli tribunalis, in quo lata esset sententia, ut fuit resolutum in Licen. Domus 10. Martii 1621. coram bon. mem. D. Coc-
50 cino Decano, ad sex † autem dies non sustinetur. & in his terminis proceditur, Caval. dec. 376. n. 6. in fin. Nec etiam sustineretur regulariter ultra dictos dies, quia esset nimis generalis, & vaga. & induceret perpetuam servitutem, & in his terminis procedit, Boccat. de Rem. ss. cap. 10. n. 68. vers. citatio vero, & n. 71. vers. & si non habet, Put. decis. 258. n. 5. lib. 1. Mæd. dec. 4. n. 3. de test. & alii relati per Andr. d. decis. 65. num. 7. Burat. decis. 164. num. 11 cum similibus. aut
51 agitur de citatione ad videndum jurare † testes pro singulis diebus, & horis; tunc aut est præfixus certus terminus probatorius, & citatio sustinetur ex Praxi pro integro termino probatorio, quia cum certus terminus probatorius sit præfixus, illa non inducit perpetuam servitutem, & sic cessat absurdum, Rot. dec. 557. n. 4. par 4. recent. latè Beltramin. ad Greg. d. dec.
52 71. n. 6. ver. item sustinetur, aut hujusmodi † terminus non est præfixus, & citatio sustinetur pro duobus diebus immediatè sequentibus post illius executionem, Rot. dec. 307. n. 9. p. 1. recen. cum aliis supra allegatis, Aut citatio est facta sine die, & tunc Citatus tenetur comparere quamprimum cómodè potest, & citatio sustine-
53 tur pro prima die juridica, a qua opinione † cum ex prælegatis sit magis communis, non est in consulendo, & judicando recedendum, Ant. Mar. Corat. de commun. utriusque DD. opin. in præfat. n. 38. & tit. 9. n. 3. præsertim cum ita sæpius fuerit à Rota Romana decisum; nam sola deci-
54 sio Rotæ Romanæ habet vim communis opinionis, Caval. in tract. de com. opin. Gravat. ad Vestr. in Prax. lib. 6. c. 1. n. 14. Gratian. discep. 104. n. 56. quos refert, & sequitur Maribes. de Rot. Roman. ante tract. de Commiss. par. 1. secun. nov. impress. vers. quare non mirum, & hic non una sed plures adsunt Rotæ Romanæ decisiones antiquæ, & modernæ, videlicet Putei, Seraphini, Manticæ, & aliorum.

55 Et satis † quidem in citatione sine die, dies expressa dici potest, dum satis expressum dicitur, quod ab expressis resultat, & sequitur, l. si ita §. qui filio ff. de bon. poss. secund. tabul. Dec. cons. 68. n. 3. Ruin. cons. 132. n. 4. lib. 2. Pari. cons. 44. n.
4. lib. 1. Rot. dec. 62. n. 4. par. 2. recent. quinimò
56 expressio eorum qui tacitè insunt, nihil operatur, l. 3 ff. de leg. 1. l. quæ dubitationis ff. de reg. jur. l. aliquando ff. de cond. & demons. Duen. reg. 285. par. 1. Ripa in l. hac verba n. 36. ff. de leg. 1. Rot. dec. 377. n. 3. par. 2. recent. in his terminis clarè dixit Bald. in l. circa n. 1. vers. ista secunda ratio ff. de
57 hæred. instit. quod † citatio dicitur habere certum terminum, licèt judex non exprimat, quia ineſt tacitum arbitrio boni viri.

58 Quæ multo magis procedunt † in citatione personali, Boer. d. dec. 235. n. 3. quia etiam si in forma citationis à jure tradita, aut in modo citandi fuerit erratum, si tamen pervenit citatio ad notitiam citati ab ea ligatur, ac si citatio fuisset legitimè executa, Roman. cons. 410. n. 2. Vant. de null. tit. qual. sent. vel Proces. rep. n. 122.

59 Quo † verò ad horam valet pariter citatio sine hora, quia tacitè ineſt, & intelligitur pro hora juris, Canon. in c. consuluit. de off. Deleg. Innoc. in c. cum nobis n. 4. & ibi Adden. lit. A. Io. And. n. 32. Abb. n. 21. & ibi Adden. lit. A de elect. Alex. in l. liber. homo §. decem n. 6. de verb. oblig. Vant. de null. ex defect. citat. n. 71. & seqq. Marant. in prax. tit. de citat. n. 66. Boer. d. decis. 235. n. 2. vers. idem est in hora.

C Citationes executæ domi dimissa copia sunt
60 de jure validæ, l. scire oportet. §. qui autem ff. de exeu. Tut. Adden. ad Matthesil. singu. 132. n. 1. sed hoc procedit, quando fuit facta prima citatio personalis, Adden. ad Matthesil. ubi sup. n. 2. Gravat. ad Vest. lib. 5. c. 13. n. 12. & seq. ubi declarat Rot. dec. 1. de dol. & contum. in nov. vel quando fuit facta diligentia de exequendo primam citationem personaliter, & citandus non potuit reperiri, Adden. ad Vest. lib. 5. c. 13. n. 11. & seqq. Borell. in Summ. tit. de citat. n. 22.

61 Cæterum † ubi agitur de obligatione Camerali usque ad quamcumque summam, aut alia causa scuta 20. non excedente coram A. C. omnes citationes de stylo tribunalis exequuntur domi dimissa copia, Sal. Tib. in prax. lib. 1. c. 51. n. 1. Debet autem exequi citatio domi solitæ
62 habitationis, l. 4. §. Prætor ff. de damn. infect Cuman. cons. 14. col. 1. vers. quod autem non fuerit, Borell. in d. tit. de Citat. n. 23. & quidem domi solitæ habitationis de tempore executæ citationis Corn. cons. 52. n. 7. lib. 3. cum aliis allegatis per Rot. in Tuden. præstimonij Lunæ 8. Novembris

bris 1593. coram bo.me. Penia. Veral. decis. 117. n. 2. par. 1. Borell. in d. tit. de citat. n. 23. nisi quis esset
63 † Vagabundus, & nesciretur ubi habitaret, nam tunc sufficeret illum citare domi ejus ultimæ habitationis, *ut fuit dictum in d. Tuden. præ-*
64 *stimonij coram Penia.* aliàs autem † Citatio executa domi, in qua quis eo tempore non habitabat, est omninò nulla, *l. 1. §. domum, ff. de l. b. agnosc. Gabr. cons. 52. n. 16. lib. 1. Vant. de null. def. citat. n. 11. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 51. n. 11. Coccin. dec. 74. n. 2. Andr. dec. 1. n. 8.* quinimò et-
65 iam executa domi † solitæ habitationis absque cõpiæ dimissione non arctat. *Burat. dec. 186. n. 11*
66 In causis autem Commissariis, etiam coram A. C. citationes debent exequi personaliter, aliàs sunt nullæ, *Vant. de null. def. cit. n. 83. & seqq.* quem sequitur *Rot. decis. 495. n. 3. par. 3. recent.* Et licèt in causis executivis, & aliis coram A. C. introductis per supervenientiam commissionis non alteretur processus, nihilominus, nisi in commissione fuerit data facultas procedendi singulis diebus, & horis in honorem Dei non feriatis, citationes sunt personaliter exequendæ, & quidem pro diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris prout in causis Commissariis; at si in commissione fuerit data facultas procedendi
67 juxta ordinarias A. C. facultates, non solum singulis diebus in honorem Dei non feriatis, sed etiam domi, dimissa copia, citandi facultas conferetur concessa, prima tamen citatio ad dicendum contra commissionem debet nihilominus esse personalis, ut post alios tradit *Sal. Tib. d. lib. 1. c. 51. n. 3. & seqq.*
68 Debet fieri citatio una die pro alia domi dimissa copia, sed personaliter potest quis citari ad hodie per totam audientiam, *Put. dec. 178. lib. 1. Sal. Tib. d. lib. 1. c. 27. n. 1. & c. 51. n. 12.* aliàs citatio habens terminum breviorem, domi dimissa copia, indiscreta est, & nulla, *l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam. Vestr. in Praxi lib. 4. c. 2. & ibi Adden. n. 10. Vant. de null. def. citat. n. 67. Cassador. dec. 6. num. 3. de Dol. & Contum. Crescent. decis. 6. cod. tit. Put. decis. 150. n. 2. lib. 3.* vel si est personalis præbet materiam appellandi, *Put. dec. 150. n. 2. vers. non obstat*, si autem
69 † esset periculum allatura, prout in inhibitionibus, posset etiam quis citari ad statim, prout passim servatur in A. C. & aliis Urbis tribunalibus.

D Non sufficit fuisse executam citationem, nisi
70 fuerit in tempore producta, alias actus esset nullus, *Bart. in l. si finita §. Iulianus n. 18. ff. de dam. infect. Bald. in l. multum in fin. ff. de cond. & demonst. cum aliis allegatis per Rot. in Faventina, seu imolen. bonorum 19. Iunij 1595. coram bo. mem. Litta, & in Tiburtina affrancationis 15. Ianuarij 1593. coram bo. m. Orano.*

71 Creditur Nuncio asserenti se citasse aliquem domi dimissa copia, *Ias. in l. nec in col. fin. n. 10. ff. de acquir. hared. Feder. de Sen. cons. 142. n. 3. vers. non obstat relatio*, prout etiam creditur eidem attestanti se citasse, vel intimasse personaliter cum dimissione copiæ in manibus citati *Rot. in Cortonen. Plebania 27. Iunij 1635. coram*
72 *bo. mem. Molinano*, quia regulariter † in spectantibus ad ejus officium statur ejus relatio
mi, DD. *in l. 1. ff. de in ius voc. Bart. in l. 1. §. cura carnu ff. de off. Præs. Vrb. Rot. dec. 15. n. 1. lib. 1. par. 3. divers.* & in dependentibus, & connexis *Put. dec. 187. lib. 3. Veral. dec. 166. par. 2.*

73 Creditur etiam Notario attestanti de relatione executionis citationis. *Iacob. de Aren.* quem sequitur *Cyn. in l. si quis Decurio n. 4. vers. sed iuxta hoc moveo, & ibi Alber. post med. vers. item quærit si Tabellio, Salic. n. 5. vers. & secundum prædicta C. ad l. Cornel. de Falsis.* etiam sine testibus,
74 quia acta, † quæ fiunt in figura judicii, judice pro tribunali sedente scripta à Notario publico, etiam sine testibus, probant, *l. sancimus. & l. omnium C. de testam. l. in donationibus, C. de Donat. & ibi Alber. n. 2. ubi de communi Mandos. ad Lup. alleg. 8 l. n. 3. ubi de communi, Rot. dec. 15. n. 1. lib. 1. par. 3. divers. Cavaler. dec. 28. n. 3. Greg. dec. 453. n. 6.*

75 Executio tamen citationis facta à Notario etiam si fuerit ei commissa, non probat sine testibus, quia Notarius non est Nuncius, Nuncio enim creditur sine testibus propter juramentum de fideliter exercendo officium suum, unde cum Notarius non sit juratus. & agatur de probando gesta extra figuram judicii, in hoc illi non creditur. *Put. dec. 5. n. 2. lib. 3. Rot. dec 624. n. 10. par. 1. recen. Ferentil. ad Burat. dec. 324. lit. A Beltramin ad Greg. dec. 71. n. 6. lit. B. in fin.*

76 Sed de stylo curiæ sufficit, quod cursor faciat relationem executionis, ejus subscriptione mediante in pede citationis, absque eo quòd compareat coram judice, aut Notario ad referendum, licèt etiam de stylo in manualibus, & registris extendatur NN. Cursor retulit coram A. C. sive NN. ejus Locumtenente mihi notario &c. *Sal. Tib. in Prax. lib. 1. c. 27. n. 1.* & ita passim observatur.

E Sententia † conditionalis regulariter non
77 valet, quia litem de præsenti non determinat, *l. non quemadmodum, ff. de jud. Gabr. concl. 1. de sent. lib. 2.* In hac tamen conclusione DD. multipliciter distinguunt, & signanter inter conditionem de præterito, aut de præsenti, quibus casibus valet, & conditionem de futuro, quo casu regulariter non valet, ut latè per *Vant. de nullit. Process. n. 107. & seqq.*

78 In curia nihilominus omnia ferè decreta etiam definitiva, passim fiunt per judicem cum conditione, nisi ad primam diem, vel nisi infra tres, aut alia simili conditione arbitrio judicis, & secundum facti contingentias, & nisi infra illud tempus pars solverit, aut quid relevans deduxerit, aut apposuerit, Decretum remanet firmum: qui quidem stylus, cum quotidie observetur, & passim in omnibus curiæ tribunalibus fuerit ab omnibus receptus spatio tanti temporis, cujus in contrarium memoria non extat, est per consequens legitime præscriptus etiam si esset contra jus. *Cravet cons. 201. n. 19. & seq. Rebuff. de consuet. & usu, & styl. art. 2. glos. 13. n. 16. Marches. Var. resol. lib. 2. c. 100. n. 20. Fenzon ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 75. n. 54. Gramat.*
79 *decis. 64. n. 16. & seqq.* & quod stylus † præscriptus, quòd sententia stet in pendenti, valeat, & sit servandus tradit, *Crav. d. cons. 201. n. 2. 1. Ang. cons. 114. quidam. in fin. Marc. Ant. Cut. Inst.*

Can.

Can.lib.1.tit. de Styl. n. 35. eoque magis quia ad
80 Styli præscriptionem † sufficiunt decem anni, *Alex.cons. 36.in fin.lib.2. Rebuf.d.art.2.glos.13. n.11.Gratian.decis.237.n.25.March.d.c.Borel.in Summ.dec.tit.de Consuet.& styl. n.111.* prout in præscriptione consuetudinis, *Barr.in repet. l. de*
81 *quibus n.14. ff. de leg.Maresc.d.c.100.n.24.* licet de jure Canonico circa temporalia requiruntur quadraginta anni, *Bart.in rep.d.l.de quibus n.14. Maresc.d.c.100.n.30.Buratt. dec. 19. n.7. cum aliis allegatis per Ferentil.ad Buratt. dec.3.n.15. vers. sed contra.*

82 Stylus autem sic præscriptus est servandus, sive respiciat ordinatoria, sive decisoria judicii, *Affl.dec.79.n.4.Borel.in d.tit.de Consuet.n.108. Gratian.d.decis.237.n.18 & n.20.*

83 Prout etiam servandus est, quando devenit in notitiam totius populi, aut majoris partis illius; nam tunc habet vim consuetudinis, *Crau. de Antiq.temp.par.4. n.10.vers.2. intellige Sal. Tib.lib.1.c.1.n.12.& seq.Gratian.d. decis. 237.*
84 *n.24.* Ubi autem posset constare de tacito consensu populi absque tempore, & actuum frequentia, solus consensus populi sufficeret, quia tempus & actuum frequentia requiruntur tantùm ad probationem, *Marchesd. lib.1.c.100.n. 18. & seqq.*

85 Stylus respiciens ordinem judicii probatur ex attestationibus extrajudicialibus Notariorum, & curialium, *Ro.dec.704 n.6.par.1.recen. Cavaler.dec.497. n.6.Greg.dec.484.n.5.& ibi Beltramin.n.8.Buratt.dec.124.n.15.& dec.217.*
86 *n.3.& dec.690.n.16.* & potest judex de illo se extrajudicialiter informare, *Beltram. ad Greg. d.dec.484.n.8.Buratt.d.decis.124. n.15. & ibi Ferentil. n.32.*

87 Respiciens verò decisoria est † concludenter, & formiter probandus, *Beltram. ad Greg.d. dec.484. n.8.Buratt.dec.735.n.9. latè Ferentill. ad Buratt d dec.124.n.33.*

88 Dicitur autem respicere ordinatoria, quando respicit processum, & ordinem actitandi, & procedendi, *Crau.de Antiq.temp. par.4.n.18.ver.*
89 *3.intellige.* Decisorius verò dicitur quando respicit causæ, & litis decisionem, & ejus vigore judicium est finitum, & pendet ab eo victoria causæ *Buratt.dec.735.n.7. & 8.*

90 Licet autem stylus præscriptus, vel à populo approbatus habet vim consuetudinis, & legis, hoc tamen procedit in eo stylo, qui fuit semper firmus, & certus, non autem in eo, qui fuit modo albus, modo niger, *Sal.Tib.d.lib.1.c.1.nu.13. Marchesd. de comm. app.in cur.par.1.c.5.n.341.fol. 228 secun.nov.impress.Fenzon.ad Stat.Vrb.d.lib. 1.c.75.n.37.*

91 Cæterum stylus † contra jus non est servandus, nisi ut supra sit præscriptus, vel à populo approbatus, *Crau.de Ant.temp.d.par.4 n.18.cum aliis præallegg.* vel nisi fuerit inductus à principe, aut judice habente facultatem legis condendæ, *Crau.ubi supra n.18.Rebuf.d.art.2 glos.13 n.16. Card Tusc.in verb.Stylus concl.792.n.1.& n.3.& 11. Gratian. d.dec.237.n.21.* vel nisi respiceret solum ordinem, & processum causarum, quasi tunc agatur de modico præjudicio, *Card. Tusc. d.concl 792.n.3.Gratia. d.dec.237.n.20.*

92 Judices verò, & Magistratus inferiores de per se non possunt inducere stylum contra jus, quia non habent facultatem legis condendæ, *Dec.in Rub.de consuet. n.15. & seq. Rebuf. d. glos. 13.n.16.Card.Tusc.d. Conclus.792. n.1.& seq. Gratian.d.decis.237.n.21.& seq.* & ob id cessante præscriptione, aut consensu populi necesse
93 est quod hoc casu fuerit ita obtentum in contradictorio judicio parte opponente, & judicatum, *Fenzon. ad Stat.Vrb.d.c.75.n.3.Coccin.dec. 182.n.3.& 5.* alias ad sui essentiam stylus non requirit, quòd ita fuerit in contradictorio obtentum, *Crau.d.cons.101.n.22. Cucc. inst. Can. d.lib.1.tit.de styl.n.17.Borel.d. tit. de Consuet. & Stil.n.6.Gratian.d. dec. 237. num. 19.* Sed bene
94 judices inferiores possunt inducere stylum in iis, quæ non sunt contra jus, quinimò & in ordinatoriis, licet sint contra jus, quia tunc agitur de modico præjudicio, *Crau. de Antiq. temp.*
95 *d.par.4.n.18.vers.3.intellige.Card.Tusc.d.conclus. 792.n. 9.* & stylus, qui non est contra jus non requirit tempus, prout nec quando inducitur ab habente facultatem legis condendæ, prout est Princeps, & Judex superior, *Rebuf.d.glos.13. num.16.*

96 Differt stylus à consuetudine, quia consuetudo est id, quod respicit æquitatem, vel iniquitatem, justum, vel injustum in rebus gerendis, ut post alios, quos allegat tradit *Marescott. lib. 2. c.100.n.21.* Stylus verò est consuetudo judiciaria continens ordinem, & seriem rerum gerendarum, *cap.quàm gravi, de crim. falsi Card.Tusc. d.concl.792.n.7. Marescott. qui de communi te-*
97 *statur d.c. 100.n.21.* potest tamen stylus respicere etiam extrajudicialia, *Card.Tusc. ubi supra num.12.*

F Consueverunt practici apponere in intimatione illa verba, & alias prout in actis, quæ sanant omnes defectus intimationis, si forte in ea
98 omnia in decreto contenta non sint expressa, vel aliqua sint malè expressa, tunc enim tenetur ille, cui facta est intimatio, videre decretum in actis, aliàs non potest se excusare, quod sibi non fuerint intimata omnia in decreto contenta, vel malè fuerint intimata, & ob id valde utile est, in intimationibus hujusmodi verba apponere ad illarum defectus tollendos; stant enim augumentativè, & intelliguntur omnia in intimationibus contenta secundum acta, ad quæ habent relationem, juxta tradita per Dec.*cons.63.n.6.Rot.dec.33.num.7.p.1.re-*
cent.

G Ad hoc ut terminus in decreto, seu sententia affignatus currat, necesse est, quod intima-
99 tio fuerit legitimè executa, & in actis reproducta, ut judex de illa certus sit, *Burat.dec.124.*
100 *n.23.* aliàs judex ad ulteriora † procedere non potest, & si procederet, omnia acta subsequentia essent nulla, *Tanis.decis.108.Buratt.decis.24. n.22.& seq.Greg.dec.31. n.8.Rota in Faventina seu Imolen.bonorum 25. Jun. 1593. coram bo. me. Litta, & in Cortonen. Plebaniæ 1. Julij 1633. co-*
101 *ram R.P.D.Ghulerio,* qui quidem defectus est insanabilis, etiam stante clausula, arbitrio Rotæ, *Cavaler.dec.1.c.486.n.1.Buratt.dec.291.* & ibi *Ferentill.lit. A.*

Nec

102 Nec quicquam relevat, † si postea doceatur illam fuisse executam, quia debuit de ea constare in Actis ex lectura Processus facti ante expeditionem Actus, *Rota in d. Faventina, seu Imolen. bonorum 19. Iunii 1595. coram bon. mem. Litta.*

103 Si tamen fuerit † in Officio, in quo causa agitur in tempore reproducta, sustinetur, licèt in ea fuerit erroneè appositum nomen alterius Notarii, *Buratt. decis. 675. nu. 4.* non tamen est fa-

104 cienda † ei de necessitate intimatio, qui aliquid scire tenetur, *Cavaler. decis. 3. n. 1.* præsumeretur

105 nihilominus † ex comparitione Partis intimatæ executa, *Burat. dec. 887. n. 7.* non secus, ac præsumatur executa citatio ex comparitione citati, *Rot. decis. 99. n. 2. par. 2. recent.* Et ex con-

106 stitutione Procuratoris ad causam, *Greg. decis. 27. n. 4.* & ibi *Beltramin. n. 12. & seqq.* etiam si Pars comparuisset post terminum, ex quo re-

107 manent salvæ exceptiones. † Quod tamen non procederet, ubi ageretur de sustinenda citatione ad sententiam, quia cum eo casu agatur de præjudicio irreparabili, comparitio post terminum nihil relevaret, *ut per Ferentill. ad Burat.*

108 *decis. 727. n. 13. & seqq.* per consequens † etiam intimationis defectus sanaretur ex comparitione facta re integra, antequam damnum emergeret; ex comparitione enim oritur notitia citationis, vel intimationis, *Rot. decis. 448. num. 4. par. 2. recent.* & Decreti facti *Cavaler. decis. 486. num. 2. Burat. d. decis. 729.* & ibi *Ferentill. nu. 9.*

109 qui licèt loquantur de citatione, tamen cum militet eadem ratio, potest in his procedi à simili, ut fecit *Rot. in d. Faventina, seu Imolen. bonorum 19. Iunij 1595. coram bon. mem. Litta,*

H Citatio est necessaria in unoquoque actu præju-

110 diciali, *l. de unoquoque ff. de re jud. l. nam ita divus ff. de adopt. Gab. de Citat. concl. 1. Cavaler. decis. 564 n. 3.* & est de jure divino *Genes. c. 3. num. 10. Glos. in Clem. sæpè in verbo defensionis, de verb. sig.*

111 *Rot. apud Post. de Manuten. decis. 285. n. 1.* & de † Jure naturali, *Vestr. in Prax. lib. 5. c. 13. n. 7. Ca-*

112 *valer. decis. 53. n. 1. & 2.* & illius † defectus est insanabilis, *Gravat. ad Vestr. lib. 3. c. 2. n. 22. &* 23. etiam stante clausula arbitrio, *Greg. decis. 416. n. 1. & 2. Rot. decis. 312. n. 2. p. 4. recent. Cavaler. decis. 359. n. 6.*

113 Præsens tamen in judicio non est de necessitate citandus, *Lanfran. in Prax. tit. de Citat. nu. 3. Maran. de ord. jud. tit. de Citat. n. 13, Vant. de nul.*

114 *def. cit. n. 17 Gravat. ad Vestr. lib. 5. c. 13. n. 9. Cavaler. decis. 117. n. 1.* quia præsentia Partis † supplet defectum citationis ad actum, *Cæsar. de Graf. decis. 2. n. 7. in fin. de reb. Eccl. non alien. Rot. decis. 406. n. 1. par. 5. recent.* dummodo citatio non requiratur pro forma, *Gab. de citat. concl. 1. n. 414.* & Pars sit præsens ad illum finem, non

115 autem casualiter, † vel ad alium effectum, quia non haberetur pro præsente, maximè si diceret se non esse instructum pro defensione causæ, *Bur. in c. 1. nu. 10. & 27. de jud. Mil. in repert. in verbo. citari, non debet, Gab. de Cit. concl. 1. n. 412.*

116 *& seq.* sufficit etiam præsentia † Procuratoris, dummodo sit præsens ad illum finem, aliàs secus, *Beltram. ad Greg. decis. 576. n. 15.* ubi quòd hoc admittit, *Rota in Ferrarien. decimarum 12. Decembr. 1614. coram bon. me. Pirovano postea*

117 *Decano*, præsentia † autem probatur, vel ex attestatione Notarii, qui statim sententiam intimavit, vel ex appellatione statim interposita, *Beltram. ad Greg. decis. 576. n. 16. Cavaler. decis. 486. n. 2.*

118 Jura † in Actis exhibita, non citata Parte ad dicendum contra regulariter non probant, nec judex potest illorum vigore procedere, quia non sunt de Actis. *Sal. Tib in Prax. lib. 3. c. 15. n. 4. in fin. Cavaler. decis. 433. n. 1. Coccin. decis. 100. n. 4. Greg. decis. 300. n. 3. & ibi Beltram. n. 4. Buratt. decis. 134. n. 9. & ibi Ferentill. n. 14.* & quod

119 non est de Actis, † dicitur extra mundum, *Beltram. ad Greg. decis 224. n. 6.*

120 Si tamen † instrumentum est rogatum in officio Notarii causæ, non est necesse citare Partem ad dicendum contra; sed sufficit citare ad solvendum juxta formam instrumenti in Actis rogati, ut in formula citationis, quæ infra suo loco ponetur, & ita observat Praxis.

121 Contrarium videtur tenere *Greg. decis. 508, n. 6.* ubi quod est necessaria repetitio instrumenti in Actis rogati citata Parte ad dicendum contra, ut sit de Actis, & ibi tradit *Beltram. num. 14.* quod idem tenuit *Rota in Roman. Salviani 25. Maii 1616. coram Card. Cavalerio*; sed subdit, quod in casu decisionis *Cavaleri* agebatur in Salviano contra tertium possessorem, undè tacitè videtur sentire *Cavalerius* contrarium, si instrumentum fuisset celebratum cum eadem persona, contra quam ageretur, præsertim via executiva.

Hæc decisio *Cavalerii* non reperitur impressa inter cæteras illius decisiones, sed benè reperitur impressa secunda decisio in eadem causa facta, *quæ est decisio 433.* Decisio verò *Gregorii* prætata loquitur in judicio ordinario, non autem in executivo, in quo citatur ad solvendum juxta formam instrumenti in Actis rogati juxta notoriam Praxim, quo casu satis dicitur instrumentum repetitum ut supra citata Parte, ut sit de actis, & sic tam *decis. Cavaler. quam decis. Gregor.* loquuntur extra terminos casus nostri, & quando nullo modo fuit facta citata Parte instrumenti repetitio.

122 Nec etiam est necessaria citatio † ad dicendum contra, quando pars adversa usa fuit actis exhibitis, si enim præsens, non est citandus, ut

123 per *Adden. ad Rot. decis. 1 de fid. instrum. in no. Coccim. decis. 404. n. 5. Ferentil. ad Buratt. d. decis. 134. n. 14.* & comparitio tollit defectum citationis etiam nulliter executæ, *Rot. decis. 42. n. 2. par. 2. recent. Beltram. ad Greg. decis. 27. nu. 9. & seqq. Coccin. decis. 216. n. 26. cum aliis superius allegatis*, ergo & citationis nullo modo executæ,

124 quia paria † sunt non esse, & malè & nulliter esse, *l. 1. §. pen. ff. quod cujus. univ. nom. C. 2. de transf. Præl. Clem. 1. de Imm in. Eccles. Vant. de null. quoties, & intra quod tempus n. 16. & seqq.* quòd maximè videtur procedere, sive Pars sit præ-

125 sens, † & non contradicat, *Coccim d. decis. 404. n. 5.* sivè sit præsens, vel compareat opponendo *generalia contra*; vel alias ad eundem finem sit præsens vel compareat, aliàs secus *ex supra allegatis*; multo minus potest allegare de-

126 fectum citationis, † si non solum fuit præsens

vel comparuit, sed etiam Actis usa est, quo casu censetur illa approbasse, *Rot. decis. 2. de fid. instrum. in nov. Cavaler. decis. 26. n. 4.* præsertim si jura repetiit, & allegavit in actis in sui favorem, quia effecit illa communia, etiam si antea non fuissent, *Bald. cons. 323. num. 1. vers. tamen ex tali scriptura, & vers. saltem, lib. 4. & cons. 119. n. 3. vers. item dum sententia lib. 2. Anchar. cons. 208. n. 11. vers. prædictis omnibus, & vers. si enim. Rom. cons. 433. n. 11.*

L Recognitio jurium in notoriis judici, ut sunt
127 Bullæ plumbeæ, annuli piscatoris, Sigilli Cameræ, & Pœnitentiariæ, Regisiri Bullarum, & supplicationum, & hujusmodi non est necessaria. *Sal. Tib. in prax. lib. 1. c. 39. n. 13.* nec in aliis, quæ sunt satis nota, *Cavaler. decis. 142. n. 8.* prout ne-
128 que etiam † est necessaria in instrumentis antiquissimis, *Rot. decis. 52. & decis. 54. par. 1. divers.* nec etiam in antiquis, prout in instrumento 89. annorum tradit *Put. decis. 359. n. 6. lib. 2.* & de Instrumento 80. & 100. annorum, *idem Put. dec. 151. lib. 1. & de fid. Instrum. decis. 12.* & de instrumento 70. annorum, *Rot. in Parmen. status. 25. Junij 1590. coram Seraph. decis. 928. Caputaq.*
129 *decis 5. par. 3.* ubi quod † in omnem eventum, sufficit levis recognitio, *Cavaler. decis. 518. n. 4. Beltram. ad Greg decis. 3. n. 8.*

130 Sed hoc non procedit in antiquissimis † ultra centum annos, quia in eis aliqua recognitio necessaria non est, *Rot. d. decis. 52. & d. dec. 54. par. 1. divers. Cavaler. d. decis. 518. n. 1. & decis. 625. n. 1 Greg. decis. 3. n. 2. & ibi Beltram. n. 5. & 7.* etiam si scriptura privata, *Beltram. ibidem n. 6.*

131 Nec etiam est necessaria aliqua recognitio jurium parte non opponente, *Sal. Tib. d. l. 1. c. 34. n. 7. & l. 3. c. 15. n. 3. Gonzal. ad reg. 8. glos. 64. n. 3. & seq. & n. 7. Coccin. decis. 404. n. 5. Buratt.*
132 *decis. 750. n. 6.* nec † in scripturis allatis de longinquo, si habeant faciem publici instrumenti, *Vestr. in prax. lib. 6. c. 1. n. 10. vers. & si facultas. Cavaler. decis. 142. n. 2.*

133 In iis autem, quæ Parte opponente indigent recognitione, observandum est, quod aut agitur de recognitione instrumentorum publicorum, & præsertim de Partibus, & tunc fit recognitio per testes deponentes habere notam manum, & se manum, literas, & personas eorum, qui scripserunt, recognoscere in forma, quòd significat, ut aliquando viderint eos scribere; non tamen sit necesse, quod viderint scribere jura, & instrumenta, quæ producuntur, de quibus agitur, *Vestr. in prax. lib. 6. c. 1. n. 8. vers. nihilominus, Sal. Tib. d. c. 34. n. 5. & n. 7. vers. in recognitione autem, Rot. decis. 277. par. 3. divers. lib. 2. Mantic. decis. 79. num. 1. Achil. decis. 2. de fid. Instrum.*

134 Fit etiam aliquando hujusmodi recognitio jurium per similitudinem, si aliàs testes viderint similes scripturas ab eisdem Personis conscriptas, de quo ipsi aliquo modo certi sint, verum hæc recognitio per similitudinem est valde levis, ut per *Rot. in Spoletana dotis 19. Decembris. 1605. coram bo. me. Iusto*, & ideo non probat, nè detur Processus in infinitum, *Duran. decis. 363. n. 4.* deservit tamen pro adminiculo, *ut fuit dictum in d. Spoletana dotis coram Iusto.*

135 Aut agitur de recognitione Apochæ † per Partem adversam negatæ, vel alterius privatæ scripturæ, & de jure essent necessarii testes, qui possent deponere, se fuisse præsentes confectioni Apocæ, vel vidisse illam scribere, § *quis igitur in Auth. de inst. caut. & fid. Dec. cons. 615. n. 3. Paris. cons. 19. n. 43. in fin. l. b. 3. Ruin. cons. 7. n 4. lib. 4. Marsil. in Rub. de prob. n. 299. Menoch. de arb. casu 114. n. 22. Affl. ct. decis. 181. n. 8. Rot. dec. 124. n. 1. & decis. 170. n. 1. par. 2. divers.*

136 Sed primò † hoc non procedit concurrentibus adminiculis, quia tunc sufficit, quod testes deponant habere notam manum, *Rot. d. decis. 124. n. 3.* & fuit dictum *in d. Spoletana dotis 19. Decembris, 1605. coram Iusto*; ubi quod ita fuit sæpe decisum, & aliæ decisiones allegantur, &
137 alias cumulat, *Beltramin. ad Greg. decis. 389. n. 6.* Testes † enim soli dicentes se habere notam manum semiplenè de jure probant. *Rot. d. decis. 124. n. 4.* ubi etiam tradit, quæ adminicula sint sufficientia.

138 Secundò † dicta regula non procedit de stylo curiæ in scriptura, quæ solent fieri sine testibus absente Parte, ut sunt literæ Cambii, Missivæ, & hujusmodi, quia tunc sufficit testes deponere habere notam manum, *Sal. Tib. d. cap. 34. n. 11. vers. quo vero ad recognitionem, Rot. d decis. 124. n. 2. Cavaler. decis. 452. n. 4. in fin. & decis. 553. n. 2.* in istis enim non requiritur exacta recognitio, *Cæs de Graff. decis. 2. n. 7. de præben.* ubi quod ita fuit sæpè in Rota resolutum, *Rot. decis. 570. n. 2. par. 2. divers.*

139 Cæterum † in Tribunali A. C. observatur, quod recognitio etiam Apocæ, & scripturæ privatæ factæ per testes de ponentes, se habere notam manum, illamque recognoscentes in forma sit valida, *Vestr. in Prax. lib. 6. c. 1. n. 8. vers. nihilominus, Sal. Tib. d. c. 34. n. 10.*

140 Ubi verò testes, † qui manum recognoscant, haberi non possunt, fit recognitio per comparationem literarum, *Vestr. d. lib. 6. c. 1. n. 10.* quæ quidem comparatio est fallibilis, & periculosa *Duran. decis. 363. n. 3.* & licèt legitimè facta non probet, nisi semiplenè, tamen de stylo tribunalis
142 A. C. chirographa sic recognita solent executioni demandari, *Sal. Tib. d. c. 34. n. 11.*

143 Liber † etiam eodem modo recognoscitur per testes dicentes habere notam manum, *Put.*
144 *decis. 1. de fid. Instr.* sed † duo testes requiruntur, cum unus non sufficiat, *l. ubi numerus ff. de test. Rota in Albanen. dec. marum 31. Maij 1566. coram*
145 *Oradino*, verum in recognitione manus Patris statur assertioni Filii, *Cavaler. decis. 122. n. 10.* Debet tamen citari pars ad videndum jurare testes super jurium recognitione, *Vestr. d. lib. 6. c. 1. n. 7. & 8. Caputaq. decis. 4. par. 3.* alias recognitio non valet, *3. Greg. decis. 71. n. 1.*

146 Clausula, *quatenus opus sit*, operatur majorem cautelam, & non innovat antea gesta. *Rot. decis. 738. n. 1. par. 1. diversi.* & ideò si jura recognitione non egent, non est opus, quod testes jurent super ea, licèt sit pars citata; hæc etenim clausula facit conditionem. *Coccin. decis. 355. n. 2.*

M Producens instrumentum censetur illud circa
147 fidem approbare, *Glos. in l. 1. §. editiones*, in verbo

verbo dic post medium, versicul. item si sponte, quam ibi sequuntur D. D. & præcipuè *Ias. n. 1. ff. de eden. Crav. 275. n. 2. vers. rursus. Gravat. ad Vestr. lib. 6. c. 1. n. 19.*

148 Et producens scripturam, & jura dicitur fateri omnia in eis contenta, *Fel. in c. examinata n. 2. vers. item dicas de lud. Rom. cons. 63. n. 3. Vestr. in Prax. d. lib. 6. c. 1. n. 4. & seqq. Afflict. decis. 25. n. 5. Rot. decis. 159. par. 2. divers. Cavaler. dec. 464. n. 6. Greg. dec. 238. n. 5.* & ibi latè, *Beltr. n. 15.*

Hoc tamen videtur procedere in dispositivis non in enunciativis, *Gravat. ad Vestr. d. c. 1. n. 19. Osasch. decis. 38. n. 9. de communi, Bero. cons. 170. n. 1. & seq. lib. 2.*

149 Cæterum hæc limitatio non habet locum in enunciativis prolatis à partibus, inter quas negorium versum est, nec in necessariis ad actum, qui geritur, *Osasc. d. dec. 38. num. 30. Beltram. ad Greg. dec. 238. n. 15. vers. præsertim.*

150 Dicitur etiam producens fateri, si jura sint valida, secus si nulla, *Alex. cons. 124. n. 5. lib. 7. Gravat. ad Vestr. d. c. 1. n. 19. Affli. c. 25. n. 5. Rot. d. dec. 159 n. 1. & seqq. par. 2. divers.* item si instrumentum non sit authenticum, & per se non probet, latè, *Beltram n. ad Greg. d. dec. 238. n. 15. vers. prædicta.*

151 Sed si jura producantur per compulsum, & in parte, & partibus producens sibi non præjudicat, *Felin. in c. imputari n. 13. de fid. Instr. Alex. cons. 36. n. 23. vers. non omitto. lib. 2. Vestr. d. l. 6. c. 1. n. 6. & ibi Grav. n. 20. Rot. dec. 3. de fid. Instrum. in nov. latè Beltram. ad Greg. decis. 238. n. 15. vers.*

152 *limita*, quod tamen non procedit in productione propriorum jurium, nisi habeant Capitula separata, *Vestr. d. c. 2. n. 6. vers. quam tamen protestationem*, ubi allegat *Fel. qui hoc dicit in c. imputari in fin. de fid. inst. Rot. d. decis. 3. de fid. inst. in nov. latè Beltram. ad Greg. d. dec. 238. n. 15. vers. verum ista cautela.*

153 Sufficit nihilominus productio copiæ in termino, si postea producatur originale, licèt extra terminum, *Mil. in rep. in verbo productio*, quo casu productio dicitur fieri in termino, *Dec. in Auth. si quis in aliquo n. 3. C. de eden. Seraph. decis. 845. n. 5. vers. prout.*

N Productio censetur verbalis, *Cavaler. decis.*

154 *542. n. 3. Beltram. ad Greg. dec. 59. n. 15.* quæ ad probationem non sufficit, *Buratt. dec. 134. n. 10.*

155 quinimo † nihil operatur, *Coccin. dec. 110. nu. 4.* Ubi autem productio non est realis, licèt ipsa sit de actis, tamen jura de actis non sunt *Caval. dec. 542. n. 3.* & ideo non sunt transportanda, *Beltramin. ad Greg. dec. 59. n. 10.*

156 Dicitur tamen realis productio quando in ea est verbum *facto*, produxit, *Caval. dec. 542. n. 2. in fin. Beltram. ad Greg. d. decis. 50. n. 15.* similiter si in illa adest verbum, *tenoris &c. Buratt. dec. 780. n. 3.* vel si in ea sunt illa verba, *animo retrahendi &c.* vel quod instrumentum incipit, *sic*, & finit *sic*, latè, *Beltram. ad Greg. d. dec. 59. n. 11. &*

157 *seqq.* † Idem si adsunt in principio sententiæ verba, *Visis omnibus actibus &c.* vel si est elapsum biennium, productio pariter realis præsumitur, *Buratt. dec. 217. n. 6. & seq. & ibi Ferentill. sub litera B.*

O Si jura producantur in quantum pro se, &

158 parte sua faciant, producens non censetur fateri contenta in eis, dummodo quis non teneatur edere, & scriptura sit aliena, ac habeat capitula separata, *Felin. in c. cum venerabilis n. 23. in 2. limit. de except. Osasc. dec. 38. n. 7. Rot. dec. 3. de fid. inst. in nov.*

De productione in parte, & partibus satis dictum est supra sub litera M.

P Clausula, *non aliàs, aliter, nec alio modo*, est re-

159 solutiva, & operatur quod in contrarium nihil actum videatur, *Felin. in cap. quæ Ecclesiarum, n. 85. de const. Mart. de claus. par. 1. claus. 76. n. 9. Rot. dec. 115. n. 6 p. 2. rec.*

160 Inducit conditionem. *Paris. de resig. lib. 1. q. 2. num. 18. Mart. dicta claus. 76. n. 7. Veral. dec. 13. par. 3.*

Inducit etiam formam & necessitatem, *Bertazol claus. 14. glos. 6. n. 1. Mart. d. claus. 76. n. 8. Magon. dec. Florent. 49. n. 7. & seq. Rot. dec. 619. n. 2. p. 1. rec.*

161 Est etiam limitativa voluntatis, & potestatis ac præservativa juris, *Paris. de resign. lib. 1. q. 1. n. 19. Mart. d. claus 76. n. 11.*

Q Clausula, *omni meliori modo* facit actum vale-

162 re, eo modo quo valere potest, *Dec. cons. 14. pro tenui, n. 3. vers. confirmatur, & cons. 77. viso puncto, n. 4. vers. 2. ratione, Curt. jun. cons. 310. n. 20. lib. 3. Mart. de claus. p. 1. claus. 88. n. 1 Put. dec. 230. lib. 2.* & operatur quod habeatur pro expresso, quod pro actus validitate veniebat exprimendum, *Bald. cons. 489. col. 1. lib. 3. Alex. cons. 112. lib. 3. Felin. in c. cum super n, 11. de off. deleg. Curjun. cons. 115. col. 4.*

Cum copula, & implicat modos diversos ab

163 expressis, *Mart. d. claus. 88. n. 14 & claus. 56. n. 8. p. 3. Veral. dec. 124. p. 1. Achil. dec. 1. de verb. sign. Rot. dec. 107. n. 4 & seq. & dec. 329. n. 3. & decis. 544. n. 3. par. 1. diversorum, & dec. 553. num. 20. par. 1. rec. Coccin. dec. 374. num. 2. Buratt. dec. 29.*

164 *num. 18.* Præsertim † si in dicta clausula adest dictio, *aliàs*, quia dictum sit, & *aliàs omni meliori modo*, nam hæc dictio multo magis operatur, ut clausula trahatur ultra expressa, *Cardin. Tusc. lit. C. concl. 358. n. 15. Rot. d. dec. 329. nu. 6. par. 1. divers.* & quod actus valeat eo modo, quo potuit; *Veral. dec. 124. par. 1. Put. dec. 224. n. 2.*

165 *lib. 2. in correct. Buratt. dec. 241. n. 7.* Natura † enim dictionis, *aliàs*, comprehendit ultra expressa, & diversa ab expressis, etiam omissa, latè *Grat. dict. aliàs, 10. n. 4. & seqq. Rota dec. 254. n. 2. p. 1. diu.*

R Clausula, *si, & in quantum* operatur, ut cen-

176 seatur facta admissio prout de jure, unde si admissio erat facienda, habetur pro facta, aliàs secus, *Maran. de ord. jud. tit. de appell. n. 200. Gravat. ad Vestr. in prax. lib. 7. c. ult. num. 22. Luc. Pet. in prax. lib. 5. tit. de apost. n. 9. Mart. de claus. 152. n. 1. & seq p. 1. & cla. 362. n. 1. & seq. par. 2. prima latè Card. Tusc. lit. C. conclus. 361. Caputaq. dec. 49. num. 2. par. 1. Rot. dec. 687. num. 2. par. 1. d. vers.*

167 Si autem dicatur, *non admisit nisi si, & in quantum*, admissio habetur pro non facta, quia hæc clausula est contraria clausulæ, *admisit si, & in quantum. Marches. de comm ss. par. 3. tit. de apost. pet. & conc. ss. n. 79. fol. 10. secun. nov. impres.*

Luc.Pet.d.tit.de Apoſt.n.10.lib.5.Mart.dicta clauſ.
169 *361.n.3.* Unde † admiſſio incipiens per verba affirmativa cenſetur facta, ſecus per verba negativa, *Benintend.deciſ.1.per tot.* quem ſequitur *Tuſc.d.concl.361.n.9.*

S Obligatio in forma Cameræ debet omninò extendi, ſi eſt appoſita in Apocha, vel ſi inſtrumentum, in quo illa continetur, ſit extra Tribunal A.C. rogatum. *Galleſ.de oblig.Camer.q.*
34.n.2.& ſeqq.ubi Zacch.n.4 Rot.poſt Zacch.in
170 *d.tract.deciſ.39.n.8.*aliàs A.C. procedendo nõ extenſa obligatione Camerali nulliter procedit, *Zacch.ad Galeſ.de oblig.Camer.d.q.34.n.5. Saluſt.Tib.in Prax.lib.1.c.6.n.3.Rot.poſt Zacch.*
de oblig.Cam.dec.24.n.1.diverſ.102.n.3.& dec.
111.n.19.Rot.dec.105.n.4.& dec.555.n.3.& deciſ.630.n.2.par.1.recent.Cavaler.dec.38.n.2.
171 nec poteſt procedi ea non extenſa ad executionem illius, *Rot.poſt Zacch.ubi ſupra dec.35.*
n.1.Buratt.dec.683.n.4.

172 Hoc tamen non procedit, quando debitor conſenſit in mandatum executivum unica, vel ſine citatione, *Zacch.d.q.34.n.10.& deciſ.63.n.*
1.Rot.dec.105.n.4.& 5.par.1.recent.Cavaler.d.
deciſ.38.num.3.Ferentill.ad Buratt.d.dec.683.
num.7.

173 Nec ſufficit decretum extendi, niſi re vera fiat extenſio, *Zacch.d.q.34.n.8.Sal.Tib.d.c.6.n.2.*

Cæterum de ſtylo tribunalis A.C. hujuſmodi decretum eſt ſufficiens, abſque alia extenſione *Saluſt.Tib.in Prax.l.1.c.29.in fi. Zacch.ad Galleſ.*
d.q.34.n.9. Latè Ferentill.ad Buratt.d.dec.683.
174 *n.10.& ſeq.* ubi † quod ſufficit de ſtylo Trib.A.C. quod decretum ſit factum ſub unica citatione ad dicendum contra jura, & videndum extendi formam Cameræ juxta ſtylum Curiæ.

Sed ſi ex adverſo fuerit dictum *generalia contra*, & proteſtatum, quod pendente termino ad dicendum contra, nihil innovetur, non poterit extendi forma Cameræ ſub citatione ad dicendum contra jura, ſed erit neceſſe denuo citare ad videndum extendi formam Cameræ, ut per
Sal.Tib.d.lib.1.c.34.n 3. in ſubſequenti citatione ad ſolvendum, prout in formula, quæ infra ſuo loco ponetur, & ita de ſtylo ſervatur.

175 Si verò inſtrumentum ſit in Tribunali A.C. rogatum, non eſt neceſſaria citatio, nec decretum extendi, nec extenſio aliqua, quia Notarii A.C. ſemper extenſam habent hujuſmodi formam Cameræ in pulpitis, *Zacch.poſt alios d.q.*
34.n.12.Ferentill. ad Burat.d deciſ.638.num.8.
176 quinimò † obligatio Cameralis licèt omiſſa in inſtrumentis per Notarios A.C. rogatis cenſetur appoſita, & datur illorum executio, perinde ac ſi forma fuiſſet in illis appoſita, & extenſa, latè *Ferentill. ad Buratt.d.deciſ.683.n.9.*

177 Formulam hujuſmodi extenſionis obligationis Cameralis ponit *Sal.Tib.in d.Prax.lib.4.in*
fin.& Zacch.ad Galleſ.de oblig.Cam.in prin. Renunciatur in obligatione Camerali quibuſcunque legibus, & legum auxiliis, *Saluſt.Tib.in*
formul.lib.1.c.17.num.6.il.2.verſ.ſed prædicta le-
ges, Zacch.ad Galleſ.de obl.Cam.q.17.n.25.Put.
dec.465.n 3.lib.2.Rot.poſt Zacch.de oblig. Cam.
dec 23.n.8.& dec.143.n.3.& ſeq.
178 Obligationes Camerales omnes ſunt juratæ *Rot.dec.161.n.6.par.2.diverſ.* Poteſt tamen obligationis Cameralis ſubſtantia ſtare ſine juramento, *Galleſ de obl.Cam.q.4. n. 2.& ibi Zacch.*
179 *n. 1.* nec juramentum de jure communi habet executionem paratam, ſecundum opinionem quam ſervat Rota. *Zach. ad Galleſ. de obligatione*
Cam.q.2.n.18.& continet hæc obligatio hypothecam omnium bonorum, *Buratt.dec.687.n.4.*
& deciſ. 905.n.2.

T Proteſtatio conſervat jus proteſtantis, *l.ſi fi-*
dejuſſor §.1.ff. qui ſatisdare cogantur c.cum M.de
180 *Conſt.Alex. conſ.130.n.14. verſ.quia reſpondeo*
lib.4.Dec.conſ.460.n.10.& ſeqq.dec.3. de fid.
inſtr. in nov. niſi ſit contraria facto, quia tunc nihil operatur, *Feli,in d.c.cum M.Ferrarienſis*
n.77. & non tenet *Rot. deciſ.15.in fin.verſ.quod*
tamen de off.deleg.in nov Cavaler.dec.349. n.3.
vel niſi de directo contradicat, ſecus ſi ſit diverſa, licèt tendat ad idem; *Alex. conſ.130 num.*
14.verſ.quia reſpondeo,quod immo il.2.& n. ſeq.
lib.4.

181 Proteſtatio quòd nemo exadverſo Comparens audiatur, niſi doctò de legitimo mandato procuræ, ita quod &c. relevat in tantùm, quod ſi mandatum non producatur, acta ſunt nulla defectu mandati, *Rot. deciſ. 135. n.4.par.1.re-*
182 *cent.Cavaler.deciſ.483.n.7.* ſecus ſi non fiat hæc oppoſitio, nàm tunc cenſetur procurator à parte approbatus, licèt non conſtet de mandato procuræ, *Rot.deciſ.530.d. 15.par.1.recent.*quinimò
183 † licèt hujuſmodi oppoſitio facta fuerit, niſi fuerit repetita in unoquoque actu, nihil relevat; quia cenſetur ab ea receſſum, *Sal. Tib. in Prax.*
lib.1.c.27.n.3.Rot.d.dec.648.n.3.par.1. diverſ.
Greg. deciſ.44.n.7.Cavaler.deciſ.384.n. 5. &
deciſ.384 n.8.Ferentil.ad Burat.deciſ.296.n.10.
184 in caſibus tamen, in quibus intrat præſumptio mandati procuræ, ſubſtinetur proceſſus hac proteſtatione non obſtante, ut ſæpius finit deciſum, & patet ex deciſionibus cumulatis per *Fe-*
rentil.ad Buratt. dec.593.n.14.

185 Operatur hæc proteſtatio, ut productio mandati, licèt antea facti ſuffragari non poſſit ad ſuſtinendum, & revalidandum ante productionem, poſtea tamen proteſtationem geſta, *Gloſ.in*
c.1.in verb. abſentia verſ. aly dicunt, de elect.in 6.
Rot.deciſ.105.num.2.par.1. diverſ.& deciſ.135.
n.4.par.1.recent.Cavaler.deciſ.337.n.6.Greg.
deciſ.330.n.1.Buratt.dec.296.n.1.& deciſ.683.
num.6.

186 Sed parte non opponente poteſt mandatum produci quandocumque *Vant.de null.defect. in-*
hab.ſeu mand.n.118.Achil.dec 6.de Proc. Rot.dec.
688.n.3.par.diverſ.& deciſ.305. n.4.par.1.re-
cent. & ſufficit quòd producatur, quando de eo opponitur, *Caval qui alios cumulat dec. 387.n.6.*
187 tunc enim acta antea geſta ſuſtinentur, ſi mandatum erat factum, *Gloſ.in d.c.1.§.1.in verbo ab-*
ſentia verſ.alii dicunt de elect.in 6.Gabr. conſ.25.
n.23.& ſeqq.lib.2 Buratt.dec.21.n.26.

188 Si verò quis citaverit aliquem ſimpliciter, uti Procuratorem alterius, videtur ex hoc illius perſonam approbaſſe, & ob id non poterit amplius ſic approbans contra eum opponere defectum mandati procuræ, & præſertim ſi agatur
189 de ſuſtinenda ſententia jam lata pro valida

contra

contra approbantem, ut per *Seraph. decis.* 140. n. 1. *Rot. decis.* 107. *n.* 5. *& decis.* 195. *par.* 4. *recen. Coccin. decis.* 61. *n.* 3. ubi quod ita sæpius fuit resolutum, *Andr. decis.* 28. *n.* 6. *Greg. decis.* 280. *n.* 6. *& ibi Beltram. n.* 11. *alios cumulat*, & eo magis si aliæ conjecturæ pro mandato concurrant, ut in casibus dd. decisionum.

190 Sed hoc Primò non procedit, quando quis fuit citatus uti prætensus, vel assertus Procurator, ut solent facere Practici.

Secundò non procedit, quando citatus esset approbatus à Procuratore.

Tertiò non procedit, quando in actis constaret de minus legitimo mandato procuræ, latè *Beltr. ad Greg. dec.* 280. *n.* 11. *vers. hæc tamen omnia.*

191 Quartò denique non procedit, quoad judicem, qui etiam post litem contestatam poterit cogere ex officio citatum, uti procuratorem ad docendum de legitimo mandato procuræ, vel cavendum de rato, antequam ad ulteriora in causa procedatur, si de mandato dubitatur, nè aliàs citato Procuratore non existente frustratoriè laboraret, *jux. trad. per Mascard. de Prob. concl.* 693. *n.* 3. *& seq.*

192 Clausula *ita quod &c.* declarat, & regulat præcedentem dispositionem. *Mar. de claus. par.* 1. *claus.* 64. *Coccin. decis.* 494. *n.* 6.

V In termino citationis ad dicendum contra
193 jura, debent † opponi *generalia contra, verbo salvo jure &c.* aliàs hujusmodi generalibus exceptionibus non oppositis jura probant, etiam si sint scripturæ informes, nec potest amplius opponi quod non fiunt in forma probanti, *Sal. Tib. in Prax. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 2. *Caval. dec.* 142. *n.* 6. *Greg. decis.* 292. *n.* 2. *& ibi Beltram. n.* 5.

194 Nec relevaret † oppositio si fieret in secunda instantia, *Put. decis.* 119. *lib.* 2. *Caval. d. decis.* 142. *n.* 2. quia cum in prima instantia nihil in termino fuerit impositum, jura censentur à parte approbata, *Put. d. decis.* 119. cum aliis latè cumulatis per *Beltram. ad Greg. decis.* 292. *n.* 6.

195 Oppositio autem hujusmodi generalium in termino præservat jus opponendi, & deducendi exceptiones ad speciem postea quandocumque, *Vestr. in Prax. lib.* 5. *c. ultim. num.* 10. *&* 13. *Mart. claus.* 56. *n.* 6. *p.* 1. *Beltram. ad Greg. d. decis.* 292. *n.* 6. *vers. & ideo Praxis nolevit*, & vigore illius exceptiones possunt ad speciem deduci etiam post sententiam, non tamen post rem judicatam, *Mart. d. claus.* 56. *n.* 9.

196 Clausula etiam *salvo &c. vel salvo jure &c.* alias exceptiones præservat, cum ista clausula sit de sui natura præservativa juris, *Mant. claus.* 150. *n.* 1. *& n.* 9. *p.* 1.

197 An autem quis opponendo *generali contra, citra &c.* quæ clausula extenditur citra consensum in jurisdictionem, nisi, si, & quatenus &c. dicatur consentire in jurisdictionem, aut generalia opponuntur contra commissionem, aut rescriptum, & quis non dicitur consentire in jurisdictionem, aut generalia opponuntur contra jura, & tunc quis dicitur in jurisdictionem consentire. *Marches. de Commiss. par.* 1. *de commiss. app. dub* §. 1. *n.* 125. *cum seqq. fol.* 1307. *secun. nov. impress. ubi alleg. Dec. in c.* 1. *n.* 174. *& seq. de jud. Rot. decis.* 55. *lib.* 2. *par.* 3. *divers. & decis.* 114. *lib.* 1. *p.* 3. *divers. Caputaq. dec.* 278. *p.* 2.

Cæterum si opponantur generalia contra productionem, & admissionem jurium, quis poterit opponere contra d. admissionem ex diversis causis, vel quod obstat producenti res judicata, vel quod jura non sunt relevantia, vel quod jura non sunt in forma probanti, vel quod respiciunt petitorium, unde isto casu non videtur quis renunciare rei judicatæ, & per consequens nec consentire in jurisdictionem, *Caputaq. dec.* 279. *Per tot. p.* 2.

X Protestatio, quod in termino ad dicendum
199 contra jura nihil innovetur, operatur, ut termino pendente nihil omnino fieri possit, *Sal. Tib. in Prax. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 28. *Cavaler. decis.* 329. *num.* 2.

Y Testes debent jurare manu tactis scripturis
200 alias non probant, *Spec. de Test.* §. *sequitur num.* 4. *vers. Evangelia, Caputaq. dec.* 246. *par.* 2. *Cæsar de Graff. decis.* 13. *n.* 6. *de Test. Cavaler. decis.* 322. *n.* 1. *& dec.* 415. *n.* 3.

Nec sufficiunt illa verba Notarii, testis juratus, *Caputaq. decis.* 285. *n.* 4. *par.* 3. etiam si dicat, juratus tactis scripturis, quia non debet asserere per verba de præterito, sed de præsenti, ut juravit tactis &c. *Caval. d dec.* 322. *n* 3.

202 Si tamen in attestatione Notarii adsint verba æquipollentia, ut juravit ad sancta Dei Evangelia, probatur juramentum, absque clausula tactis &c. *Cæsar. de Graff. d. decis.* 13. *n.* 7. *& n.* 15. *Cavaler. d. decis.* 415. *n.* 3. vel si Notarius asserat se recepisse juramentum in forma *Rot. coram bo. mem. Comitulo dec.* 108. *n.* 16. vel in forma juris, *Rot. in Cordubin. decimarum* 29. *Januarij* 1593. *coram Card. Seraph. decis.* 1010. *n.* 5. vel si addat alia verba, ex quibus colligi possit Testem juralse tactis &c. *Cavaler. d. decis.* 322. *n.* 3. *& seq.*

203 Cæterum testes Sacerdotes, † sufficit, quod jurent tacto pectore, *Cavaler. d. decis.* 322. *n.* 2.

204 Eques † etiam sufficit, quod juret tacta Cruce sui habitus, ut innuit *Caputaq. decis.* 265. *tum* 4.

205 Episcopus verò non jurat tactis, sed inspectis Evangeliis, & mittitur ei Sacramentum, *c. fin. de Iuram. calum. Auth. sed judex C. de Episc. & Cler. Spec. de Test.* §. *sequitur n.* 4.

206 Sine juramento autem testes regulariter non probant, *c. tuis de test. l jusjurandi C. de test. Marant. in Prax. tit. de prod. test. Covar. var. resol. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 3. ad quam regulam plures fallentias congruunt. *Cott. in mem. morab. in verbo testi non jurato, Soccin. reg.* 424. *Card. Tusc. to.* 8. *concl.* 166.

207 Sed præcipuè testis post mortem probat, etiam si ejus depositio non fierit jurata, quia mors supplet defectum juramenti, & auget fidē
208 testis, *Caval. d. decis.* 322. *n.* 7. quinimò † testes etiam nulliter examinati de æquitate probant post mortem *Greg. decis.* 434. *n.* 5. & ibi latè *Beltram. n.* 18.

209 Quilibet citatus, qui sit sanæ mentis tenetur recognoscere, vel negare scripturam ejus nomine scriptam, vel subscriptam, *Rebuff. de Chir. & cedul. recog. art.* 1. *n.* 3. *& seqq. & n.* 22. *Roman. cons.* 372, *n.* 1. *& ibi Adden. lit. A. Fenzon. ad Stat. Vrb. c.* 84. *n.* 19. *& seqq. lib.* 1. & quidem medio

jura-

juramento tactis &c. prout obſervat Praxis ad *l. ſi de interpretatione ff. de leg.* alias eo exiſtente contumace ſcriptura pronunciatur pro recognita, *c. fin. de confeſſ. in 6. Rebuff. de Chirogr. & Ced. recog. in prin. n. 97. Scacc. de judic. lib. 2. c. 11.*

210 *n.* 1055. & ab hac pronuncia † non datur appellatio, *Fenzon. ubi ſupra n. 22. & ſeq.*

211 Quinimò filius Patris, Hæres Defuncti, Uxor Viri, Dominus ſui inſtitutoris manum recognoſcere, vel negare tenetur, *Rebuff. d. art. 1. n. 4. & n. 6. & ſeq.*

212 Et Procurator tenetur recognoſcere, vel negare manum ſui principalis, quod tamen procedit, quando principalis non eſt in curia, & fuit citatus in partibus; tunc enim præſumitur certioraſſe Procuratorem ſuum, an jura ſint ejus propria manu ſcripta, necne; Aliàs eo contumace pronunciatur pro recognita, & proceditur ad ulteriora in cauſa, ac ſi ſcriptura eſſet verè recognita, & ita quotidie ſervatur.

213 Procurator etiam tenetur recognoſcere manum ſuam ad inſtantiam adverſarii, quando ab eo petitur recognitio, uti principali, *Duran. deciſ. 203. n. 2. & deciſ. 227. n. 4. & 5.* cum teneatur

214 † etiam in hoc caſu teſtificari contra eundem principalem ſuum, quod tamen procedit in iis, quæ fecit, aut ſciebat uti tertius ante motam litem, non uti Procurator, *Coccin. deciſ. 403. n. 6. Duran. d. deciſ. 227. n. 5. ver. 2. quia.*

215 Et ubicumque non agitur de negotio, aut re concernente ſecreta cauſæ, in qua eſt procurator, nec ipſe argui poteſt de fide rupta, tenetur etiam uti teſtis ſubjicere ſe examini contra

216 ſuum Principalem, † quod procedit etiam in Advocato, Solicitatore, *Duran. d. deciſ. 227. n. 8. & ſeqq.*

217 Procurator autem ad negotia & recognoſcere ſcripturas, & teſtificari contra ejus Principalem indiſtinctè tenetur, *Duran. d. deciſ. 227. n. 7.*

SVMMARIVM CAP. III.

1 *Obligatus in curia in forma cameræ recedens non electo Domicilio, aut non relicto Procuratore acceptante citatur per contradictas, & tempore feriarum per edictum.*

2 *Obligatus extra curiam in forma cameræ, vel etiam non ita obligatus, citatus in partibus non comparens in actis ad defendendam cauſam, citatur per contradictas, vel æſtivo tempore per edictum.*

3 *Citatio, quæ per contradictas obtineri ſolet, & ejus formula, & proceſſus.*

4 *Edictum tempore feriarum æſtivo obtineri ſolitum, & illius formula, & proceſſus.*

5 *Procurator comparens non docto de legitimo mandato procuræ, citatur ad docendum de illo.*

6 *Citatio ad docendum de legitimo Mandato procuræ, & ejus formula, & proceſſus.*

7 *Tempore feriarum generalium officiorum contradictarum ſilet.*

8 *Citatio quæ fit tempore feriarum generalium contra Procuratorem non docentem de legitimo mandato procuræ, & ejus formula, & proceſſus, & n. 9.*

9 *Intimatio qualiter Dominus mandavit procedi per edictum, & ejus formula.*

10 *Procuratore non docente de legitimo mandato proceditur per contradictas & tempore æſtivo per edictum donec quis legitime compareat.*

11 *Latitans in partibus, vel ſe citari non permittens, vel ſi tutus non ſit acceſſus, citatur per edictum publicum.*

12 *A. C. conſtito ſibi ſummarie, & extrajud cialiter de non tuto acceſſu, citat per edictum publicum.*

13 *Edictum publicum, & ejus formula.*

14 *Citationes impreſſæ poſſunt exequi per Nuncios de partibus, abſque alia ſpeciali commiſſione.*

15 *Nuncij omnes habent generalem commiſſionem citandi.*

16 *Stylus tribunalis A. C. habet citationes impreſſas, abſque commiſſione particulari per Nuncios de partibus executas, pro legitime executis.*

17 *Audientia contradictarum eſt officium Romanæ curiæ, & quare citentur in illo.*

18 *Auditor contradictarum eſt prælatus Rom. Curiæ, quas cauſas ſoleat audire, & unde dictus.*

19 *Auditor contradictarum eſt judex ordinarius Romanæ curiæ.*

20 *Auditoris contradictarum dignitas hodie valde diminuta.*

21 *Officium contradictarum quos hodie habeat officiales.*

22 *Citatus legitimè, & reputatus contumax ſolet citari ad ulteriora per contradictas ad ſingulos actus.*

23 *Termini ſervantur coram auditore contradictarum, ſed decreta, & relaxationes fiunt à judicibus cauſarum.*

24 *Recedens ab urbe judicio cœpto, & procuratore acceptante non relicto, citatur deinde per contradictas.*

25 *Citatione in partibus vel in curia non præcedente non poteſt procedi per contradictas.*

26 *Citatione præcedente poteſt procedi per contradictas, quod ſit ex urbanitate.*

27 *Prima citatione perſonali non præcedente non poteſt procedi per contradictas.*

28 *Obligatus in forma cameræ, recedens ab urbe non relicto Procuratore, vel non electo domicilio, citatur per contradictas, abſque alia præcedente citatione.*

29 *Obligatus in forma cameræ, ſi eſt præſens in curia, vel obligatio eſt facta in partibus, citatur domi dimiſſa copia.*

30 *Procuratore docente de mandato, & proteſtante in actis nihil fieri, niſi ipſo citato, non poteſt procedi per contradictas.*

31 *Procuratore mortuo, vel recedente non relicto ſubſtituto poteſt procedi per contradictas.*

32 *Procuratoris abſentia poteſt quandocumque etiam poſt obtentum decretum juſtificari, ſicut partis contumacia.*

33 *Tempore feriarum generalium officium contradictarum ſilet, ubi affiguntur citationes per edicta.*

34 *Citationes antiquitus affigebantur ad columnam quæ aſpicitur in monte Citatorio urbis.*

35 For-

35 Formulas citationum per contradictas, qui ponant.
36 Formulam edicti, quod sit tempore est.vo, quis tradat.
37 Edicta in curia in quibus locis affigi soleant per cursores.
38 Procurator non potest audiri, nisi doceat de legitimo mandato procurae.
39 Iudex, ne frustra laboret, potest cogere Procuratorem ad docendum de legitimo mandato, & num.46.
40 Mandatum procurae praesumitur ex conjecturis, praesertim si enuncietur, & simus in antiquis.
41 Conjecturae urgens mandati est impensa alicujus momenti, nisi impendens habeat interesse in causa.
42 Observantia diuturna actus inducit mandati praesumptionem.
43 Praesentia, scientia, & patientia, inducunt mandati praesumptionem non obstante revocatione.
44 Productio jurium inducit mandati praesumptsonem, nisi producens sit domesticus.
45 Procurator, cum quo lis fuit contestata, non potest citari ad docendum de legitimo mandato procurae.
46 Procuratore constituto in quasi possessione procurationis, onus probandi eum non fuisse talem est opponentis.
47 Procurator substitutus debet docere non solum de mandato, sed etiam de facultate substituentis.
48 Procurator ad lites potest substituere vigore facultatis substituendi sibi tradita, vel uti dominus litis effectus per litis contestationem, qui nec voluntate, nec morte Domini revocari potest.
49 Tutor, & curator ante diem contestatam non possunt constituere actorem sine decreto judicis, nisi sint domini litis, seu instantiae effecti.
50 Habens mandatum à lege si non est dominus litis effectus, non substituit Procuratorem, nisi sit Pater habens usumfructum in bonis filij.
51 Dominus litis ad effectum substituendi, quis efficitur, vel per contestationem litis, vel per litem habitam pro contestata vel per satisdationem.
52 Procurator substituens in dubio censetur substituisse eo modo, quo potuit, ut actus valeat.
53 Clausula omni meliore modo facit actam valere ultra expressa.
54 Procurator dominus litis effectus, si in mandato sit clausula, relevans &c. potest substituere in quavis instantia, & quare.
55 Lite contestata, vel pro contestata habita cum Procuratore, substituto non potest amplius opponi de nullitate substitutionu.
56 Procurator in rem propriam potest substituere etiam ante contestationem litis.
57 Procurator in causa, quae censetur propria, potest substituere, etiam lite non contestata.
58 Procurator ad negotia potest substituere, etiam si facultatem in specie non habeat substituendi.
59 Procurator cum facultate substituendi potest substituere, etiam lite non contestata.
60 Gesta à Procuratore substituto vigore facultatis substituendi censentur facta à Domino
61 Substituente Procuratore mortuo; si substitutus non acceptavit, potest tamen acceptare vivente Domino.
62 Substitutio facta à Procuratore domino litis effecto expirat, si substitutus in vita substituentis non acceptavit.
63 Substituens non potest revocare substitutionem, nisi in mandato habeat hanc facultatem in specie ex Praxi.
64 Procurator cum facultate substituendi potest hodie substituere, etiam de jure civili, ante litem contestatam.
65 Quando aliquid est clarè decisum de jure Canonico dubium autem de jure civili, vel jus Canonicum expresse juri civili contradicit, statur decisioni juris Canonici, etiam de jure civili.
66 Quando aliquid est clarum de jure civili, dubium autem de jure Canonico, statur juri Civili, etiam in foro Ecclesiastico.
67 Iure Canonico deficiente recurritur ad constitutiones Synodales, & deinde ad jus commune.
68 Ius Canonicum, non autem civile, in materia concernente peccatum attendi debet, etiam ab imperatore.
69 Procurator, qui substituit, desinit esse Procurator.
70 Procurator constitutus ad plures causas si in una tantum substituit, remanet Procurator in alijs.
71 Procurator cum facultate substituendi, revocandi, & reassumendi, remanet Procurator etiam post substitutionem.
72 Procurator remanet post substitutionem, si hoc in mandato principali expresse disponitur.
73 Procurator remanet post quam sust tuit si habet facultatem substituendi plures, & quare.
74 Procurator substitutus, non substituit, nisi sit effectus Dominus litis.
75 A.C. si tutus non sit accessus, vel alia subsit justa causa passim citat, vel monet per edictum.
76 A.C. habet facultatem citandi per edictum constito de non tuto accessu.
77 Iudices sivè Ordinarij, sive delegati non possunt de jure Canonico citare per edictum sine speciali rescripto Papae.
78 Iudices seculares, etiam delegati à Principe, de jure civili possunt citare per edictum constito de impedimento, aut non tuto accessu.
79 Iusta causa procedendi per edictum est in primis probanda ante concessionem edicti.
80 Iusta causa procedendi per edictum probatur per testes de auditu, & singulares, & unicus, & levis ratio sufficit, & quae.
81 Citatio per edictum debet continere terminum competentem.
82 Citatio per edictum in quot, & quibus locis affigenda, & publicanda in Curia, & extra.
83 Citationis per edictum affigi, & legi debet originale, non copia.
84 Citatio per edictum, in quibus locis affigatur in curia, & in partibus.
85 Citatio per edictum debet publicari, quando adest personarum multitudo.
86 Legere, & publicare, idem significare videntur.
87 Cautum est, ut Cursor, vel Nuncius referat legisse, affixisse, & publicasse, & alia fecisse, prout habuit in mandatis juxta &c.
88 Originale citationis per edictum debet affigi per aliquod tempus, & postea, illo amoto, relinqui affixa copia.
89 Citatio, quae non sit per edictum, quando ejus executio

cutio fit domi, in Ecclesia beneficij, non est de necessitate assignanda.

90 *Facultate concessa procedendi per contradictas constito &c. non potest procedi per Edictum, quia ad hoc requiritur facultas specifica.*

91 *Cautus est publicare in primis in curia, quàm extra, citationes per edictum, & quare.*

92 *De formulis citationis, & monitorij per Edictum remissive.*

De Officio Contradictarum, pars Prima. Cap. III.

1 VBicumque aliquis in curia obligatus in forma cameræ ab urbe recessit non electo domicilio, ubi citari velit, aut non relicto Procuratore in actis acceptante, nec non etiam † ubicumque quis in forma cameræ extra Romanam curiam obligatus
2 A fuit in Partibus mediante citatione impressa, A aut aliàs legitimè citatus, vel etiam circumscripta obligatione camerali`, quando quis fuit in partibus personaliter, aut alias legitimè monitus, seu citatus, & statuto tempore nemo comparet in actis ad causæ defensionem suscipiendam, proceditur contra eum per Officium Con-
B tradictarum, & B citatur per contradictas, tem-
C pore verò æstivo feriato c tatur per edictum, C ut infrà videlicet.

Formula Citationis per Contradictas.

D Mandat D. illustrissimus, & Reverendissimus
3 D.A.C.Met per Audientiam publicam literarum Contradictarum S. D. N. PP. ut moris est, citari, & citat NN. exadverso principalem, omnesque alios &c. quatenus prima die juridica compareat in judicio coram eo, ad dicendum contra jura producta, & repetita, videndum jurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, committi, & mandari restitui, dimissa copia collationata, necnon extendi formam cameræ juxta stylum curiæ (*si extensione necessaria juxta supr. n. 169. c. 1. dicta*) & solvendū juxta formam suæ obligationis summam in juribus, de quibus in Actis contentam, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum, vel dicendum &c. alioquin &c. Instante NN. principali, sive &c. Datum Romæ in præfata Audientia Ann. Domini &c. indictione &c. N. die verò NN. &c.

Hæc citatio scribitur in charta Pergamena per deputatos, & subscribitur ab Officiali deputato, seu substituto D. Auditoris, contradictarum, & signatur sigillo dicti officii.

Deinde Principalis, vel Procurator juribus in Broliardo, ut supra, de more productis, comparet coram A. c. & obtinet hora audientiæ decretum, quod per Notarium de more extenditur in pede dictæ citationis, videlicet.

Die NN. mens. NN. & anni ejusdem comparuit &c. NN. principalis, & repetiit jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit admitti, si & inquantum, committi, & mandari restitui dimissa copia collationata, & extendi formam cameræ juxta stylum curiæ, & petiit, & obtinuit decerni, & relaxari mandatum, ut supra, nisi per totam omni &c.

E *Formula Edicti.* E

Marius Theodolus Prothonotarius Apostolicus † utriusque signaturæ Sanctiss. D. N. PP. referendarius, ac curiæ causarum cameræ Apostolicæ generalis auditor &c. Per hoc præsens publicum edictum ad Valvas Curiæ nostræ, & in Acie Campi Floræ, ut moris est, affigendum, publicandum &c. citamus &c. & citari mandamus NN. exadverso principales, omnesque alios &c. eorumque Procuratores, si qui &c. quatenus prima die juridica legitimè compareat coram nobis &c. ad dicendum contra jura producta, & repetita, videndum jurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, committi, & mandari restitui dimissa copia collationata, & extendi formam Cameræ juxta stylum curiæ (*si extensio est necessaria*) nec non solvendum summam in juribus prædictis, de quibus in actis, contentam, alias videndum decerni, & relaxari mandatum executivum, vel dicendum &c. in causa, & causis verten. coram nobis inter dd. citatos exuna, & NN. principalem de, & super certa pecuniarum summa, rebusque aliis &c. & illarum occasione partibus ex altera. Has autem &c. ad instar &c. ac volentes &c. In quorum &c. Datum Romæ in ædibus nostris sub Anno Domini NN. indictione NN. die verò NN. mensis NN. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. NN. Divina providentia Papæ NN. Anno NN.

Hoc edictum affigitur, & publicatur de mo-
F re per cursorem F (qui de hoc in pede illius subscribendo attestatur) & Sigillo A, C, signatur.

Postea prima die juridica adveniente, Principalis, vel Procurator, productis juribus in Broliardo de more juxta superius dicta, obtinet decretum, quod extenditur in pede illius per Notarium, ut infra videlicet.

Die NN. mensis NN. & anni ejusdem comparuit &c. NN. & repetiit jura hodie in Broliardo producta, & petiit, & obtinuit, ut supra admitti, si, & in quantum, committi, & mandari restitui dimissa copia collationata, & extendi formam cameræ juxta stylum curiæ ac decerni, & relaxari mandatum, ut supra nisi per totā &c.

4 Sed si comparet quidem Procurator, sed non docet de legitimo mandato procuræ, citatur hoc modo videlicet.

A. C. Met.

5 Citetur NN. assertus Procurator NN. exad-
G verso principalis ad docendum de legitimo mandato procuræ G. aliàs videndum mandari procedi per contradictas ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. Petiit, et obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione.

Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

N. C. Met.

Intimatur NN. asserto Procuratori NN. exad-

exadverso principalis qualiter Dominus mandavit procedi per contradictas, & aliàs prout in actis instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

7 Tempore verò feriarum generalium à Kalendis Julii ad Kalendas Octobris, quia officium contradictarum silet, citetur hoc modo, videlicet. A. C. Met.

8 Citetur NN assertus Procurator NN. exadverso principalis, ad docendum de legitimo mandato procuræ, alias videndum mandari procedi per edictum ad p.d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Executa, & producta citatione, principalis vel procurator comparet, & obtinet Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione.

Deinde fit intimatio, videlicet.

A.C.Met.

9 Intimatur NN. asserto procuratori NN. exadverso principalis, qualiter Dominus mandavit procedi per edictum, & alias prout in Actis, instante NN. principali, sivè &c.

NN. est Notarius.

10 Executa, & reproducta intimatione, si per totam diem sequentem juridicam post illius executionem Procurator non docet de legitimo mandato procuræ, proceditur contra principalem obligatum, & citatum ad singulos actus per contradictas, & tempore feriarum generalium per edictum, juxta formulas superius traditas, mutatis mutandis secundum casus contingentiam, donec compareat principalis, vel procurator doceat de legitimo mandato procuræ, vel usque ad finem litis, si nemo legitimè comparet, aliàs aliquo legitimè comparente, ille citatur ad singulos actus, usque ad finem litis.

11 Cæterum si quis degit quidem in partibus, sed vel latitat, vel se citari non permittit, vel tutus non patet accessus ad locum in quo degit, necesse est illum citare per edictum publicum, ad hoc ut possit postea contra eum procedi per contradictas ad singulos actus, usque ad finem litis; nisi aliquis pro eo legitimè comparuerit.

12 Conceditur † autem ab A.C. citatio per edi-
H ctum H. constito sibi, ac probato summariè, & extrajudicialiter per testes, aut alio modo, de non tuto accessu, aut alia justa causa, prout in sequenti formula, videlicet.

13 Marius Theodolus &c. Universis &c. Salu-
I tem &c. Noveritis nobis nuper pro parte, I & ad instantiam NN. principalis expositum extitisse, ipsum NN. annis elapsis in Regno Neapolis mutuasse, & occasione puri, ac simplicis mutui dedisse, & tradisse NN. tunc pariter in illis partibus commoranti, scuta mille monetæ, quæ idem NN. promisit, & se in forma Cameræ obligavit d. NN. mutuanti restituere infra annum à die celebrati contractus incipien. & ut sequitur finien. prout latius in instrumento publico rogato per NN. dicitur contineri, ad quod &c.

Verum quia tempus solutionis jam advenit, & d. NN. suum creditum recuperare, & consequi intendit, ad nos recursū habuit, quatenus sibi super his de opportuno juris remedio providere, ac citationem ad partes per edictum publicum in locis infrascriptis exequen. & publican. cum pro illa exequen. contra laicos in civitate, & statu, ac partibus, in quibus d. NN. ad præsens moratur, tutus non pateat accessus, desuper necessariam, & opportunam in forma solita & consueta decernere dignaremur. Nos igitur Marius &c. Auditor, & judex prædictus attenden. requisitionem hujusmodi fore, & esse justam, & rationi consonam, quodque &c. Assensus &c. Constito nobis per testes fide dignos de nostro mandato examinatos, ad d. NN citandum pro præsentibus nostris literis citatoriis exequendis, & præsentandis in ejus persona propria, vel domicilio, aut locis consuetis in d. civitate, & statu tutum non patere accessum.

Citationem hujusmodi in Rom. Curia, & in partibus, ac locis convicinis legen. affigen. publican. & exequen. fore, & esse duximus, & mandavimus, prout mandamus per præsentes. Quapropter per publicum præsens edictum in Rom. curia in audientia Sanct. N. D. PP. legen. ac in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ad Valvas curiæ nostræ, & in Acie Campi Floræ, nec non extra ipsam curiam, & in partibus in N. & N. civitatum, Ecclesiarum respectivè Valvis seu Portis, tamquam in locis magis convenientibus, & convicinis & alibi, ut tutè fieri poterit, affigen. & publican. prædictum NN. exadverso principalem citamus, quatenus trigesima quinta die ab executione præsentium proxima, si juridica fuerit, alioquin prima die immediatè sequen. compareat Romæ in judicio coram nobis, seu Locumtenente nostro in actis NN. Notarii infrascripti, ad dicendum contra quæcunque jura producta, & repetita seu producenda, & repetenda, & recognoscendum manum. & literas suas in juribus, in actis productis. seu producen. appositas, alias videndum pronunciari haberi pro recognitis, & quatenus opus sit, videndum jurare testes super illorum recognitione &c. & per suprascriptos, seu alios, recognosci videndum, illaque admitti, committi, & mandari restitui, dimissa copia collationata, & videndum mandari extendi formam Cameræ in dd. juribus appositam juxta stylum, & clausulas Curiæ prædictæ. Necnon solvendum, seu solvisse docendum summam debitam instanti & in actis deductam seu deducendam, & superius adnotatam, necnon calculandum, quatenus &c. & calculo facto solvendum, Et docendum de quacunque nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus &c. Necnon exhibendum quascunque inhibitiones, dilationes, Salvosconductos, Moratorias, Nongravetur, Quinquennales, & Privilegia, si habet, & justificandum, alias videndum illa revocari, & moderari, & contra ipsum decerni, & relaxari mandatum executivum realiter, & personaliter, & aliud desuper necessarium, & opportunum, ipsis dilationibus, nihilominus, Salvisconductis, Moratoriis, Nongravetur, atque aliis quibuscunque privilegiis, & impedimentis non obstantibus &c. exequi mandari, & alia dici, & fieri necessaria, & opportuna, usque ad totalem, & finalem prædicto-

rum , & cameralis obligationis executionem procedi, vel dicendum causam &c. alioquin, &c

Loca verò audientiæ literarum contradictarum , ac valvarum, seu Portarum Ecclesiarum prædictarum, tamquam publica, & idonea pro præsentibus nostris literis exequen. ad instar edictorum publicorum , quæ in Albo Prætoris olim scribebantur, seu etiam hodie scribuntur, duximus eligenda, quæ hujusmodi nostras literas citatorias suo quasi sonoro præconio , & patulo judicio publicabunt, in quibus literas nostras modo præmisso decrevimus & decernimus publican. & affigien. ne d. NN. sic citatus de præmissis, seu præmissorum aliquo ignorantiam aliquam prætendere valeat, cum non sit verisimile , apud ipsum sic citatum remanere incognitum , & occultum , quod tam patenter, & notoriè omnibus extitit intimatum, & publicatum : volentes nihilominus, & auctoritate prædicta decernentes, quòd præsentes nostræ literæ modo præmisso executæ , & publicatæ eundem citatum totaliter arctent, astringant, ac perinde valeant, ac si personaliter executæ forent, seu quomodolibet præsentatæ. In quorum fidem &c. Datum &c.

Poterunt etiam in hujusmodi citatione per edictum inseri omnia, quæ continentur in citationibus impressis, si opus fuerit, vel quicquid aliud, secundum casuum contingentias, erit necessarium & opportunum.

Observationes.

14 A Licèt † citationes impressæ exequantur per Nuntios de partibus, qui non videntur exequi de mandato A. C. nihilominus valet illarum executio, quia quicquid sit in criminalibus non videtur ambigendum, quod in civilibus, cum non sit in citationibus causæ cognitio necessaria , Nuntii possint absque judicis commissione citare, prout de communi testatur *Clar. in §. fin. q. 31. n. 4. vers. unum autem scias*, & ita ubique servatur, &

15 commissio † generalis, quam habent omnes Nuntii, sufficit, *Cast. cons. 254. videtur n. 1. vers. 1. quia lib. 2. Ang. Aret. cons. 133. n. 27. & seq.* & de veriori opinione, & observantia in Praxi testatur *Mandos. ad Rom. cons. 497. in verb. requiri, ut per Rip. in c. 1. n. 86. de jud. Sal. Tib. in Prax. lib. 1.*

16 *c. 57. n. 14.* Præsertim † hodie stante stylo inveterato Tribunalis A. C. habendi hujusmodi citationes pro legitimè executis , prout de stylo Tribunalis Forolivii in simili tradit *Ang. Aret. d. cons. 133. n. 29. vers. vel 3.* unde non relinquitur

B amplius dubitandi locus. Audientia † contradi-

17 ctarum est officium Romanæ curiæ, in quo singulis diebus juridicis citantur ad omnes actus judiciarios illi omnes, qui semel citati personaliter in partibus, vel in curia, recesserunt postea ab urbe non relicto, vel constituto Procuratore, vel electo domicilio , vel illi, qui sunt in forma cameræ obligati, *Paris. in Prax. tit. de aud. contradict. in prin. Sal. Tib. in Prax. lib. 1. c. 45. n. 5. vers. & quia & n. 6. & seq.*

18 Officium contradictarum habet auditorem, qui hodie est Prælatus Romanæ Curiæ, & solet contradictiones signanter audire, si inter impetrantes literas Apostolicas de persona judicis, loco judicii, aut alia re impetrationem concernente sit controversia, unde contradictarum auditor à contradictione , & controversia fuit ap-

19 pellatus , † estque judex ordinarius Romanæ curiæ, saltem à Papa vero ordinario substitutus, ut testatur *Vestr. in Prax. lib. 1. c. 5. n. 1.*

20 Olim auditor contradictarum post Cardinales, & Vicecancellarium primum locum obtinebat, sed hodie ab illa antiqua dignitate in eo diminuta longius distat, *Gravat. ad Vestr. d. lib. 1. c. 5. n. 8.*

21 Habet Officium hujusmodi ultra auditorem duos lectores, duos Notarios, & quatuordecim Patronos, *Vestr. d. lib. 1. c. 5. n. 6.*

22 Ubicumque judices Romanæ curiæ aliquem legitimè citatum reputant contumacem, solent contra eum, instante Parte, procedere per hanc audientiam, ut singulæ citationes in Processu necessariæ per istos lectores in audientia contradictarum legantur, & quasi per præconem ad singulos actus citetur. *Vestr. d. lib. 1. c. 5. n. 4. Sal. Tib. d. lib. 1. c. 45. n. 4.* Nam quicquid potest fieri cum procuratore, aut parte præsente, potest fieri ut supra per contradictas in eorum absentiam, *Lancell. de Attent. c. 4. in præf. n. 171. fol. 60.*

23 Coram auditore contradictarum solummodo citationes leguntur, & termini observantur, sed relaxationes mandatorum , & decreta opportuna fiunt per A. C. & ejus Locumtenentes, & alios judices competentes, coram quibus causæ vertuntur, & ita quotidie observat Praxis.

24 Proceditur per contradictas , non solum quando quis fuit personaliter citatus in partibus, vel in curia, & est contumax vel recedit ab urbe, sed etiam multò magis quando judicium fuit cæptum cum præsente , qui deinde recessit non relicto Procuratore acceptante, *Vestr. d. lib. 1. c. 5. n. 4. Formul. commiss. de Proc. per aud. contrad. vers. si citatus fol. 20.*

25 Sed si prima citatio in partibus, vel in curia non præcessit, non potest procedi per contradictas, *Cavaler. dec. 410. n. 1. Beltram. ad Greg dec. 340. n. 5. Rot. in Senogallien. Prædij 12. Feb. 1596.*

26 *coram bon. mem. Card. Blanchetto.* Si verò dicta citatio præcessit, eo casu citationes per contradictas fiunt potius ex urbanitate, quàm necessitate, *Egid. decis. 310. Vestr. in Prax. lib. 4. c. 4. n. 4. in fin. Beltram. ad Greg. d. dec. 430. n. 6.* Et pri-

27 ma citatio debet esse personalis, alias non † potest procedi per contradictas, aut per edictum, *Mant. dec. 232. n. 5 & seq. Ferentil. ad Bur. dec. 943. n. 11. Caval. dec. 410. n. 1. & seq.*

28 Hoc tamen non procedit in obligato in forma Cameræ, nam si obligatus in curia obligatione camerali recedit non relicto Procuratore, vel electo domicilio, proceditur contra eum per contradictas , absque alia citatione personali, aut domi dimissa copia in partibus, in quibus degit, jurata tamen , vel probata illius absentia, *Paris. in d. Prax. tit. ad aud. contrad. in prin. & vers. nota quòd in oblig. Galef. de obl. Cam. q. 39. n. 3.*

29 Si verò est præsens in curia, vel obligatio cam. est facta in partibus , tunc sufficit illum citare

domi

domi dimissa copia, nec est necessaria citatio personalis, *Leo X. const. 33. Ministerio, vers. necnon contra quoscumque secun. antiq. impress. Greg. 14. in facult. A. C. post Prax. Sal. Tiber sub n. 11. Put. dec. 172. lib 1. sec. no. impress. Zacch. ad Gallesi. de ob. tig. Camer. q. 27. n. 13.* quod provenit ex privilegio d. obligationis cameralis, *Salust. Tib. in Prax. d. lib. 1. c. 26 n. 3. & c. 27. n. 1.*

30 Non potest tamen procedi per contradictas quando Procurator est in actis constitutus, vel comparuit in actis & producendo mandatum procuræ acceptavit, protestans nihil fieri, nisi ipso in quolibet actu legitimè citato, *Beltram. ad Greg. d. dec. 430. n. 7. Ferentill. ad Buratt. dec. 943. n. 15.*

31 Fallit hoc si dictus Procurator moriatur, vel se absentet non relicto substituto, nam poterit hoc casu procedi per contradictas, *Sal. Tib. lib. 3. c. 3. n. 18.* etiam non intimatâ morte, vel absentia principalis, *Vestr. in Prax. d. lib. 1. cap. 5. num. 4. Beltram. ad Greg. d. dec. 430. n. 8. ubi quod dec. Ægid.* quæ facit in contrarium, non servatur in Praxi.

32 Et sufficit de absentia Procuratoris docere postea, licet tempore obtenti decreti de ea non constet in actis, dummodo revera Procurator esset eo tempore absens, *Sal. Tib. in Prax. lib. 3. c. 3. n. 20. vers. dicendum Rot. dec. 486. n. 32. par. 3. d. vers.* prout idem juris est de Partis contumacia, cum possit etiam de ea postea doceri, ut fuit dictum *in Tiburtina affancationis Castri Sambuci 15. Ianuarij 1593. coram bo. mem. Orano.*

C Tempore Feriarum generalium non leguntur contradictæ, quia officium contradictarum silet, & ob id cum in Tribunali A. C. etiam de illo tempore jus reddatur, ideò ad commodum litigantium, ne cogantur expectare finem Vacantiarum, fuit inductum, ac usu receptum, ut soleant cursores affigere, & publicare hujusmodi citationes per edicta, *Vestr. in Prax. lib. 4. cap. 3. n. 6.* Qui modus citandi per edicta videtur

34 inductus ad instar citationum publicarum, † quæ anciquitus affigebantur ad columnam, quæ adhuc cernitur in monte Citorio, olim Citatorio Urbis nuncupato, ut ultra alios refert *Sal. Tiber. d. c. 45. n. 6.*

D Formula citationum, quæ fiunt per contra-

35 dictas conspicere licet penes *Paris. in Prax. de Aud. Contradict. & Sal. Tiber. in Prax. lib. 1. cap. 45. num. 7.*

E Formulam edicti, quod fit loco citationum

36 per contradictas æstivo tempore feriato tradit idem *Salust. Tib. d. c. 45. n. 8.*

F Hæc edicta solent per cursores affigi, & pu-

37 blicari in duobus locis in curia, videlicet in Acie Campi Floræ, & in Valvis Cancellariæ, *Vestr. in d. Prax. lib. 4. c. 3. n. 6.* vel in Acie Campi Floræ, & in Valvis Audientiæ Curiæ causarum Apostolicarum, prout in formula edicti supra relata.

G Quilibet Procurator comparens in actis te-

38 netur docere de legitimo mandato procuræ, alias Parte opponente non potest audiri, *Vestr. d.*

39 *lib. 4. cap. 5. num. 24. & seq.* Quinimo † etiam judex potest cogere Procuratorem ex officio ad docendum de mandato procuræ, ne alias frustra laboret, *Glos. in c. 1. §. 1. in ver. absentia in fin. de elect. in 6.* quod est receptius, ut per *Vestr. d. lib. 4. c. 5. n. 23.*

40 Aliquando tamen mandatum procuræ præsumitur ex conjecturis, *Greg. dec. 44. n. 1. Cavaler. dec. 181. n. 7.* præsertim si enunciatio illius, ac Notarii rogati, & diei rogitus concurrat, *Greg. dec. 111. n. 1. & 2. & ibi Beltramin. n. 7.* quod fortius procedit in antiquis, *Crav. de antiq. tem. par. 2. n. 6. Boer. dec. 281. n. 17. Cassad. dec. 3. num. 4. de Proc. Rot. in Pharen. pensionis 6. Decembris 1580. coram bo. memor. Bravo.*

41 Urgens autem conjectura mandati desumitur ex impensa alicujus momenti, *Gregor. dec. 44. n. 5.* saltem unius ducati, *Beltram. ad Gregor. dec. 324. n. 6.* ubi quod hoc non procedit quando impendens habet commodum, vel interesse in causa, quia tunc cessat ratio, quod quis non præsumatur jactare suum, de qua per *Greg. dec. 275. num. 3.* & sic cessat præsumptio mandati.

42 Ex observantia etiam diuturna, quando actus à Procuratore gestus fuit diu observatus, præsumitur mandatum, *Rot. in Civitatis Castelli bonorum 8. Novembris 1589. coram bo. me. Card. Pamphilio Seniore.*

43 Et ex præsentia, scientia, & patientia, quod quis suo nomine litem prosequatur, *Greg. d. dec. 44. n. 2. & 3.* non obstante revocatione quia censetur tacitè denuò constitutus Procurator, *Beltram. ad Greg. d. dec. 44. n. 9.*

44 Et denique ex jurium productione alia urgens conjectura ad præsumptionem mandati eligitur, *Greg. dec. 86. n. 2. & 3.* ubi quod sufficit hujusmodi mandatum præsumptum, etiam si statutum mandatum requirat, *& dec. 176. n. 2. & dec. 111. & ibi Beltram. n. 7.* nisi producens sit persona domestica, quæ potuerit jura surripuisse, *Greg. d. dec. 44. num. 4. & ibi Beltram. sub num. 10.*

45 Cæterum si lis fuerit cum Procuratore contestata, nec poterit citari ad dicendum de legitimo mandato procuræ, quia illius persona censetur approbata, *l. Pomponius §. ratihabitionis ff. de Proc. Glos. in cap. 1. §. 1. in ver. Absentia de Elect. in 6. Alex. cons. 102. n. 2. & 3. lib. 5.* Vel si defectus Mandati adhuc contra Procuratorem

46 in hoc casu potest opponi, tamen ex quo † Procurator per contestationem litis dicitur constitutus in quasi possessione procurationis, onus probandi eum non fuisse Procuratorem est opponentis, *l. sive posidetis C. de prob Nat. cons. 126. n. 8. ubi de communi, Buratt. dec. 21. num. 25. Mascard. de prob. concl. 693. Exceptionem falsi Procuratoris*, ubi testatur de veriori opinione, subdit tamen, quod judex, si vult, potest cogere Procuratorem ad docendum de mandato procuræ.

47 Procurator verò substitutus † non solum debet docere de legitimo mandato procuræ in ejus personam facto *ex prælleg. a.*, sed etiam quod substituens potuerit illum de jure substituere.

48 Potest Procurator ad lites † alium legitimè substituere, vel vigore facultatis sibi ad id in mandato à principali traditæ *l. 1. ubi Glos. in ver.*

aliena verſ. ſed an poßim, & Bart. num. 4. ff. de Proc. Achil. deciſ. 4. n. 1. & ſeq. de proc. ubi quod habens hanc facultatem poteſt ſubſtituere, etiam poſt ſententiam, ad appellandum, quia appellatio eſt pars primæ inſtantiæ, vel etiam ſi in mandato aliquam ſubſtitu endi facultatem non habeat tanquam Dominus litis, ſeu inſtantiæ effectus, *l. ab executore*, § *fin. ff. de appell. l. quod quis, ubi Gloſ. in ver. quod quis, & Iaſ. n. 1. verſ. 1. regula. C. de proc. Aret. in* §. *mandatum, num. 2. verſ. aut poſt litem, Inſt. de Mand. Achil. deciſ. 4. num. 3. de proc.* efficitur autem Procurator Dominus litis, ut ſupra, per litis conteſtationem, *l. poſt litis, & l. ſi defunctus, ff. de proc. c. quamvis, de proc. in 6. Buratt. deciſ. 440. n. 2.* quo caſu ſicut ab ipſo mandante revocari non poteſt, *d. l. poſt litis ff. de Proc. cap. 2. de proc. in 6. Buratt. d. deciſ. 440. n. 3. & ibi Ferentill. n. 10.* ita nec tacite per mortem revocari poterit, *l. & quia ff. de jur. omn. jud. l. nulla dubitatio C. de Proc. l. mandatum C. mandati, Maran. de Ord. jud. in 3. par. 6. par. prin. act. 1. nu. 108.* cum aliis allegatis per *Buratt. d. deciſ. 440. n. 2. & ſeqq.*

49 Quod autem diximus Procuratorem Dominum litis effectum poſſe ſubſtituere, procedit etiam in Tutore, & Curatore, qui licet ante litem conteſtatam non poſſint conſtituere Procuratorem, ſeu Actorem, niſi cum decreto judicis, §. *fin. Inſt de Curat. l. neque Tutores, ubi Bart. in 1. Bald. n. 2. & Caſtr. n. 4. C. de Proc. Greg. deciſ. 337. n. 2.* juxta praxim, quam ponit, *Aretin. in d. §. fin. n. 5. verſ. & advertas, Inſt. de Curat. & Caſt. in d. l. neque Tutores n. 7. verſ. eadem Gloſ. C. de Proc.* nihilominus quando tutor, vel curator eſt dominus litis, ſeu inſtantiæ effectus per litis conteſtationem, poteſt, ad inſtar Procuratoris ad lites, ſubſtituere Procuratorem, *l. neque tutores, ubi Cyn. n. 8. Bart. in princ. & n. 5. & 15. Bald. n. 1. & ſeqq. Salic. n. 3. Caſtr. n. 2. & 5. verſ. item tutor, & Iaſ. in princ. & n. 1. C. de Proc.*

50 & in conjuncto, † Patre, & aliis habentibus mandatum à lege, idem tradit *Roman. conſ. 241. Spedabilis n. 10.* reſpectu tamen bonorum, in quibus pater habet uſumfructum poteſt ipſe ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere, prout de communi, & veriori teſtatur *Bart. in d. l. neque tutores n. 3. de Proc.* cum conſenſu tamen filii, quando eſt major Infante, ut per *Roman. d. conſ. 241. n. 10.*

51 Nec intereſt, an quis ſit dominus litis effectus per litis conteſtationem, vel pro conteſtata habitam, in calibus, in quibus illa non conteſtatur, vel per ſatisfactionem de judicatum ſolvendo, *Iaſ. in d. l. quod quis num. 1. in 4. & 5. fall. C. de Proc.* & de Domino litis effecto per litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, idem tradunt etiam *Franc. in c. 1. num. 1. & ſeq. de Proc. in 6. Gloſ. in l. nihil. ubi Bart. num. 2. verſ. adverte tamen quod tranſactio, Iaſ. num. 1. ubi de communi, Alex. num. 2. & nu. 4. ubi de magis communi, & vera opinione teſtatur C. de Proc. l. nulla ubi Bart. & alij. ſignanter Alex. n. 2. ubi de communi, C. eod. tit. Gravat. ad Veſt lib. 4. c. 5 nu. 36.* ubi quod idem ex receptiori opinione locum habet etiam in cauſis executivis, *Pat. deciſ. 220. lib. 2.*

52 Quod ſi quis ſimpliciter ſubſtituerit vigore facultatis ſubſtituendi omni meliori modo, nec expreſſerit, an ſubſtituerit vigore mandati, vel tamquam dominus litis, in dubio cenſetur ſubſtituiſſe vigore facultatis, quam habet, eo modo, quo melius, & validius ſubſtitutio ſuſtineri poteſt, ad trad. per *Achill deciſ. 4. num 4. de Proc.* prout etiam ſi quis ſubſtituerit vigore facultatis

53 ſubſtituendi, & alias omni meliori modo, † vel cum clauſula ut ſupra, & omni alio meliori modo, hæc clauſula ſuſtinet actum prout melius de jure valere poteſt, etiam ultra expreſſa, *Mart. clauſ. 88. n. 14. p. 1. & clauſ. 56. num. 8. par. 3. cum aliis allegatis ſupra c. 2. lit. Q.*

54 Et poteſt Procurator dominus litis † effectus ſubſtituere in quacumque inſtantia, ſi in ejus mandato eſt clauſula *Relevans &c.* licet enim regulariter ejus facultas expiret lata ſententia, cum dominus litis, id eſt inſtantiæ tantum, efficitur, *Greg. deciſ. 548. n. 3. & ibi Beltram. n. 12.* nihilominus quia dicta clauſula *Relevans &c.* habet vim fidejuſſionis tam in prima, quam in aliis inſtantiis ſequentibus, poterit in quacumque inſtantia, ut ſupra ſubſtituere, *Seraphin deciſ. 1180. late Coccin. dec. 319. n 4. & n. 6. Beltram. ad Greg. deciſ 548. n. 12.*

55 Concluſio autem ſupra firmata quod Procurator ad lites non poſſit ſubſtituere, niſi habeat in mandato facultatem, vel ſi effectus dominus litis Primo non procedit parte non opponente: nam cum hæc ſit exceptio dilatoria, ſi lis fuit poſtmodum cum procuratore ſubſtituto conteſtata, vel pro conteſtata habita, non poteſt amplius opponi de invaliditate ſubſtitutionis, *Iaſ. in d. l. quod quis n. 1. in 8. fall. C. de Proc.*

56 Secundo non procedit in Procuratore in rem propriam, qui poteſt ſubſtituere etiam ante litem conteſtatam, licet facultatem hujuſmodi in ſpecie non haberet, *Gloſ. in l. quod quis C. de Proc. Bart. in l. 1. n. 3. ff. de Proc. Iaſ. in d. l. quod quis n. 1. in 2. fall. C. eod. tit.*

57 Tertio non procedit in cauſa, quæ cenſetur propria, prout quando diſputatur, an quis ſit Procurator, tunc enim quis poteſt ſubſtituere, & ſi careat facultate ſubſtituendi, etiam lite non conteſtata, *Iaſ. in d. l. quod quis n. 1. in 3. fall. C. de Proc.*

58 Quarto non procedit in Procuratore ad negotia, qui poteſt ſubſtituere abſque alia ſpecifica ſubſtituendi facultate *Gloſ. in d. l. quod quis ubi Iaſ. n. 2. & ſeqq.* limitat decem modis, *C. de Proc.*

59 Procurator autem cum facultate ſubſtituendi conſtitutus poteſt ſubſtituere etiam ante litem conteſtatam, *c. 1. §. 1. de Proc in 6. Bart. in l. 1. n. 4 ff Proc. Iaſ. in d. l. quo quis n. 1. in 1. fall. C. de Proc. Spec. de Proc. §. 1. n. 25. lib. 1. par. 3.* ubi quod

60 ita obſervatur de ſtylo curiæ, & geſta † à Procuratore vigore facultatis ſubſtituendi, cenſentur facta à Domino, *Rot. dec. 8. in princ. de Proc. in nov. Biſignet. deciſ 9. num. 1. de Proc.* Præſertim ſi in mandato principali adſint illa verba, *prout ex nunc ipſe conſtituit, Spec. de Proc. §. 1. nu. 25. in fin* quæ tamen verba hodie non ſunt de eſſentia per *tex. in d. c. 1. §. 1. de Proc. in 6. Alden. ad Spec. de procur. §. 1. n. 52. in ver. Curia cum aliis prædallegatis.*

Et

61 Et si substituens moriatur antequam substitutus acceptet, non ideò expirat substitutio, dummodo substitutus acceptat vivente Domino, *Rot. decis. 33. n. 1. & ibi Adden. n. 3. de Proc. in nov. Bisignett. decis. 6. n. 2. & seqq. de Proc.*

62 Sed hoc non procedit in substitutione facta à Procuratore tanquam Domino litis effecto, quia illa expirat morte substituentis, si moritur re integra, antequam substitutus acceptet, *Oldrad. cons. 130. n. 3. vers. si enim est nova potestas. Rot. d. decis. 33. n. 2. & ibi Adden. n. 3. Bisignet. d. dec. 9. n. 3. & seq. de Proc.*

63 Non tamen substituens poterit revocare substitutum, nisi id sibi in mandato concedatur, & ita servat curia, *Spec. de Proc. §. 1. n. 26. in fin. vers. pone quod Procurator, & ibi Adden. in verb. servat. lib. 1 par. 3. c. is qui, de Proc. in 6.* quod *secundum d. Add.* conditum fuit pro confirmatione supradicti stylì, de quo *Specul. testatur d. n. 26.*

64 Et licet olim, ut ex traditis à *Speculatore, & aliis præallegatis* patet, esset dubium de jure civili, an procurator cum facultate substituendi posset substituere ante litem contestatam, nihilominus hodie est clara, etiam de jure civili, ex dispositione juris Canonici, *d. c. 1. §. 1. de proc. in 6.*

65 Etenim quando aliquid est clarè decisum de jure Canonico, dubium autem de jure civili, statur dispositioni juris Canonici, etiam in foro civili, *§. si verò Ecclesiasticum, Auth. ut Cleric. ap. d prop. Episc. Auth. de Eccles. tit. in princ. Marant. de ord. judic. p. 3. n. 75. Barbos. in collect. in cap. 1 num. 2. de nov. oper. nunc. late Rot. dec. 266. n. 7. & seq. par. 6. recent,* ubi quod idem procedit, quando jus Canonicum manifestè juri civili contradicit, & ad id plures cumulat authoritates.

Sicut è contra quando aliquid est clarum de
66 jure civili, † dubium autem de jure Canonico, statur decisioni juris civilis, etiam in foro Ecclesiastico, *cap. 1. & 2. de nov. oper. nunc. Abb. in d. c. 1. num. 6. Marant. de ord jud. d. p 3. num. 72.* &
67 multo magis ad jus civile † recurritur deficiente Canone, *Barbos in d. c. 1. de nov. oper. nunc.* sed ubi adsunt Constitutiones Synodales, esset potius ad illas, quàm ad jus commune recurrendum *Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. §. 1. n. 18. Barbos. in d. c. 1. n. 6.*

68 In materia verò concernente peccatum, omninò jus Canonicum, non autem jus civile est observandum, cum in his quæ concernunt peccatum, omnis anima, & sic etiam Imperator, Papæ subjiciatur, *cap. si Imperator 96. dist. c. omnes Principes. de major. & obed. Abb. in d. c. 1. n. 5. de nov. oper. nunc. Marant. de or. judic. d. p. 3. num. 73.*

69 Postquam autem Procurator substituit (ut ad rem redeamus) desinit esse Procurator, *cap. is, qui. de Proc. in 6. text. à contrario sensu in l quod si forte, §. quid ergo. ff. de sol. Cast. in d. l. quod si forte posita sub l. vero Procuratori, §. sunt quidam, in fin. ff. de solut. Gravat. ad Vestr. lib. 4. cap. 5. num. 35.*

70 Sed Primo hoc non procedit, si Procurator fuit constitutus ad plures causas, nam si substituit in una causa, remanet Procurator in aliis *cap. is qui. ff. verum, de Proc. in 6.*

71 Secundo non procedit, quando data est ei potestas substituendi, revocandi, reassumendi, *Rot. decis. 14. de proc. in nov. Gravat. ad Vestr. d. lib. 4. c. 5. n. 35.*

72 Tertiò non procedit, si in mandato principali dicitur, quod substituens nihilominus Procurator remaneat, *Bar. in d. l. quod si forte, §. quid ergo. n. 4. ff. de sol.*

73 Quinto non procedit, si in mandato dicatur quod possit substituere unum, vel plures, *Bart. in d. l. quod si forte, §. quid ergo n. 6. Rot. decis. 576. n. 4. p. 3. recent.* & ratio est in promptu, quia si alteri potest facultatem concedere, ergo, cum ante concessionem factam illam penes se habeat potest eandem per seipsum exercere.

74 Procurator tamen substitutus alium substituere non potest, *d. c. 1. §. licet, de proc. in 6. l. quod cui, C. de proc. Oldra. cons. 130. n. 3. vers. a ratione, Rot. in Mediolan. Parmensæ Simulationis 3 Iulij 1595. coram bo. me. Corduba.*

Sed hoc non procedit, postquam ille litem fuit contestatus, vel merita causæ discussit, & pertractavit, nam tunc tamquam Dominus litis effectus potest substituere, *Oldr. d. cons. 130. n. 3. vers. ergo debet dicere. Bisignett. decis. 9. n. 1. de proc. Gravat. ad Vestr. d. lib. 4. cap. 5. num. 36.* ubi de receptiori opinione tenetur *Rot. de. is. 28. de Proc. in antiq. & decis. 5. de Proc. in nov. Put. decis. 220. lib. 2.* ubi quod id procedit etiam in executivis.

H Auditor Cameræ passim concedit citationes
75 seu monitoria per edictum ordinaria sua authoritate, constito sibi summariè, & extrajudicialiter de non tuto accessu, vel alia justa causa, ut si citandus latitet, vel adsit ejus perhorrescentia vel non permittat citationem ad se pervenire, juxta tradita per *Rot. dec. 22. de dol. & cont. in antiq. Mantic. dec. 232. num. 6. Salust. Tiber. in*
76 *prax. lib. 2. cap. 16. num. 1. & 4.* & habet hoc † in facultatibus, constito de non tuto accessu, *Greg. XIV. in d. const. Ad generis, impress. post Salust. Tib. in prax. n. 16. Ferentill. ad Burat. decis. 943. n. 6.*

77 Verum judices sivè ordinarii, sivè delegati, non possunt hujusmodi citationes decernere, nec concedere absque commissione speciali, quæ nec etiam concedi solet, nisi cum dicta clausula, *const. 10 &c. Clem. 1. & ibi DD. de jud. Staphil de lit. grat. & just. fol. 168. vers. si petitur committi, Vant. de null. defect. cit. n. 127. Marches. de commiss. appell. in Rom Cur. par. 1. n. 258. fol. 220. secundum nov. impress. Rot. dec. 104. n. 1. & seqq. p. 6. recent.*

Hoc tamen locum sibi vendicat de jure Canonico, nam eo jure inspecto non possunt judices procedere per edictum sine speciali rescripto Papæ, *d. Clem. 1. de jud. Burat. d. decis 943. n. 2. & ibi Ferentill. n. 4.* ubi plura cumulat *Rot. in Ianuen. Separationis Thori 16. Februar. 1632. coram bo. me. Coccino Decano, quæ est d. dec. 104. n. 1. & 2. par. 6. recent.*

78 Nam de jure Civili Judices etiam facultates, prout Senator Urbis, & alii judices de partibus constito sibi de impedimentis, aut de non tuto

accessu

accessu possunt procedere per edictum ; per *tex. in Auth. qui semel. C. quom. & quando jud. Vant. de null. def. citat. n.* 124. *&* n. 129 sive isti judices sint ordinarii , vel delegati à Principe, *Ferentill. ad Buratt. d. dec.* 943. *n.* 5. *Rot. d. dec.* 104. *n.* 1. *par.* 6. *recent.*

79 Ante tamen quàm judex decernat edictum, est probanda coram eo justa causa, *Vant. ubi sup. n.* 127. *Rot. d. decis.* 22. *de dol. & contum. in antiq. Adden. ad Rot. decis.* 5. *de rescript. in nov. n.* 3. *&* 6. *&* n. 10. *Buratt. decis.* 943. *per tot.*

80 Sed sufficiunt testes deponentes de auditu, *Marches. de Commiss. d. par.* 1. *n.* 258. *fol.* 220. *secundum nov. impres.* & de credulitate, *Rot. decis.* 22. *de rescrip. in antiq. Adden. ad d. dec.* 5. *de rescrip. in nov. n.* 20. *Buratt. decis.* 943. *n.* 2. & testes singulares, & unicus etiam sufficit, *Buratt. d. decis.* 943. *num.* 1. *&* 2. & quælibet levis ratio reddita per testes sufficit , ut si dicant citationes non posse exequi sine licentia Principis , vel Regio exequatur, vel quod ipsi non auderent, secus tamen si dicerent, quod ipsi non auderent propter favores, *Ferentill. ad Burat. latè d. decis.* 943. *n.* 19. *& seq.*

81 Continere debet citatio hujusmodi terminum competentem, & non nimis brevem, ad hoc, ut eo elapso, possit deinde validè procedi per contradictas, *Salust Tib. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 6. *Ferentill. ad Buratt. ubi sup. n.* 9. *& seq.*

82 Affigenda est, & publicanda citatio per edictum in quatuor locis, videlicet, in duobus in curia , & in duobus locis vicinis jurisdictioni seu statui , in quo citandus degit extra curiam *Clem.* 1. *& ibi* DD. *de Iud. Rot. d. dec.* 5. *de rescript. in nov. & ibi Adden. n.* 9. *& seqq. & n.* 19. *Cassad. decis.* 1 *de dol. & cont. Vant. de null. def. cit. n.* 133. *& n.* 140. *Vestr. in d. prax. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 4. etiam si dicta loca extra curiam non sint de vicinioribus, *Ferentil. ad Buratt. dec.* 943. *n.* 7. ubi dicit se ita obtinuisse.

83 Neque debet solum affigi citatio per edictum, ut per *Adden. ad Rot. d. dec.* 5. *de rescrip. in nov. n.* 12. *Cassad. decis.* 1. *n.* 2. *de appell. Rot. decis.* 8. *de dol. & contum. in nov. & decis.* 933. *post med. p.* 3. *divers. lib.* 3. *& in Tuden. Præstimony de Rosat.* 8. *Novembris* 1583. *coram bon mem. Penia*, sed debet etiam legi *Rot. d. dec.* 8. *de dol. & contum. in nov. Adden. ad d. decis.* 5. *n.* 16. *de rescript. in nov.* quinimo affigi, & legi originale, non copia, *Clem. causam, de elect. Felyn. in c. quoniam n.* 18. *vers. quinto nota, ut lit. non contest. Vestr. d. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. *Vant. ubi supra num.* 137. *Rot. d. decis.* 8. *de dol. & contum. in nov. Adden. ad Rot. d. decis.* 5. *n.* 14. *Bellam. decis.* 539. *Salust. Tib in prax. d. lib.* 2. *cap.* 16.

84 *n.* 5. ubi quod in urbe affigitur, & publicatur † in Audientia Contradictarum , & ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, vel audientiæ causarum Palatii Apostolici , in Partibus ad Valvas duarum Ecclesiarum propinquarum jurisdictioni , sub qua citandus degit; tempore verò sedis vacantis , & Feriarum generalium à Kal. Julii ad Kal. Octobris , ex quo officium Contradictarum conquiescit , affigitur , & publicatur in Curia ad Valvas Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, extra Curiam verò in duobus locis vicinis, ut supra, idem *Salust. Tib. d. cap.* 16. *n.* 8. & debet ulterius publi-

85 cari, † quando adest multitudo personarum, *Vestr. d. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. *in fin. Adden. ad Rot. decis.* 5. *n.* 24. *Ferentill. ad Buratt. d. decis.* 943. *n* 8. Et

86 licet legere, † & publicare idem significare videantur, *Rot. d. decis.* 8. *de dol. & contum. in nov.* ibi lectio, seu publicatio, *Adden. ad Rot. d. decis.* 5. *num.* 16. *de rescript. in nov.* Cautius tamen

87 agetur † si cursor facta executione testatur legisse, affixisse, & publicasse, ac alia fecisse, prout habuit in mandatis, seu juxta formam dictarum literarum, ut per *Adden. ad decis.* 5. *num.* 14. *& num.* 16. *Vant. de null. def. cit. n.* 135. *& n.* 137. *& seqq.* In citatione tamen, quæ non fit per edictum, non sufficeret, quod Cursor , seu Nuntius referret se fecisse, prout in literis, *Vant. ubi sup. n.* 139.

88 Et d. originale affixum debet per aliquot horas , seu aliquod tempus executoris arbitrio relinqui, *Vestr. d. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. *Vant. ubi sup. num.* 134. *& seq. Felin. in cap. quoniam frequenter, in d. vers. quinto nota, Sal. Tib. d. c.* 16. *n.* 5. *Ferentill. ad Buratt. d. dec.* 943. *n.* 8. & postea amoto originali, copia ibidem affixa relinqui debet, *Add. n. ad Rot. d. dec.* 5. *n.* 14. *&* n. 25. *& decis.* 8. *in fin. & d. dec.* 931. *post med. p.* 3. *divers. lib.* 3. *Salust. Tib. d. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 5.

89 Non tamen est necessaria affixio in citatione, quæ non fit per edictum, quando ejus executio fit domi solitæ habitationis, & in Ecclesia beneficii, *Adden. ad Rot. decis.* 5. *de rescript. in nov. num.* 12. *Rot. in d. Tuden. Præst. monij coram Penia.*

90 Denique observandum est , quòd concessa facultate procedendi per contradictas , cum clausula *constito &c.* non potest procedi per edictum, quia ad hoc, ut procedatur per edictum , est necessaria in commissione facultas specifica, & expressa ac specialis ex certa scientia Papæ *Rot. in d. Ianuen. Separationis Thori* 16. *Februarij* 1632. *quæ est decis.* 104. *n.* 3. *&* 5. *par.* 6. *recent.*

91 Nec est omittenda cautela , quam tradunt practici , publicandi hujusmodi citationes per edictum in curia antequam transmittantur ad Partes , nam cum terminus ad comparendum non currat nisi à die ultimæ publicationis, non conteritur tantum temporis spatium prout eveniret, si prius publicarentur in Partibus, & deindè in Curia, *Adden. & Rot. d. decis.* 4. *n.* 19. *de rescript. in nov.*

I Formulam citationis per edictum tradit

92 *Vant. de null. def. cit. n.* 131. formulam verò Monitorii per edictum ponit *Salust. Tib. in d. ejus praxi judiciaria lib.* 4.

SVMMARIVM CAP. IV.

1 *Apprehensus in curia potest citari , licet domicilium aut Procuratorem ibi non habeat, vel non sit obligatus in forma Cameræ.*

2 *Citatio prima contra apprehensum in curia personaliter exequenda, ejusque formula, & processus.*

3 *Cessante obligatione camerali , non habens domicilium , vel Procuratorem in Curia , qui potest in*

ea

ex conveniri, citatur personaliter in partibus ut in formula.

4 *Apprehenso in curia, vel citato in partibus non eligente domicilium, aut non constituente Procuratorem reperibilem, & acceptantem, proceditur contra eum per affixionem ad Valvas.*

5 *Procurator debet acceptare, & exhibere mandatum in actis, & protestari, ut in formula, qua datur.*

6 *Domicilij electio non est necessaria, si Procurator in Curia, notus Cursoribus, docuit in actis de mandato.*

7 *Domicilium potest eligi ad libitum.*

8 *Formula protestationis, ac electionis domicilij traditur.*

9 *Procuratore protestante nihil fieri &c. si domus in qua est citandus, non est nota cursoribus, proceditur per diligentias.*

10 *Citatio per diligentias fit, quando domus citandi in urbe non reperitur.*

11 *Citatio per diligentias quomodo exequenda, & ejus processus, & n. seq.*

12 *Factis diligentiis, & domo citandi non reperta, proceditur per affixionem.*

13 *Apprehensus in curia, si est obligatus in forma camerae, non habet jus revocandi domum.*

14 *Apprehensus in curia, qui sortitur forum in ea, non habet jus revocandi domum.*

15 *Roma est Patria communis.*

16 *Jus revocandi domum competit apprehenso in curia ex justa causa.*

17 *Justa causa revocandi domum est, si quis venit ad urbem ex causa necessaria, secus si voluntaria.*

18 *Obligatus ex contractu in curia non habet jus revocandi domum, nisi uno casu.*

19 *Obligatus extra Patriam non habet jus revocandi domum, nisi sit legatus.*

20 *Apprehensus in curia, si negotium potest de facili expediri, non habet jus revocandi domum.*

21 *Apprehensus quis non dicitur per impetrationem commissionis, sed benè per citationem personalem.*

22 *Citationes per affixionem debent legi, & dimitti per aliquod temporis spatium.*

23 *Apprehensus, nisi prima citatio sit personalis, non potest citari per affixionem.*

24 *Terminus incompetens seu nimis brevis, non arctat citatum ad comparendum.*

25 *Citato per edictum dantur pro singulis decem dietis, viginti dies, & dietæ computantur ad rationem Viginti milliarium pro quolibet.*

26 *Factis diligentiis citatur per affixionem, & citatio afficit, ac si esset personalis de stylo, & n. 28.*

27 *Citationes in causa commissaria debent esse personales.*

28 *Si persona citandi non reperitur, proceditur per diligentias, & deinde per affixionem, & domi dimissa copia.*

29 *Citationes magis essentiales exequuntur personaliter, etiam si commissio sit tantum excitatoria.*

30 *Citari quem personaliter non posse, si constat in actis, videtur sufficere sola citatio domi dimissa copia.*

31 *Diligentiæ fiunt per duos cursores, quod est cautius, licèt Rota tenuerit posse fieri per unum.*

32 *Comparitio citati, vel Procuratoris convalidat acta, & citationem.*

33 *Finis citationis est comparitio citati.*

34 *Comparitio convalidat citationem, etiam si facta sit ad excipiendum de ejus nullitate.*

35 *Specialis comparitio Procuratoris etiam generaliter ad lites constituti, convalidat citationem contra principalem nulliter executam.*

36 *Comparitio sola Procuratoris constituti ad causam, in qua quis fuit citatus, inducit scientiam citationis.*

37 *Comparitio, etiam post terminum, convalidat citationem, nisi præjudicium esset effectum irreparabile per sententiam.*

De Apprehenso in curia affixionibus, & diligentiis: pars Prima. Cap. IV.

1 SI aliquis vult agere in curia contra eum, qui in forma cameræ obligatus non est, nec in urbe domicilium, aut Procuratorem habet, non poterit illum convenire, nisi ipse ad urbem accedat, quo casu poterit illum
A apprehendere. A & citare hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

2 Citetur NN. exadverso principalis ad eligendum domicilium in urbe, in quo citari velit, & constituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem, alias videndum mandari pro-
B cedi per affixionem B ad valvas ad p. d. instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

C Hac citatione personaliter C executa, nam alias per affixionem procedi non posset, ac prima die juridica in actis reproducta, obtinetur hoc decretum, videlicet:

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra nisi per totam.

3 Cæterum in casibus, in quibus quis nec est in forma cameræ obligatus, nec domicilium, nec Procuratorem habet in urbe, sed potest nihilominus aliqua alia ratione in curia conveniri, licèt in ea personaliter apprehensus non fuerit, prout si quis in partibus se obligaverit in forma Guarantigiæ, vel consenserit in mandatum unica &c. vel causa sit de jure communi executiva, & actor gaudeat privilegio *l. gũ uniçæ*, aut alio simili, poterit his casibus in partibus citari hoc modo, videlicet.

Coram Illustriss. ac Reverendiss. D. A. C. sive ejus in civilibus Locumtenente.

Citetur NN. exadverso principalis ad comparendum in urbe & eligendum domicilium, in quo citari velit, necnon constituentem Procuratorem reperibilem, & acceptantem, alias videndum mandari fieri processum per affixionem ad valvas ad decem dies, si illa juridica fuerit, sin minus ad p. d. juridicam immediatè sequentem. Instante NN. principali, sivè &c.

Dominus NN. Notarius.

4 Qua citatione personaliter in partibus executa, & cum fide executionis à tergo in forma probanti in actis reproducta, si in termino assigna-

D assignato, & competente, Dnemo pro causæ defensione in actis comparuerit, poterit procedi per affixionem, prout in casu antecedenti, quando quis in Curia apprehenditur, & non elegit Domicilium, aut Procuratorem reperibilem, & acceptantem, ut supra, non constituit.

5 Ubicumquè autem in curia apprehensus, vel in partibus, ut supra citatus, constitueret Procuratorem, debet ipse Procurator acceptare, & producere in actis mandatum procuræ, & protestari in Broliardo hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. Procurator, prout de ejus mandato procuræ docuit per instrumentum publicum tenoris &c. protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso in quolibet actu legitimè citato domi NN. in via N. quam in domicilium elegit, aliàs de nullitate &c.

6 Sed si domus Procuratoris est nota Cursoribus, non est necesse eligere domicilium, cum sufficiat, quod procurator producat mandatum procuræ, vel fiet in actis rogatum, illud alle-
7 get, protestando in Broliardo † ut supra, nihil fieri nisi ipso citato, Domicilium autem ad libitum elegi poterit, ubicumquè aliquis magis in una domo, quam in alia citari voluerit.

8 Si verò citatus, seu apprehensus, ut supra, voluerit tantum eligere domicilium, protestetur in Broliardo hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio idem citra &c. & elegit domicilium domi N. in Regione N. in via N. & protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso in dicto domicilio in quolibet actu legitimè citato, alias de nullitate.

9 Quòd si Procurator non electo domicilio, fuerit, ut supra, protestatus, nihil fieri, nisi ipso citato (*quæ protestatio solet fieri, etiam quando quis citatur, ut supra, cum citatione impressa*) & ejus domus cursoribus nota non est, citatur per diligentias.

10 Hæc citatio per diligentias solet fieri in omnibus casibus, in quibus domus citandi in urbe non reperitur, sivè citandus sit principalis, sivè Procurator, sivè alius quispiam pro suo prætenso interesse, sivè fuerit contra eum, ut supra, executa prima citatio personalis, sive obligatio cameralis sit contracta in curia, quo casu prima citatio personalis non requiritur.

E Diligentiæ E autem fiunt hoc modo, videli-
11 cet, fit citatio, quæ exequi debet vel ad dicendum contra, vel alia exequenda secundum facti, & casus contingentiam, & datur cursori, qui facta diligentia in die juridica de reperiendo domum citandi, si illam non potuit reperire, subscribit citationem hoc modo videlicet.

Die N. feci diligentiam per urbem de reperiendo domum NN. & reperire non potui.

NN. Cursor.

Reproducta hac citatione obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, fieri diligentias per duos cursores omni &c.

Et tunc fit alia similis citatio, & datur Cursoribus, qui faciunt diligentiam de reperiendo dictam domum in duobus diebus juridicis, & postea illam subscribunt, videlicet.

Fecimus diligentiam die N. & die N. de reperiendo per urbem domum NN. & reperire non potuimus NN. Cursor NN. Cursor.

12 Hac citatione in actis reproducta, cum attestatione diligentiarum, ut supra, in pede illius obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, fieri processum per affixionem ad Valvas omni &c.

Et tunc inchoatur processus à prima citatione per affixionem ad Valvas, & prosequitur citando ad valvas ad singulos actus usque ad finem litis, vel donec aliquis legitimè in actis compareat ad causæ defensionem suscipien-
F dam. F

Observationes.

A 13 NUllum dubium est, quod apprehensus, in curia si fuerit coram A. C. citatus occasione contractus Cameralis obligatione vallati, non habet jus revocandi domum, cum A. C. sit judex competens, ubicumque agitur de obligatione in forma Cameræ, & quidem privativè quoad alios in curia; extra curiam verò cumulativè, vigore illius ordinariarum facultatum, cum declarationibus supra *in primo capite* cumulatis, undè nihil interest in hoc casu, an quis apprehendatur in curia necne, cum possit etiam coram A. C. citari, licèt sit extra curiam.

14 Sed si agitur vigore alterius contractus, seu ratione delicti, aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forum regulariter quis sortitur, & fuerit in curia apprehensus, ac personaliter citatus, tunc regulariter jus revocandi domum etiam non habet,
15 *cap. licet il. 2. de for. compet.* cum sit † Roma patria communis, *l. Roma. ff. ad municip. Rot. dec. 17. de rescript. in antiq. Vant. de null. defect. jur. ord. n. 85.* de communi testatur *Gravat. ad Vestr. in Prax. lib. 4. c. 1. n. 11. in fin.*

16 Cæterum hoc non procedit, si adest justa causa, ex qua jus revocandi domum competere solet, *Vestr. d. lib. 4. c. 1. n. 2.*

17 Justa autem causa est causa necessaria non voluntaria, ut puta, si quis causa necessaria legationis, aut Reipublicæ, vel peregrinationis, vel testimonii, vel judicandi, aut reddendæ tutelæ causa ad urbem accessisset. *Vestr. d. lib. 4. c. 1. n. 2. Rot. decis. 2. de for. compet. in antiq.*

18 Quod sublimitatur Primò, dummodo contractus, cujus causa quis convenitur, non sit rogatus in curia, nam tunc quis non habet jus revocandi domum, etiam si accesserit ad urbem ex causa necessaria. *Vestr. d. lib. 4. c. 1. n. 2* ubi quod hæc sublimatio declaratur non procedere in legatis, quando contractus est celebratus ante legationem.

19 Secundò sublimitatur, quoties contractus fuisset extra Patriam, vel Provinciam suam celebratus, quia tunc ei non fit injuria, dum extra

extra patriam, vel provinciam pro contractu alibi celebrato convenitur, quæ tamen sublimitatio pariter fallit in legatis, ut per *Adden. ad Vestr. d. lib. 4. c. 1. n. 15.*

20 Tertiò, in responsione ad interrogationes adversarii, & negotio, de quo quis potest de facili se expedire, nam tunc præsens in curia respondere tenetur *Rot. decis. 1. & 2. & decis. 6. de For. compet. in antiq. & decis. 17. de dol. & contumac. in antiq.*

21 Non omitto, quod si quis tempore impetratæ commissionis fuerit præsens in curia, sed antequam citetur discesserit, causa non debet remanere in curia, quia non impetratio commissionis, sed apprehensio per citationem personalem ad hoc inspicitur, *c. licet. de For. compet. Rot. dec. 382. in antiq.* nota quod ubi causa. *Vant. de null. defect. jur. ord. n. 85.*

B 22 Citationes executæ per affixionem debent legi, & dimitti per aliquod temporis spatium, *Cassad. decis. 4. de Dol. & contum. Rot. dec. 325. n. 6. p. 3. diverf. & dec. 624. n. 10. p. 1. recent.*

C 23 Ad hoc ut possit procedi per affixionem contra apprehensum, prima citatio debet esse personalis, *Anchar. in clem. 1. col. 2. vers. nono nota. de For. compet. Castrens. in l. ad peremptorium: n. 6. de jud. Mobed. decis. 8. de fid. instrum. Card. Mantic. decis. 232. n. 5. & seq. Card. Seraphim. dec. 1276. n. 4. Rot. dec. 624. n. 8. p. 1. recent.*

D 24 Terminus ad comparendum debet † esse competens secundum distantiam loci, alias si esset nimis brevis, non posset procedi per affixionem, quia illa non arctaret citatum ad comparendum. *Cassad. decis. 6. n. 3. de Dol. & Contum. Verall. decis. 263. n. 7. par. 2. Vestr. in Prax. lib. 4. c. 4. n. 5. & ibi Adden. n. 10. Rot. in Cortonen. Plebania 1. Iul. 1633. coram R. P. D. Ghisilerio.*

25 Et in citationibus † per edictum est duplicandus, nam pro distantia singularum decem dietarum, dantur viginti dies, *Adden. ad Rot. decis. 5. de rescript. in nov. sub n. 20. Ferentil. ad Burat. d. decis 943. n. 9.* ad rationem viginti milliarium pro qualibet dieta, *Vestr in Prax. lib. 4 c. 2. n. 5. per tex. in l. 1. ff. si quis caut. & §. excusare inst. & ff. Tut.*

Diligentias de reperiendo domum † citandi 26 fit primò per unum, deinde per duos cursores, & eâ non repertâ proceditur per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, prævio semper judicis decreto, & hujusmodi citatio de stylo curiæ valet, ac si esset executa personaliter, *Sal. Tib. in Prax. lib. 2. cap. 16. num. 14.*

27 Sed si causa sit commissaria, † quo casu citationes debent exequi personaliter, *Rot. decis. 495. n. 5. p. 3 recent.* aut alias citatio in per- 28 sonam citati † sit exequenda, & persona citandi non reperitur, factis diligentiis primo per unum, & deinde per duos cursores de reperiendo personam citandi per urbem, ac loca publica, & ad domum illius solitæ habitationis, decernitur processus per affixionem ad valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ, necnon ad valvas domus solitæ habitationis citandi, vel domi dimissa copia, citatio perinde arctat, ac si quis fuisset personaliter citatus, & sic observat stylus curiæ, *Rot. in Rom. Computorum. 21. Maij 1593. coram bo. mem. Arrigonio.*

29 Et idem erit observandum pro tutiori cautela, si commissio sit tantum excitatoria jurisdictionis, saltem quoad citationes magis substantiales, per ea, quæ scribit *Sal. Tib. in Prax. lib.* 30 *1. c. 51. num. 2.* licet † quando quis non potest personaliter citari, & de hoc apparet in actis videatur sufficere sola citatio domi dimissa copia, *Gravat. ad Vestr. in Prax. lib. 5. c. 13. n. 11. Coccin. decis. 216. n. 23. vers. & ideo.*

31 Nec omitto, quod Rota aliquando tenuit, diligentias factas solummodo per unum cursorem sustineri, ex quo hoc est de stylo in curia, ut fiat per duos ut supra, sed non reperitur jure cautum, *ut in decis. 325. n. 4. par. 3. divers. lib. 3.* cautius tamen erit ad tollendam omnem difficultatem, & disputationem, diligentias per duos cursores ut supra, prout quotidiè observat Praxis, faciendas curare.

F 32 Comparitio citati, vel ejus Procuratoris convalidat acta, & citationem nulliter executam, *Vestr. in Prax. lib. 4. c. 3. n. 8. Gravat. ad Vestr. lib. 7. c ult. n. 32. & seq. Sal. Tib. in Prax. lib. 2. c. 16. n. 10. Beltramin. ad Greg. dec 27. n. 9. & ad decis. 127. n. 9. Greg. decis. 94. n. 6. Ferentil. ad Burat.*

33 *decis 127. n. 8. & seq.* quia † ex ea præsumitur notitia citationis, cujus finis est comparitio, *Vestr. in Prax. lib. 3. c. 9. n. 4. in fin. & n. 5. & ibi Gravat. n. 11. idem Vestr. lib. 4. c. 3. n. 8.* ubi loquitur etiam de citatione per edictum, idem *Gravat. ad Vestr. d. lib. 7. c. ult. n. 33. Ferentill. ad Burat. d. decis. 727. n. 48. & seq.*

34 Quod procedit etiam si in citatione non sit insertus tenor commissionis, ac etiam si quis compareat ad effectum excipiendi de nullitate citationis. *Beltram. ad Greg. d. decis. 27 n. 9. & d.*

35 *decis 127. n. 9* & sive Procurator † sit specialiter ad illam litem, sive generaliter ad lites post citationem executam constitutus, dummodo tamen quando est generaliter constitutus, deducat generalitatem ad speciem per comparitionem respectu causæ, in qua fuit ejus principalis citatus, *Rot. decis. 736. n. 2 part. 2. recent. Caval. decis. 500 n. 2. Beltram. ad Greg. d. decis. 27. n. 13. & n. 14.* ubi quod hoc procedit, sive Procurator generaliter ad lites constitutus sit ante, sive post

36 executam citationem, nam alias sola specialis constitutio Procuratoris ad illam causam est per se sufficiens ad arguendam executæ citationis notitiam, *ut per eundem Caval. d. decis. 500. n. 2. & Greg. d. decis. 27. n. 4.*

37 Etiam si comparitio fieret post terminum in citatione contentum, ex quo remanent salvæ exceptiones, quod tamen non haberet locum in citatione ad sententiam, tam tunc non admitteretur, nec relevaret comparitio post terminum, quia præjudicium esset effectum irreparabile *Rot. dec. 409. n. 1. par. 1. recent. Ferentill. ad Burat. d. dec. 727. n. 13. & seq.*

SUMMARIUM CAP. V.

1 *Legitimatio Personarum, præsertim Patre opponente, est omnino facienda, quando illa est necessaria.*

2 Obligato mortuo legitimandæ sunt personæ hæredum, docendo eos esse hæredes, aliàs non posset procedi contra eos.

3 Nolens, aut non potens probare, quem esse hæredem potest agere contra bona hæreditaria pravis quatuor terminis ad declarandum.

4 Citationes quatuor ad declarandum an sit, vel velit esse hæres, & illarum formula, & processus, & n. 5.

5 Citatio non declarante an sit, vel velit esse hæres, datur curator hæreditati jacenti.

6 Pupilli majores septennij, carentes tutore, possunt citari ad comparendum legitimè.

7 Citationes quatuor ad comparendum legitimè, earumque formula, ac processus, & n. 8.

8 Pupillo, aut alio pro eo legitimè non comparente datur ei actor ad lites ex officio.

9 Infantibus tutore carentibus, citantur eorum proximiores ad defendendum illos, & servatis quatuor terminis, & nemine comparente, deputatur eis actor ad lites.

10 Actor ad lites deputatus citatur ad declarandum an minores, vel pupilli sint hæredes, aliàs eo non declarante, servatis quatuor terminis, datur curator hæreditati jacenti.

11 Hæredes si ignorantur ejus, qui decessit, citantur per diligentias, & deinde per affixionem, omnes prætendentes in hæreditate, & n. 12.

12 Citationes quatuor contra prætendentes in hæreditate alicujus ad comparendum, acceptandum vel repudiandum, earumque formulæ, & processus.

13 Citatis prætendentibus in hæreditate decedentis in curia, & non comparentibus ad acceptandum, vel repudiandum, datur curator hæreditati jacenti.

14 Certus hæres relictus à decedente in curia, si per cursorem non reperitur, citatur per diligentias, & affixionem, & nemine comparente deputatur curator hæreditati, & bonis defuncti.

15 Hæres ejus, qui decessit extra curiam, absens ab urbe citatur per diligentias, & affixionem ad comparendum, acceptandum vel repudiandum, & n. 16. & seq. & n. 121.

16 Citatio extra curiam contra hæredes absentes ejus, qui extra curiam decessit, ejusque formula, & processus.

17 Citationes quatuor in curia ad cautelam contra hæredes absentes ejus, qui decessit extra curiam, citatos etiam per diligentias, & affixionem in partibus, illarumque formula, & processus.

18 Certus hæres ejus, qui decessit extra curiam, si per cursores, & nuntios non reperitur, citatur per diligentias, & affixionem, & nemine comparente deputatur curator hæreditati, & bonis defuncti.

19 Constito summariè, & extrajudicialiter de non tuto accessu aut justa simili causa, proceditur per edictum, & quomodo.

20 Hæres comparens ad acceptandum est citandus in unoquoque actu.

21 Actor debet legitimare personas mutatas, reus verò, mutatis personis, protestatur, nihil fieri nisi legitimatis personis.

22 Reo protestante, nihil fieri nisi legitimatis personis utriusque partis, procedi non potest ad ulteriora, nisi persona hinc inde mutata legitimentur.

23 Actor, legitimam personam standi in judicio non habens, non potest audiri, si reus de hoc protestatur.

24 Legitimatio necessaria est facienda etiam in summariis, & executivis, & plenè probanda.

25 Actor debet probare reum esse hæredem, si ille hoc neget, etiam si reus esset filius, & n. 26.

26 Filius non præsumitur hæres, si ille hoc neget, quia potuit abstinere.

27 Filius ergo hæres intelligitur legis destinatione & quoad nomen, non quoad commodum, & incommodum.

28 Filius ergo hæres intelligitur in favorabilibus, non quando ipse convenitur.

29 Filius ergo hæres intelligitur si ipse vult.

30 Filius agens uti hæres Patris non tenetur probare se hæredem.

31 Consequentia, filius ergo hæres, non valet, si sit infans, qui non habet velle, nec nolle.

32 Exceptio legitimationis necessariæ oppositæ impedit processum, & inducit nullitatem si personæ non legitimantur.

33 Legitimatio personarum non est necessaria in summariis, & executivis, si pars non opponat.

34 Legitimatio in causis ordinariis est necessaria etiam Parte non opponente.

35 Contrarium verius videtur.

36 Opinio Sal. Tiber. quando procedat.

37 Legitimatio non est necessaria, quando persona fuit pro legitima approbata, & n. 38.

38 Contestans litem cum aliquo, uti procuratore, non potest deinde opponere, quod non sit procurator, vel non posit agere.

39 Hæreditas est successio in universum jus defuncti.

40 Hæreditas non adita dicitur jacens.

41 Sui ex beneficio abstinendi rediguntur ad instar Emancipatorum.

42 Hæreditas hodie dicitur jacere, donec de additione doceatur, etiam relictis suis, & quare.

43 Creditores patris agentes contra filium, non probata immixtione, succumberent, etiam si filius non negaret, nec fateretur se hæredem.

44 Hæreditas dicitur jacere, donec sit spes hæredis, qui velit adire.

45 Hæreditas, si non sit spes hæredis, qui adeat, assumit nomen bonorum vacantium.

46 Hæreditas jacens est persona ficta, ideo agere volens contra eam, debet instare, ut illi curator à judice deputetur.

47 Curator hæreditati jacenti sat est, quod detur ad instantiam majoris partis eorum, qui agunt in processu.

48 Hæres cum beneficio inventarij pro consequendo credito suo potest petere, ut detur curator hæreditati jacenti, ne agat contra seipsum.

49 In deputatione curatoris hæreditati jacenti suæ citandi nominatim illi, quos tangit prima causa successionis, incerti verò per proclama, vel edictum.

50 Filij sunt nominatim citandi ad videndum deputari curatorem hæreditati jacenti, licèt suis aliàs inducat continuationem domus.

51 Citatio ad deliberandum, an quis sit, vel velit esse hæres,

hæres, cum termino arbitrio judicis, est necessaria in deputatione curatoris hæreditati jacenti.

52 Deputatio curatoris in tribunali A. C. fit servatis quatuor terminis ad declarandum, an quis velit esse hæres.

53 Tempus triginta annorum ad adeundum potest à judice minui ejus arbitrio.

54 Moderatio termini triginta annorum ad adeundum fit à judice ad effectum deputationis curatoris, non ut jus adeundi penitus auferatur.

55 Adita hæreditate non valet deputatio curatoris hæreditati jacenti, nisi citetur hæres ad declarandum.

56 Curator habens administrationem bonorum conficere debet inventarium, secus si detur ad certam litem, & actum, cum nil recipiat, & n. 68.

57 Curator sive generalis, sive specialis ad certam litem, vel actum debet satisdare, etiam de stylo tribunalu A. C.

58 Curator ad lites de stylo rotæ non satisdat.

59 Curator quid debet promittere in actu deputationis, & quid ejus fidejussor.

60 Tutor datur primo personæ, secundario rebus, curator è contra.

61 Certæ rei, vel causæ tutor non datur.

62 Tutor non datur habenti tutorem, nec existenti in potestate Patris, vel Avi.

63 Attilianus tutor datur pupillo, ut possit adire ut postea tutor testamentarius administret.

64 Tutela testamentaria recipit robur ab aditione hæreditatis.

65 Litigans cum tutore debet exhibere copiam tutelæ, & inventarij, aliàs parte opponente, si de his non docetur, acta sunt nulla.

66 Pupillo deputari debet, Parte instante, actor ad lites si tutorem non habet vel alias eò indiget.

67 Curator ad lites pupillo datus non potest facere ea, quæ pupillus non potest, nisi authore tutore.

68 Pupillo tutorem non habenti, ut hæreditatem possit adire, dandus est tutor.

69 Curator non datur minori invito, nisi sit curator ad lites.

70 Minori, citato ad comparendum legitimè contumaci, datur actor ad lites, etiam si ipse habeat tutorem, sed non possit exhibere solemnia.

71 Paria sunt non habere tutorem, & non posse producere instrumentum solemne tutelæ.

72 Minori legitimè non comparenti deputatur de stylo curiæ, & A.C Actor ad lites, servatis quatuor terminis ad comparendum.

73 Rota in deputatione curatoris non curat de servatione terminorum.

74 Curator, seu actor ad lites, quando deputatur debet esse præsens.

75 Curator ad lites debet promittere utilia facere, & alia, prout tenetur.

76 Curator ad lites debet jurare cum, cui datur, indefensum non relinquere.

77 Curator ad lites debet satisdare.

78 Minor septennio quicquid videt ignorat.

79 Curator ad lites non datur nisi petenti.

80 Infans non potest citari ad legitimè comparendum.

81 Curator ad lites dari non potest ei, qui non potest citari.

82 Proximiores, & amici citari debent ad defendendum infantem servatis quatuor terminis ut actor ad lites possit et deputari.

83 Termini tres ad comparendum sufficiunt, ut Actor ad lites deputetur, sed de stylo curiæ additur quartus.

84 Curator ad lites potest id, quod tutor, non tamen adire hæreditatem.

85 Curator datur ventri, & bonis, ventris nomine, etiam ad instantiam mulieris prægnantis.

86 Mulier non petit dari curatorem ventri, poterit citari ad defendendum, & servatis quatuor terminis deputari actor ad lites.

87 Curator ad lites datur etiam Furioso, & Mentecapto.

88 Furor, seu Dementia debet ab allegante plene probari.

89 Curator datur Furioso, & Mentecapto, etiam ad instantiam proximiorum, causa cognita.

90 Curator ad lites Furioso, & similibus potest dari probatis probandis, citatis proximis ad defendendum, servatis quatuor terminis.

91 Furiosus, & Mentecaptus æquiparantur Infanti.

92 Vbi militat eadem ratio idem jus statui debet.

93 Argumentum ab Æquiparatu in jure est validum.

94 Furiosum, & mentecaptum in deputatione curatoris citare non est opus.

95 Curator dandus etiam prodigo ad instantiam agere volentium.

96 Prodigus in multis æquiparatur furioso, vel potius pupillo.

97 Prodigo deputatur curator causa cognita.

98 Prodigus in deputatione curatoris est citandus.

99 Mutus, & surdus, qui omnino non audit, indiget curatore, ad instar pupilli, & furiosi.

100 Cæcus potest esse in judicio sine curatore.

101 Debitor, & creditor non possunt esse curatores.

102 Cæcus non potest esse curator.

103 Mulier non potest esse curatrix.

104 Mater, & Avia possunt esse Tutrices, & curatrices Filiorum, & Nepotum.

105 Minor non potest esse curator, & quare.

106 Socer non potest esse curator nurus suæ minoris, & quare.

107 Maritus non potest esse curator uxoris suæ nori, vel mentecaptæ.

108 Maritus potest esse curator uxoris suæ ad lites.

109 Maritus non potest esse curator uxoris suæ ad litem magni momenti.

110 Maritus cur non possit esse curator uxoris, & num. 111. & seqq.

111 Maritus potest esse procurator uxoris suæ.

112 Socer Nurus, & Maritus uxoris cur non possunt esse curatores.

113 Constitutio Procuratoris non est magni præjudicij, sicut est curatoris datio.

114 Procurator tantum in omittendo, sed curator ad lites, etiam in committendo, potest præjudicare.

115 Curator ad lites potest in illis, quicquid potest Tutor.

116 Maritus potest esse Procurator uxoris suæ minoris, quando sententia fertur ad favorem mulieris, alias secus.

117 Vxori minori constituenti Maritum Procuratorem cum authoritate curatoris est satis provisum.

118 *Curatores qui esse non possunt remissivè.*
119 *De citatione per affixionem, & forma citandi hæredes remissivè.*
120 *Curator hæreditati, & bonis defuncti deputatur, quando hæres est certus, & n. 24.*
121 *Hæres incertus decedentis extra curiam citatur per diligentias, & affixionem in partibus, licet contingat judicium fieri coram A. C. & n. 15. & seqq.*
122 *Excepto, non audiri, nisi legitimè compareat, & similes possunt opponi non obstante statuto prohibente exceptiones opponi contra instrumentum.*

De Personis Legitimandis, Pars Prima. Cap. V.

A 1 LEgitimatio A personarum, si est necessaria, debet omninò fieri, alias non potest in causa procedi, absque nullitate actorum, etiam si illi, qui fuerunt citati, fuissent citati legitimè, nisi postea, Parte opponente, de hoc doceretur in actis, quinimò etiam gesta ante oppositionem revocarentur instante Parte, nisi post oppositionem doceretur in actis, personas citatas fuisse legitimas, & legitimè citatas.

2 Si ergo contingat mutatio personarum per mortem obligati, erit necesse agere contra illius hæredes, & ob id eorum personæ in primis legitimandæ, & sic probandum in actis, illos esse hæredes, producendo testamentum, & additionem hæreditatis defuncti, citata parte ad dicendum contra, aut alias eo modo, quo probari potest, servatis de jure servandis, & deinde citandi sunt dicti hæredes ad singulos actus, usque ad finem litis.

3 Sed si quis non potest, aut non vult probare illos esse hæredes, ex quo satis sit illi, non declarantibus ipsis, se esse hæredes, obtinere mandatum contra bona hæreditaria, poterit illos citare hoc modo, videlicet.

A. C. N.

4 Citetur N. & N. ad declarandum an sint, vel velint esse hæredes NN. alias videndum depu-
B tari curatorem hæreditati jacenti B primo pro prima dilatione, ad primam d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, si Pars non declaret, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut supra servari ad secundam citationem, omni &c.

Deinde fit secunda citatio, videlicet.

A. C. N.

Citetur N. & N. ad declarandum an sint, vel velint esse hæredes NN. alias videndum deputari curatores hæreditati jacenti secundo pro secunda dilatione ad p. d. Instante NN. principali sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra servari ad tertiam citationem omni &c.

Et fit tertia citatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N. ad declarandum an sint, vel velint esse hæredes NN. alias videndum deputari curatorem hæreditati jacenti tertio pro tertia dilatione ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut supra servari ad quartam &c. omni &c.

Et denique fit quarta, & ultima citatio, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N. ad declarandum, an sint, vel velint esse hæredes NN. alias videndum deputari curatorem illius hæreditati jacenti quarto pro quarta & superabundanti dilatione ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

5 Executa, & reproducta hac ultima citatione, nisi Pars declaret se hæredem obtinetur decretum, & deputatio curatoris, videlicet.

NN. Petiit ut supra: Et ex tunc Dominus deputavit in curatorem d. hæreditatis jacentis NN. ibidem præsentem, dicens ei ter, utilia d. hæreditati facito, inutilia prætermittito, & indefensam non relinquito; Qui NN. curator deputatus promisit utilia facere, inutilia prætermittere, & indefensam d. hæreditatem non relinquere, & sic tactis &c. juravit &c. obligans &c. in forma Cameræ Apostolicæ omni &c. Pro quo NN. curatore deputato NN. ibidem præsens &c. sponte &c. ac omni &c fidejussit & obligationi d. NN. curatoris accessit, ac se uti principalem &c. obligavit &c. in forma R.
C. Apostolicæ, & sic tactis &c. juravit &c. om-
C ni &c. C.

6 Cæterum, si hæredes sunt minores 25. annis, vel pupilli, majores tamen septem annis, & non
D habent tutorem, vel curatorem, D aut creditor non potest hoc probare, poterit illos cogere ad comparendum legitimè, alias eis non comparentibus deputari facere actorem ad lites, citando illos ut infra, videlicet.

A. C. N.

7 Citentur N. & N. ad comparendum legitimè alias videndum sibi per Dominum deputari
E curatorem, seu actorem ad lites E ex officio primo pro prima dilatione ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta hac citatione, illis legitimè non comparentibus, obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra servari ad secundam citationem omni &c.

Deinde fit secunda citatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N. ad comparandum legitimè, alias videndum sibi per Dominum deputari curatorem, seu actorem ad lites ex officio se-

cundo

cundo pro secunda dilatione ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, servari ad tertiam omni &c.

Et fit tertia citatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N. ad comparendum legitimè, aliàs videndum sibi per Dominum deputari curatorem, seu actorem ad lites ex officio tertio pro tertia dilatione ad p.d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur Decretum, & videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra servari ad quartam citationem &c. omni &c.

Et fit quarta, & ultima citatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citentur N. & N. ad comparendum legitimè, aliàs videndum sibi per Dominum deputari curatorem, seu actorem ad lites ex officio quarto pro quarta, & superabundanti dilatione ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

8 Executa, & reproducta citatione, nemine ex adverso legitimè comparente, obtinetur decretum, & deputatio actoris ad lites, videlicet.

NN. petiit, ut supra, & tunc Dominus deputavit NN. in curatorem, seu actorem ad lites dictorum DD. NN. dicens ei ter, utilia dd. minoribus, seu pupillis facito, inutilia prætermittito, & indefensos non derelinquito, Qui NN. curatorF tor deputatus ibidem præsens F promisit, ut suG pra, utilia facere, inutilia prætermittere, G & dd. minores, seu pupillos indefensos non relinH quere: H pro quibus &c. se, ac bona &c. in forma cameræ Apostolicæ obligavit &c. & sic tactis &c. juravit, omni &c. Pro quo NN. Curatore NN. ibidem præsens &c. sponte &c. fidejussit, & I obligationi d. NN. principaliter, & uti principalis insolidum accessit, ac se, & bona &c. in ampliori forma R. C. Apostolicæ obligavit &c. & sic tactis &c. juravit &c, omni &c.

9 Quod si pupilli citandi sint minores septem annis, quia non habent velle, nec nolle, & illa ætas quicquid facit ignorat, cum ipsi citari non possint, citatur illorum tutor testamentarius. vel eorum Mater tamquam tutrix necessaria, vel eorum proximiores agnati & cognati, & ii in quorum potestate sunt, ad comparendum legitimè in judicio coram Domino judice, et defendendum pupillos, et petendum eis deputari curatorem, seu actorem ad lites, alias videndum per Dominum deputari ex officio, et observatis quatuor terminis, ut supra, servari solitis contra præfatos, nisi aliquis pro eis legitimè compareat, judex deputat illis curatorem, seu actorem L ad lites ex officio L. cum solita cautione de utilia faciendo, & fidejussione, de qua supra, in forma.

10 Quo curatore, seu actore ad lites deputato ut supra, & illo citato ad declarandum, an dicti pupilli, vel minores sint, vel velint esse hæredes NN. observatisque in hoc quatuor terminis, ut supra servari solitis, primò pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & superabundanti dilatione, Dominus judex nemine declarante, deputat, ut supra, curatorem hæreditati jacenti cum solita cautione, & fidejussione, de qua supra, qui curator hæreditati datus citatur deinde ad singulos actus usque ad finem litis.

11 At si quis † decessit in curia, & ejus hæredes ignorantur, tunc citantur hæredes hoc modo, videlicet.

A.C.N.

12 Citentur omnes, & singuli quomodolibet interesse habentes, vel prætendentes in hæreditate, & bonis q. NN. exadverso principalis: si qui sint, vel esse velint hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem dicti q. NN. alias videndum per Dominum deputari curatorem hæreditati jacenti primo pro prima dilatione ad p.d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Hæc citatio datur cursori, qui facit diligentiam de reperiendo hæredes domi, in qua dictus NN. decessit, & ultimo loco habitavit, & in locis vicinis, necnon per urbem, & in locis publicis, & si non inveniat, facit de hoc relationem, & judex mandat fieri hujusmodi diligentias per duos cursores, qui si factis diligentiis non inveniunt dd. hæredes ut supra, faciunt de hoc relationem, & judex mandat fieri processum per affixionè ad valvas curiæ, & domicilii, si illud habebat defunctus; sin minus ad valvas curiæ & in Acie Campi Floræ, & deinde cursor exequitur de novo dictam primam citationem M per affixionem ut supra. M

Qua executa, & in actis reproducta obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit & obtinuit ut supra servari ad secundam citationem &c. omni &c.

Et fit secunda citatio, videlicet.

A. C. N.

Citentur per affixionem ad valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ. Omnes, & singuli quomodolibet interesse habentes, aut prætendentes in hæreditate, & bonis q. NN. ex adverso principalis, si qui sint, vel esse velint hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem d.q. NN. alias videndum per Dominum deputari curatorem illius hæreditati jacenti secundo pro secunda dilatione ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra servari ad tertiam &c. omni &c.

Et successive fit tertia citatio, videlicet.

A. C. N.

Citentur per affixionem ad valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ omnes & singuli quomodolibet interesse habentes, aut prætendentes in hæreditate, & bonis q. NN. exadverso principalis, si qui sint, vel esse velint hæredes, ad com-

comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem dicti q. NN. aliàs videndum deputari curatorem hæreditati illius jacenti, tertio pro tertia dilatione ad p.d. instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, servari ad quartam &c. omni &c.

Et sic quarta citatio, videlicet.

A. C. N.

Citentur per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ omnes, & singuli quomodolibet interesse habentes, aut prætendentes in hæreditate, & bonis q. NN. exadverso principalis, si qui sint, vel esse velint hæredes, ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem d.q. NN. aliàs videndum per Dominum deputari curatorem illius hæreditati jacenti, quarto pro quarta, & superabundanti dilatione ad p. d. Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

13 Executa, & producta citatione, obtinetur Decretum, & deputatio curatoris hæreditati jacenti cum solita promissione, & fidejussone de utilia faciendo, ut supra, in forma, & citatur postea curator ad singulos actus, usque ad finem litis.

14 Si verò defunctus decessit quidem in curia, sed condito testamento, & relicto certo hærede, qui in curia non reperitur, fiunt per cursores diligentiæ, ut supra, de illo reperiendo, & deinde illo citato per affixionem, & observatis quatuor terminis, ut supra, si nemo legitimè compareat, obtinetur deputari curatorem hæreditati, & bonis defuncti, N non autem hæreditati jacenti, cum solita promissione, & fidejussione ut supra, qui curator pariter citatur postea usque ad finem litis. N

15 Sed si quis decessit extra curiam, & reliquit certum hæredem absentem ab urbe, vel ejus hæredes ignorentur, & judicium fuit inchoatum in curia cum defuncto, & non adest Procurator, aut alius qui citetur in curia, vel simus in alio casu occurrente, in quo judicium veniat nihilominus in curia faciendum, O tunc si hæres est incertus, & ignoratur, fiet infrascripta citatio extra curiam transmittenda, videlicet. O

16 *Marius Theodolus &c.* Universis, & singulis DD. Abbatibus &c. salutem &c. Noveritis pro Parte NN. principalis creditoris q. NN. in summa scutorum mille occasione, de qua in juribus in actis infrascripti Notarii exhibitis, fuisse coram nobis comparitum, & expositum qualiter q. NN. ejus creditum Præfatum omnino consequi intendit, & ob id agere contra bona hæreditaria d. q. NN. humiliter supplicando quatenus ei in præmissis de opportuno juris remedio providere dignaremur. Nos igitur *Marius Theodolus &c.* Vobis omnibus, & singulis mandamus &c. quatenus &c. omnibus, & singulis proximis conjunctis, si qui sint d.q NN. & aliis quibuscumque interesse prætendentibus in hæreditate, & bonis d.q. NN. si qui sint, vel esse velint hæredes ejusdem, in eorum personis, si eas commodè habere poteritis, sin minus domi eorum solitæ habitationis, præsentium copia dimissa: & si personæ, & domus non reperiantur per diligentias de illas reperiendo, ac per affixionem ad Valvas Ecclesiæ majoris, nec non etiam curiæ loci, ac domicilii, in quo d. q. NN. habitavit, supra dicta omnia, & singula intimetis, & intimare curetis, prout nos per præsentes intimamus: necnon citetis, & citare faciatis eosdem, prout nos præsentium tenore citamus, quatenus decima die post executionem præsentium, ut supra faciendam &c. si illa juridica fuerit, computanda &c. sin minus prima die juridica immediate sequente, compareant legitimè in judicio coram nobis, seu nostro in civilibus Locumtenente, per sese. vel eorum legitimos Procuratores, ad acceptandum, vel repudiandum hæreditatem d. q. NN. alias videndum deputari curatorem hæreditati jacenti, & ipsum citari mandari, & contra eum quoscumque processus fieri, necessarios, & opportunos, qui hic arctent, & afficiant, perinde ac si legitimè ac personaliter citatis citandis facti fuissent, & ad omnes alios actus desuper necessarios pariter, & opportunos, usque ad totalem, & finalem causæ hujusmodi terminationem (*hic poterunt exprimi actus magis substantiales, ad quos Pars adversa citatur, secundum casus contingentiam*) Certificantes eosdem sic citatos, quod sive in termino dictæ citationis comparuerint, sive non, nos nihilominus, vel Locumtenens noster ad præmissa, & alia graviora juris, & facti remedia, etiam per affixionem citationum ad valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ, procedemus, justitia mediante. In quorum &c, Datum Romæ, &c. Anno &c. Indictione &c. Die vero &c. Pontificatus &c. Anno &c.

Hæc citatio transmittitur ad Partes, in quibus defunctus extra curiam habitavit, & defunctus est, & si hæres, aut alii, de quibus in citatione reperiuntur, est exequenda contra eos personaliter, si commodè fieri potest, sin minus domi dimissa copia, alias si personæ, & domus non reperiuntur, per diligentias, primo per unum Nuntium, seu Mandatarium, in die juridica, qui debet referre, se fecisse diligentiam de reperiendo præfatos per locum seu civitatem, ad quam citatio transmissa fuit, & non invenisse, & deinde alia die juridica duo Nuntii seu Mandatarii debent facere denuo d. diligentiam, & referre Notario, ut supra, coram testibus, & successivè Nuntius debet exequi d. citationem per affixionem ad Valvas, prout in ea, & pariter referre Notario publico, qui debet omnes, & singulas relationes præfatas scribere à tergo dictæ citationis coram testibus in forma publica cum legalitate civitatis, seu loci præfati, aut ordinarii dicti loci, omni &c.

17 Qua citatione ad curiam remissa, & in actis causæ reproducta, elapso termino in ea assignato, & nemine comparente, fit ad majorem cautelam infrascripta citatio in curia, videlicet.

A. N. C.

A. C. N.

intimetur etiam per edictum, & alias omni &c. Omnibus & singulis proximis conjunctis, & hæredibus, si qui sint q. NN. & aliàs quibuscumque interesse prætendentibus, aut sua quomodolibet interesse putantibus in hæreditate, & bonis d. q. NN. si qui sint, qualiter instans est creditor d.q.NN. in scutis mille monetæ occasione, de qua in juribus, de quibus in actis, & intendit consequi dictum ejus creditum, & ob id agere contra bona hæreditaria d. q. NN. ideo id ad eorum notitiam deducit omni &c. Necnon citentur iidem ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem d.q. NN. vel eorum alter, simpliciter, vel cum beneficio legis, & inventarii, in totum, vel in partem, alias videndum deputari curatorem hæreditati jacenti d.q. N. & quatenus opus sit requiratur curator, seu actor ad lites causæ, & causarum hujusmodi non solum ut supra, sed omni alio &c. primo pro prima dilatione ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Hæc citatio erit exequenda in curia per diligentias, primo per unum, & deinde per duos cursores, ut supra. facienda in loco in quo d. q. NN. habitavit, & in locis vicinis, ac in locis publicis (si aliquando in curia habitavit) sin minus per urbem in locis publicis, ac solitis, & consuetis, & deinde debet exequi per affixionem ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ juxta supra tradita *in capite præcedenti, de diligentiis, & affixionibus.*

Qua executa, in actis reproducta obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra servari ad secundam citationem &c. omni &c.

Successivè fit alia similis citatio secundo pro secunda, & deinde tertio pro tertia, & denique alia quarto pro quarta, & superabundanti dilatione, quibus omnibus executis, & in actis reproductis, obtinetur deputari curatorem hæreditati jacenti cum solita promissione, & fidejussione juxta superius tradita.

18 Si verò quis decessit extra curiam ut supra, & hæres est certus, sed non reperitur, factis supradictis diligentiis in curia, & extra curiam, ac servatis dictis quatuor terminis per affixionem ad comparendum legitimè, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem. alias videndum deputari curatorem hæreditati, & bonis defuncti, obtinetur deputatio curatoris d. hæreditati, & bonis defuncti, & non hæreditati jacenti.

Sed si ad locum, in quo d. NN. Defunctus est, seu habitavit, aut in quo hæres, & proximi, ac interesse habentes, seu prætendentes, de quibus supra, degunt, non est tutus accessus, vel alia adsit justa causa, examinatis testibus summariè super non tuto accessu, & constito de illo, obtinebitur fieri dd. diligentias, et affixiones in duobus locis vicinioribus extra curiam, juxta tradita supra *in tertio capite, de citationibus per edict.m*, et deinde factis etiam dd. diligentiis in curia, procedetur per affixionem, et servatis dd. quatuor terminis servari solitis, obtinebitur, deputari curatorem hæreditati jacenti, seu hæreditati, & bonis defuncti secundum casus contingentiam, & d. curator, seu actor ad lites, citabitur postea ad singulos actus usque ad finem litis.

20 Cæterum si hæredes comparent ad acceptandum hæreditatem, citantur ipsi ad dicendum contra jura, & facta jurium productione juxta superius tradita *cap. 2.* citantur ad infrascriptos, & singulos actus, de quibus suo loco dicetur.

21 Quod si contingat mutatio personæ ex parte actoris, debet pariter actor legitimare personam suam, probando se hæredem, & talem qualem se facit, & si personæ sint hinc inde mutatæ, debet legitimare personas utriusque Partis, reus autem conventus, quando personæ sunt mutatæ protestatur in Broliardo hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. dixit nihil fieri nisi legitimatis personis, alias protestatus fuit de nullitate omni &c.

22 Et si personæ sint hinc inde mutatæ, poterit protestari nihil fieri, nisi legitimatis personis utriusque Partis, quo casu non poterit ad ulteriora procedi in causa, nisi in primis personæ legitimentur, alias omnia erunt nulla.

23 Si verò actor non possit per se stare in judicio, ut quia sit filius familias, minor, pupillus, vel aliàs inhabilis ad comparendum in judicio per seipsum, poterit reus protestari ut suprà non audiri, nisi legitimè compareat, cum consensu patris, vel authoritate tutoris, vel curatoris, vel alias legitimè prout de jure debet, quo casu ei denegabitur audientia, nisi legitimè p compareat. P.

Observationes.

A Legitimatio A personarum in casibus in quibus est necessaria † debet fieri, & plenè
24 probari in quocunque judicio etiam summario *l. si quæramus ff. de testam. l. non ignorat C. qui accus. non poss. las. in rub. C. qui admit. n. 4. vers. bene fateor*, quod notabile est in se verum, *Crav. cons. 104. n. 1. Asin. in Prax. §. 28. c. 1. n. 2. Pereg. de fideic. art. 43. n. 60.* etiam in judiciis executivis, *Sal. Tib. in prax. lib. 1. c. 44. n. 3. Rot. post. Zacch de oblig. Cam. dec. 76. n. 6. Beltram. ad Greg. dec. 264. n. 5, Burat. dec. 98. n. 1. & dec. 434. n. 6.*

Sed hoc procedit, parte opponente, nam si
25 hæres conventus neget se hæredem, utique est ab actore probandum, *Suar. in repet. ad lecturam l. post rem judicatam ex cens. 1. n. 3.* ubi dicit se ita servasse in praxi, *ff. de re jud. Alex. cons. 72. n. 1. & 2. lib. 5. Gallej de oblig. Camer. q. 4. n. 18. Sal. ff. Tib. d. lib. 1. c. 44. n. 4.*

26 Etiam si reus conventus sit filius, nam non sufficit probare aliquem esse filium, si ipse neget, se hæredem, quia non præsumitur, cum potuerit abstinere, *l. cum hæreditate §. ff. de acquir.*

acquir.hæred. l.nam nec emancipatus 91. ff. de leg. 1. l. si cum dotem 23. §. transgrediamur in fin. sol. matr. ubi Glos. ultima, & Bart. n. 3. Bald. num. 3. Castr. n. 3. Alex. n. 10. vers. in Glos. in ver. existeret Bart. in l. necessariis n. 1. ff. de acquir. hæred. Ias. in l. filio pater 89. n. 22. in 6. not. ff. de leg. 1. & quod non sufficiat probare aliquem esse filium; quia
27 illud *Apostoli ad Galat. 4.* si filius, ergo hæres † de quo meminit *Glos. in l. 1. C si Min. ab hæred. se abstin.* procedit legis destinatione, *Ias. in l. plene, §. si duobus n. 19. ff. de leg. 1.* & quantum ad nomen non quantum ad commodum, & incommodum, *Glos. in d. l. 1. C si Min. ad hæred. se abstin. in ver. ob rem, Sal. Tib. d. lib. 1. cap. 44. num. 5.* Et in
28 favorabilibus † *Magon. decis. Lucen. 38. n. 25.* non in odiosis, quando ipse non convenitur, *Bald. cons. 304. prima ratio in fin. lib. 3. Alex. cons. 104. n. 1. lib. 4. & cons. 34 n. 5. lib. 3. & cons. 173. n. 1. lib. 6. Rolan. cons. 20. n. 17.* ubi de communi *lib. 1. Magon. decis. Lucen. 62. n. 11. Bonserin. ad Magon. decis. Lucen. 38. lit. E.* ubi de communi, & magis communi testantes allegat *Salust. Tib. d. cap. 44. num. 5.*

29 Sed bene illud dictum, si filius, ergo hæres, procedit, si ipse vult esse hæres, quia tunc cessat beneficium abstinendi, *Alex. cons. 34. n. 4. & 5. lib. 3. ubi Apostill. in verbo favor*, & ob id si filius agit uti hæres Patris, præsumitur, & sufficit
30 ejus sola declaratio: † nec tenetur aliter probare se hæredem, *Bald. in d. l. necessariis num. 1. ff. de acquir. hæred. & ibi etiam Alex. num. 5. vers. sed Raphael, & vers. non obstat etiam, Ab. cons. 54 num. 4. vers. & ex his concludo lib. 1. Ias. in l. filio pater num. 6. ff. de leg. 1. Magon. d. decis. 38. num. 25. & ibi Bonserin. lit. E & decis. 62. n. 11. & ibi Bonserin. lit. D.* ubi quod ista consequentia valet indistincte omni jure inspecto, *Salust. Tib.*
31 *d cap. 44. n. 5.* quod tamen non procederet, † si filius esset infans, ex quo non habet velle, nec nolle, *l. Pupillus, ff. de acquir. hæred. l. si infanti, §. 1. C. de jur. delib. cum aliis alleg. per Soc cons. 116. n. 14. lib. 1.*

32 Cæterum exceptio legitimationis, ut supra opposita, impedit processum in casibus, in quibus legitimatio est necessaria, *Marant. de ord. Iud. par. 4. dist. 20. n. 16. & par. 7. memb. 9. n. 2. Buratt. decis. 337. n. 20.* & inducit nullitatem, nisi personæ legitimentur, *Asyn. in Prax. §. 31. in quinta ampliat. 16. ampliat. princip. sub n. 3. Greg. decis. 223. n. 3.*

33 Sed parte non opponente, sive causa sit summaria, sive executiva, non est necesse legitimare personas, DD. *in l. 2. C. de edict. D. Adrian. Toll.* & præcipuè *Ias. sub num. 4. num. 7. in fin. idem Ias. in Rub. C. qui admit. n 4. Gerard. sig. 23. in princ. Salust. Tib. d. l. 1. cap. 44. n. 4. Boer. decis. 171. n. 19.*

34 In causis verò ordinariis † *Salust. Tib. d. c. 44. num. 4.* tenet, personas hæredum esse legitimandas, etiam parte non opponente, sive hæ-
35 res sit actor, sive reus. Sed contrarium † videtur verius, quod parte non opponente processus valeat, *Bald. in l. non ignorat numero 2. C. qui accus. non poss. Lanfranc. decis. 513. quæ est ult. Rot. decis. 307. num. 7. par. 1. recent. Greg. decis. 88. num. 1. cum aliis allegatis per Beltramin. ad Greg. decis. 264. num. 6. Buratt. decis. 785. num. 2.*

36 Opinio verò *Salust. Tib.* videtur posse procedere quando non adest contradictor, secus si adest, & non opponit *arg. à speciali l. quos prohibet, ff. d. postulan. Ias. in Rub. C. qui admitt. n. 4. Boer. d. decis. 171. n. 19. Rot. d. decis. 307. n. 7. Beltram. ad Greg. d. decis. 264. n. 6.*

37 Qui verò aliquem uti hæredem, vel alias uti talem convenit, & cum eo tamquam persona legitima judicium prosequitur, censetur eum pro persona legitima approbasse, unde non est necesse, quod sic approbatus legitimet tunc personam suam, *Buratt. decis. 749. n. 22. & decis. 785.*
38 *num. 3.* sic etiam † qui cum aliquo Procuratore fuit litem contestatus, non poterit amplius opponere, quod non possit agere, vel esse Procurator, quia censetur illum pro tali approbasse, & Procurator per litis contestationem afficitur dominus litis, dummodo per se in judicio esse possit, *Vant. de nullit. defect. inhab. n. 135. vers. exceptio autem.*

B Hæreditas, quæ nihil aliud est, quàm succes-
39 sio in universum jus Defuncti, *l. hæreditas, ff. de regul. jur. l. nihil, ff. de verb. sign.* antequam hæres
40 illam adeat, dicitur jacens, † quia non hæredem, sed defunctum repræsentat, *l. hæreditas enim, & l. hæreditas in multis, ff. de acquir. rer. domin. l. mortuo, ff. fidejuss. Bart. in l. usufructus ff. de stip. serv. Rom. cons. 158. num. 1. vers. & hoc istis probo rationibus.*

41 Et hodie propter beneficium abstinendi ex edicto prætoris, dicitur hæreditas jacere, donec doceatur de aditione, quia sui ex dicto beneficio rediguntur ad instar Emancipatorum, *l. nam nec Emancipatus, ff. de leg. 1.* unde sicut si quis
42 decedit relictis Emancipatis, † hæreditas dicitur jacere, donec constet de aditione: ita eodem modo dicitur jacere, si quis decedat relictis suis, *arg. §. necessarij, Inst. de hæred. qual. & diff.* Nam ob dictum beneficium requiritur etiam in suis animi declaratio ex ipsa immixtione, *Dec. cons. 622. num. 11. de communi, Abb. in cap. 1. num. 3. de solut.* & de magis communi testantur *Ias. in l. ei, qui se immiscuit, n. 1. ff. de acquir. hæred.* & post alios *Guttier in rep. §. sui. num.*
43 *105. Inst. de hæred. qualit. & diff.* adeo † ut si creditores Patris agerent contra filium, & non probarent immixtionem, succumberent, etiam si non constaret de abstensione, quod in Praxi pro cautela *post Ang. quem allegat*, tradit *Ias. in d. l. ei qui se immiscuit num. 1.* & ita in Praxi servari testatur *Guttier, in d. §. sui. num. 105. & num. 106.* ubi quod hoc non solum procedit quando filius negat se hæredem, quo casu sumus in claris; sed etiam quando filius comparet in judicio, & non fatetur, nec negat se hæredem, in quibus terminis procedit d. magis communis opinio.

44 Et dicitur propriè hæreditas jacere, donec est spes hæredis, qui velit adire, *Bart. in l. si quis hæres instituatur*, la grande *ff. de hæred. inst. Rot.*
45 *decis. 728. n. 15. p. 1. divers.* quando † autem non est spes hæredis, qui velit adire, hæreditas assumit nomen bonorum vacantium, cum desinat esse tunc hæreditas, *Agen. cons. 334. n. 2. &*

se-

seq. Ubi quod tunc non præsentat personam defuncti, nec hæredis.

46 Et quoniam hæreditas jacens est quædam persona ficta defunctum repræsentans, quæ citari non potest ; ideo si quis velit contra illam agere, curare debet, ut illi curator à judice deputetur, qui citari valeat *juxt. text. in l. 1. ff. de cur. bon. dand. l. si diu. ff. quib. ex caus. major. Alex. cons.* 100. *num.* 10. *lib.* 5. alias contra eam agi non potest, & occupatio bonorum hæreditariorum est nulla, *Greg. decis.* 206. *n.* 7. *duran. dec.* 85. *n.* 9.

47 Nec est omittendum, quod etiam hæres cum beneficio legis, & inventarii pro consequendo ejus credito, nè agat contra seipsum, potest petere, ut detur curator hæreditati jacenti, si jacens est, & datio hujusmodi valet. *Bald. in l. fin. §. in computatione num.* 4. C. *de jur. delib. Cass. cons.* 22. *n.* 14. quem sequitur *Rolan. de Invent. in* 10. *utilit. n.* 17. *& seq. fol.* 132. *& seq. Card. Tusc. lit. H concl.* 23. *n.* 3.

48 Ad hoc autem ut datio curatoris hæreditati jacenti valeat, plura requiruntur.

Pro primò quòd detur ad instantiam majoris partis creditorum, *Capic. decis.* 87. *n.* 1. *&* 2. *Cavaler. decis.* 414. *n.* 4. sed de facili potest huic requisito satisfieri ; sufficit enim, ut detur ad instantiam majoris partis eorum, qui agunt in processu, *Capic. d. decis.* 87. *num.* 1. *vers. quo ad primum*, adeo quod si unus tantum agit, ad ejus instantiam detur curator, & ita quotidie practicatur in hoc Tribunali.

49 Secundò quòd nominatim citentur illi, quos tangit prima causa successionis, *Fulgos. cons.* 190. *col.* 3. *vers. item cum ipsa, Alex. cons.* 207. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 5. *Capic. d. dec.* 87. *n.* 1. *Cavaler. d. decis.* 414. *n.* 4. si verò hæredes sint incerti, sufficit citatio generalis per proclama, *Sal. Tib. d. c.* 27. *vers. quo ad secundum*, vel per edictum *Capic. d. decis.* 87. *num.* 2.

50 Quinimo etiam si adsit filius, debet & ipse citari nominatim *Bald. cons.* 340. *vers. nam cum, & vers. sed tamen, & vers. item non fuit, l.* 2. *Capic. d. decis.* 87. *n.* 1. *vers. secundum, & vers. tertium*, nam licet filiis existentibus non dicatur hæreditas jacere, quia Suitas inducit continuationem dominii absque alio medio, *l. in suis ff. de iur. delib. Duran decis.* 15. *n.* 6. nihilominus stante beneficio abstinendi, utique ipsis citatis poterit dari curator hæreditati jacenti, *Guttier in repet. d. §. sui n.* 107. *& n.* 109. *Inst. de Hæred. qual. & diff. Borgnin. de Tut. c.* 1. *n.* 110. quos refert & sequitur *Duran. d. decis.* 15. *n.* 7.

51 Tertiò requiritur, quod præmittatur citatio ad deliberandum, & declarandum an sint, vel velint esse hæredes, & assignetur extraneis tempus centum dierum : Suis verò saltem unius anni, *Bart. in l. si die. ff. ex quib. caus. major Capic. d. dec* 87. *n.* 1. *Sal. Tiber. d. l.* 3. *c.* 27.

Sed judex potest hujusmodi tempus moderare arbitrio suo, *Capit. d. decis.* 87. *n.* 3. *Sal. Tib. d. l.*

52 3. *c.* 27. *Vers. quo ad tertium*, & † in tribunali A. C. servatis quatuor terminis ad declarandum servari solitis, primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & superabundanti dilatione, qui successivè unus post alium, & singuli ad primam diem, ut supra servari solent, judex, citatis non declarantibus, deputat curatorem hæreditati jacenti juxta Praxim *Sal. Tib. lib.* 1. *c.* 54. *& lib.* 3. *c.* 25. & ita indies practicatur.

53 Nec obstat quod jus adeundi duret triginta annis, *l. licet, & ibi* DD. C. *de jur. delib.* Quia hujusmodi tempus potest per judicem abbreviari, & minui ejus arbitrio *l. si Curatoris.* C. *de jur. delib. Guttier. in d. rep. §. sui n.* 109. *vers. sed contra*, quem sequitur *Duran. d. decis.* 15. *n.* 7. cum aliis supra allegatis.

54 Hæc tamen moderatio tantum procedit ad effectum, ut detur curator hæreditati jacenti, cum quo creditores possint juridicè procedere, & de eorum credito ex bonis hæreditariis satisfieri ; non autem ut filiis aut aliis, ad quos spectat, ob dictam non comparitionem hæreditas auferatur, si postea, tempore durante, d. jure adeundi uti velint, *Guttier. in d. rep. §. sui num.* 9. *Capic. d. decis.* 87. *n.* 3.

55 Cæterum si hæreditas fuit adita, ex quo non est amplius jacens, deputatio hujusmodi curatoris non valet, *Cast. cons.* 390. *n.* 1. *vers. ex quibus lib.* 2. *Fulgos. cons.* 190. *col.* 3. *vers. sed ex alio capite*, quod tamen procedit, quando hæres non fuit citatus ad declarandum, alias secus *Fulgos. d. cons.* 190. *col.* 3. *vers. autem cum ipsa.*

56 Quarto requiritur quod curator conficiat inventarium *Capic. d. decis.* 87. *n.* 1. *Cavaler. d. dec.* 414. *n.* 4.

Sed aut iste curator habet administrationem bonorum hæreditariorum, & tunc sine dubio tenetur facere Inventarium, in quo conficiendo attenditur consuetudo loci, in quo fit *Sal. Tib. in Prax. lib.* 3. *c* 22. *n.* 4. *& d. c.* 27. *vers. quo ad quartum, Duran. decis.* 387. *n.* 1. Aut non habet administrationem, ut quia sit datus ad certam litem, vel certum actum, & tunc non tenetur conficere inventarium, cum nihil recipiat. *l. ad protegendum* C. *de in litem dando Tutore, Vant. de null. def. inhab. n.* 145. *Burat. decis.* 524. *num.* 10.

57 Quintò requiritur, quod curator satisfaciat præstando idoneum fidejussorem, *Capic. d. decis.* 87. *n.* 1. *Cavaler. d. decis.* 414. *n.* 4. *Sal. Tib. d. c.* 27. *vers. quo ad quintum*, & hoc ita observatur in hoc Tribunali A. C. sive curator sit generalis sive particularis ad certum actum sive ad certam litem, qui etiam de jure satisdare tenetur, *l. de creationibus* C. *de Episc. audien. l. & si ad species, & ibi Glos. ff. rem pupil. sal. for. Mandos. in form.* 4. *commiss. in verb. curatorem ad lites. vers. unum valde notabile*, *Oldrad. cons.* 59. *in fin. Ang. cons.* 193. *Alex. cons.* 163. *lib.* 5. *Capell. Tolos. decis.* 246. *Item si curator. Galganett. de Tut. lib.* 1. *cit.* 1. *num.* 11.

58 Hoc tamen non procedit de stylo Rotæ, nam in illo Tribunali Curator ad lites de stylo non satisdat *Mandos. in d. form.* 4. *comm. ff. in verb. curatorem ad lites. ver. unum valde notabile. Achil. de verif.* 1. *de jud. Put. decis.* 130. *n.* 5. *lib.* 2. *incorrect. Burat. dec.* 524. *n.* 10.

C 59 Nec est omittendum quod in ipso actu deputationis curatoris debet ipse promittere utilia facere, inutilia prætermittere, & hæreditatem

tem indefensam non relinquere ; & Fidejussor pro eo ut supra dandus, quod iptè præmissa adimplebit, fidejubere, *Sal.Tib.d.lib.1.c.54.n.5.* & ita in dies observatur.

D 60 Tutor datur principaliter personæ pupilli, secundario autem rebus, curator verò datur principaliter rebus ; secundario autem personæ, §. *certè autem, ubi Glos.in verbo personæ, Inst.qui test. tut. dar. poss.l.in copulandis C. de Nuptiis Alex.cons. 44.n.17.vers.nam.videmus lib.5.*

61 Non potest dari Tutor certæ rei, vel causæ d. §.*certæ, Inst.qui test.tut.dar.poss.Osasc.decis.89.n. 3.& 5.* Sed benè potest dari curator, §. *item inviti.Inst.de curat.Osasc.d.decis.89.n.6.*

62 Nec etiam potest dari tutor pupillo tutorem habenti. *l. cũ jure C. qui pet.tut.l.licèt C.in quib. cas.tut.habenti*, nec existenti in potestate Patris, vel Avi, *Inst.de Tut.in princ.Soc. Iun. cons. 79. n. 92.lib.3.*

63 Datur tamen pupillo tutor Attilianus , ad hoc ut ille validè possit adire hæreditatem, *Cavaler.decis.107.n.4.* & ut postea tutor testamentarius administret, nam ante aditam hæreditatem tutela testamentaria non confirmatur, sed

64 † per aditionem recipit robur *l. si nemo , & l. si hæreditas ff.de test.tutel. Cavaler.d.decis.207.n.1. & 4.*

65 Et litigans cum tutore debet habere copiam tutelæ, & inventarii, *Bart.in l.si tutor. num.1. C.in quib.caus.rest.integ.Gregor.decis.574. num. 4. & 5.* alias si pupillus opponat , de prædictis doceri non possit, seu non doceatur, gesta contra pupillum erunt nulla, *Greg.d.decis.574.n.1. & seqq.*

66 Unde quando vel tutor non adest , vel non confecit solemnia , vel pupillus non adivit , aut aliàs tutor non potest administrare , debet Litigans instare , ut pupillo curator ad lites per judicem deputetur, quod fieri potest, *l. curatorem ff.de auth.Tutor.§.fin.Inst.de auth tut. Soccin. jun. cons.46.n.4.& 6.lib.1.Afflict.decis.256.n.2.Cavaler.d.decis.207.n.2.& n.3.* ubi quod hoc procedit sivè pupillos agat, sive conveniatur , sive habeat litem cum tutore, sive cum alio.

67 Sed iste curator non potest ea, quæ pupillus non potest facere, nisi Authore tutore, quæ desiderant juris solemnitatem , prout est aditio hæreditatis, *l.si curatorem, ubi Bart. ff. de aut. tut.*

68 *Cavaler.d.decis. 207.n.3.* & ob id † in casu occurrente poterit ei dari tutor specialis ad adeundam hæreditatem, *l.impuberi ff. de tut. & curat. dat.ab his, Bart.in l.cum una §.Tutor, & ibi Cuman. n.1.Castren.n 2.in fin.& Io.de Imol.n.2.ff. de appellat.* nec dictus Tutor tenetur conficere inventarium, cum non habeat administrationem, ut per *Imol.in d.§.Tutor. n.2.*

E 69 Licet curator non detur minori invito, §. *item inviti.Inst. de Curat*, hoc tamen non procedit in Curatore ad lites , qui datur etiam invitis *d.§. item inviti; Vant.de null. def. inhab. n. 144. Vrsil. ad Afflict.decis.256.n.1.& seq.*

70 Debet igitur minor non habens tutorem vel curatorem , citari ad comparendum legitimè, & eo contumace judex debet illi deputare curatorem, seu actorem ad lites *l.1. ubi DD.C. qui pet.tut.l.ait prat.vers.& ideo & ibi Glos.in verb. ex constitutione, & Bald. & alii ff. de minor. Vant. de nul.defect.inhab.n.144. & quib.mod. sent. null. n. 76. Afflict. decis 256.n.2.& dec. 262.n.2. Gutier. de tutel.par.2.c.4.n.10.* & alii quos sequitur *Burat.decis.524.n.8.* quod procedit etiam si minor habeat tutorem, vel curatorem, & non post

71 sit exhibere solemnia , quia † paria sunt non habere tutorem , vel curatorem, & non posse producere instrumentum solemne tutelæ, vel curæ, *Afflict.d. decis.256. n.3.*

72 Cæterum de stylo curiæ, & tribunalis A. C. observantur quatuor termini contra minorem ad comparendum legitimè, aliàs videndum sibi deputari curatorem; Videlicet, primo pro prima, secundo pro secunda , tertio, pro tertia , & quarto pro quarta, & superabundanti dilatione, unus potest alium, & singuli ad primam, eo legitimè non comparente, judex instante parte deputat illi curatorem , seu actorem ad lites ex officio, *Sal.Tib.in Prax.lib.1.cap.54.n.8. & lib.3. c.25.n.7.* & ita quotidie practicatur.

73 Sed Rota in deputatione curatoris facta in supremo illo tribunali parum videtur curare de servatione terminorum , ex quo sola monitio sufficit juxta *text.in l.1.C.qui pet.tut. Burat, decis.524.n.9.*

F Debet curator, seu actor ad lites, quando de-

74 putatur per judicem , sive deputetur minori sive hæreditati, sive alteri, esse præsens. *l.3.§ si pupillus, ubi Iac.de Aren. & Bart. ff. de tutel. Auffrer. ad Cappell.Tolos. decis.72.Gaill. obser. 108.n.5.lib.2. Sal.Tib.lib.3.cap.25.n.5.*

G Et ulterius debet promittere utilia facere, &

75 inutilia prætermittere , & alia ad quæ tenetur adimplere *l. de creationib.C.de Episc.aud. l. & si species.ubi Glos.& Bart.ff.rem.Pupilli sal.fore Aret. in §. 1.n.10. Inst. de Curat. Auffrer. ad Capell. Tolos. decis. 72.& decis. 246. Crau. cons.540.n.1. & 3. Vant.de nullit.def.inhab.n.146.Gaill. d.observ. 108.n. 10. lib. 2. Galgan. de tutel. lib. 3.q. 19.n.7.Sal.Tib.d.lit.1.cap.53.n.5.Burart.d. decis.524.n.8.*

H Nec non etiam debet promittere, & jurare

76 minorem , seu eum cui deputatur indefensum non relinquere , *l. ult. §. defensionem.ubi Bart.& alii C.de administr.tut. Aldob.cons.104.n.5.* ubi in fin. testatur de magis communi, & debet jurare tactis &c. alias actus est nullus, *Signorol. cons. 250.n.6.vers.item & vers.tamen.*

I Et denique debet satisdare, seu fidejussorem

77 præstare, *Ang.in l.1.C. qui pet.tutor. Alex cons. 129.n.3. lib.1. & cons. 163. in princ. vers. tamen lib.5.Sal.Tib.d.l.1.c.54.n.5. & d.lib.3.c.25.n.5.* aliàs datio curatoris est nulla ex prælegatis §. *fin. & ibi not. Auth. ut ij qui oblig. Alex.cons. 80. n. 13. & seq. lib. 5. Aretin. in §. actionum n. 34. Inst. de act. Vant. de null. defect. inhab. num. 128. & n. 148. Galgan. de Tut. lib. 2. tit. 1. n. 17. & seq.*

L Si pupillus sit minor septennio, quia illa ætate

78 quicquid videt ignorat, *Afflict. decis. 162. n. 4.*

79 *Osasc. decis. 89. n. 2.* & curator † ad lites non datur nisi petenti , *l. qui habet §. si pup. ll. & ibi Bart. ff. de tut. Maran. de ord. Iud. par. 4. d. st. 16. n. 36. Osasc. d. decis. 89. n. 1. Afflict. d. decis. 262. n. 5.*

80 *Sal. Tib. d. lib. 3. c. 25. n. 10. & seq.* & infans † non potest citari ad legitimè comparendum *Vant.*

de

de null. def. inhab. n. 13. vers. hinc est. & de null. def. cit. n. 69. Afflict. d. decis. 262. n. 1. & n. 4. & decis. 366. n. 15. & dixit Rot. in Cortonen. bonorum 28. Iunij 1589. coram bo. me. Card. Platto, per conse-
81 quens † nec curator ad lites infanti dari poterit, *Marant. d. dist. 16. n. 36. Osasc. d. dec. 89. n. 1.*
82 *Affl. d. dec. 262. n. 4.* unde † in hoc casu debet citari Mater infantis, necnon debent citari ejus Agnati, Cognati, Conjuncti, & Amici ad comparendum legitimè in judicio coram Domino, & defendendum infantem, & petendum illi dari curatorē, seu actorem ad lites, aliàs videndum illi per Dominum deputari curatorem ex officio. *Marant. d. dist. 16. n. 36. Bald. cons. 340. in fin. vers. Præterea lib. 2. Afflict. d. dec. 262. n. 2. Osas. d. decis. 89 n. 6. & seq. Sal. Tib. d. lib. 1. c. 54. n. 9. & d. lib. 3. c. 25. n. 9. Ferentill. ad Burat. qui alios cumulat, decis. 524. n. 12.* & tunc, servatis contra prædictos quatuor terminis ut supra de stylo servari solitis, valide poterit per judicem curator ad lites infanti deputari, *Sal. Tib. d. lib. 3. c. 25. n 9. & 10.*
83 Et licet regulariter in praxi tres † citationes seu termini ad comparendum, ut supra, sufficere videantur in deputatione hujusmodi curatoris, ut per *Osasc. d. decis. 89. num. 8.* nihilominus de stylo curiæ in hoc A. C. tribunali d. trinæ citationi debet addi quarta pro quarta, & superabundanti dilatione, prout passim observatur.
84 Curator autem ad lites, ut supra deputatus, potest facere ea omnia, quæ potest tutor, nisi talia sint, quæ juris solemnitatem desiderent, prout est aditio hæreditatis, nam tunc curator non sufficit, cum pupillus non possit adire nisi Authore Tutore, *l. curatorem. ubi Glos. & Bart ff. de Author. Tutor.*
85 Si vero infans sit adhuc in utero, & nondum natus, hoc probato judex deputat curatorem ventri *l. 1. §. quoties ff. de ventr. in poss. mitt.* datur etiam bonis ventris nomine, *l. bonorum ubi glos. ff. de Cur. Furios.* & dari solet ad instantiam mulieris prægnantis, *jux. trad. per Sal. Tiber. d. lib. 3. c. 24. per tot.*
86 Sed si mulier non petat hujusmodi curatorem, poterit citari ad instantiam creditorum ad comparendum legitimè coram Domino, & defendendum ventrem prægnantem, & petendum illi curatorem, seu actorem ad lites; alias videndum per Dominum deputari ex officio, observatis contra eam quatuor terminis servari solitis, judex, ea contumace, deputabit curatorem ad lites ventri prægnanti, prout supra dictum est de deputatione curatoris infanti minori septennio ex identitate rationis, *arg. l. illud ff. ad l. Aquil. cum simil.*
87 Quod si citandus ad declarandum ut supra an sit, vel velit esse hæres, sit furiosus, fatuus, vel mentecaptus, erit illi in primis dandus curator, seu actor ad lites, cum quoad hoc idem jus statuatur in Furioso, quod in Mentecaptot Furiosus namque est mentecaptus cum fœva dementia; Mentecaptus verò cum quieta dementia, *Rot. dec. 273. n. 1. post. conf. crim. Farin. lib. 2.* cum tamen quilibet præsumatur sanæ mentis,
88 debet † furor, seu dementia ab allegante probari, *Rot. dicta decis. 273. num. 2.*
89 Solet aliquando dari curator furioso, & mentecapto ad instantiam proximorum, constito summariè, & extrajudicialiter de furore, seu dementia, examinatis Medicis, & Peritis, & cum causæ cognitione, *l. observare, & ibi Bald. ff. de cur. fur. Sal. Tib. d. lib. 3. c. 25. n. 14.*
90 Sed si Furiosus aut Mentecaptus non habeant curatorem, & proximi non instent, ut illi detur, tunc si creditores velint agere contra eum, probato furore, seu dementia, ac citatis dd. proximis, & conjunctis ad comparendum legitimè, & defendendum Furiosum, seu mentecaptum, & petendum illi curatorem, aliàs videndum per Dominum deputari ex officio, obtinebunt deputari illi curatorem, juxta superius
91 † tradita de curatore deputando infanti, nam Furiosus, & mentecaptus illi æquiparantur, §. *sed quod diximus inst. de inut. stip. l. 1. & l. quod si infans ff. de rei vend. Vant. de null. def. in-*
92 *hab. n. 15. & seq.* qua æquiparatione † stante videntur propinqui Furiosi, vel Mentecapti citandi de necessitate ad instar propinquorum infantis, ex quo militant eædem rationes in utrisque: nam curator non datur nisi petenti, & Furiosus, & Mentecaptus illum petere non possunt, dum nesciunt, quid agunt, & intellectu carent, ut per *Vant. ubi supra n. 15.* licet *Castr. in l. is cui bonis n. 6 ff. de verb. oblig.* crediderit propinquos furiosi, & Mentecapti esse tantum de
93 benignitate citandos, & ex eisdem † rationibus arguendo ab Æquiparatis, quod argumentum in jure est validum, ut per *Everard. in loco*
94 *ab Æquiparatis*, non erit necesse † in hujusmodi deputatione curatoris citare ipsum furiosum, & mentecaptum, prout citari non oportere dixerunt, *in l. is cui bonis. Ang. num. 9. & Castren. sub n. 6.* quos refert, & sequitur *Alex. cons. 86. n. 6. lib 2.*
95 Dandus etiam erit curator prodigo ad instantiam agere volentium contra eum, nam & ipse curatore indiget, *l. 1. § solent ff. de Curat. fur. Boer. decis. 23. num. 35.* is namque, cui bonis interdictum est, in multis æquiparatur Furioso *d. l. 1. §. sed solent*, quia in bonorum, & rerum
96 suarum administratione est furiosus, *l. is qui §. fin. ff. de tut. & cur. dat. ab hu. Fed. de Sen. cons. 31. num 2. vers. præterea alia ratione*, quinimò potius æquiparatur pupillo, *l. cui bonis ff. de nov. l. certi §. item quæri ff. si cert. pet. Fed. de Sen. d. cons. 31. n 2. vers. item prodigus. Vant. de null.*
97 *def. inhab. n. 19. & seqq.* Requiritur tamen † in hujusmodi datione curatoris prodigo causæ cognitio, *l. ubi observare ubi Bald. ff. de cur. fur.*
98 *Caval. decis. 273. n. 3.* & est ad id † Prodigus de necessitate citandus, *Apostill. ad Alex. d. cons. 86. num. 6. vers. quod autem. in verbo prælegata lib. 2.* ubi dicit omnes ita tenere, *Caval. d. decis. 273. n. 4. & 5.*
99 Muto pariter, & surdo, qui non omninò audit, quia æquiparatur infanti, & furioso ex identitate rationis, curator dari debebit, *l. 1. §. fin ff. de act. & oblig.* cum aliis allegatis per *Vant. de null. d. f. inhab. n. 25. & seq.*
100 Cæcus autem potest esse in judicio sine curatore, *l. 1. §. casum ff. de postul. Vant. ubi sup. n. 27.*

101 Sed non omnes possunt esse curatores, nam debitor, & creditor alicujus non potest ejus esse curator, *Auth. Minoris C. qui dar. tut. vel cur. poss.*

102 prout † nec cæcus, *l. luminibus C. qui dar. tut. poss.*

103 Mulier similiter non potest esse curatrix ob sexus infirmitatem, *l. cujus bonis ff. de cur. fur. dec. cons. 575. n. 4. Guttier. de Tut. p. 1. c. 7. n. 39.*

104 Hoc tamen non procedit in Matre, & Avia, quæ possunt esse Tutrices, & Curatrices Filiorum, & Nepotum, *Glos. in Auth. Matri, & Aviæ in verbo tutelam C. quando Mul. off. tut. fung. Alex. cons. 221. n. 7. lib. 6.* ubi de communi testatur, *Guttier. de Tut. d. par. 1. c. 8. num. 21. & 22. & seq.* & illis deputare actorem ad lites, *Rot. Genuen. decis. 210. n. 2.*

105 Minor 25. annis etiam curator esse non potest, cum ipse curatore indigeat, *d. l. cujus bonis ff. de cur. fur. Glos. in d. Auth. Matri, & Aviæ in verbo tutelam in fin. Alex. d. cons. 221. num. 6. dec. d. cons. 575. n. 4. vers. secunda,* quia non est talis cui rerum suarum administratio committatur, *ut in l. fin. C. de leg. tut. Guttier. de Tut. par. 3. c. 3. num 5.*

106 Socer non potest esse Nurus suæ minoris curator, *l. licet C de excus. tut.* nam non posset ab eo redditionem rationis administrationis libere petere, *l. cum prophanas in fin. & ibi Bald. C. de interd. Matrim. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 20. n. 34. in fin. vers. sed est alius expressior.*

107 Maritus quoque uxoris suæ minoris curator esse non potest; *l. Maritus C. qui dar. tut. pos. l. amplissimi C de excus. tut. l. 1. § fin. ubi Glos. in verbo Sponsi ff. de exc. tut. Glos. & DD. in §. pen. in verbo excus. inst. de excus. tut. Bart. & alij in d l. Maritus, & in d. l. amplissimi, Glos. in d. l. 2. in verb. appell. & ibi Ias. n. 1. & Alex. n. 2. C. de Proc. Adden. ad Aretin. in §. pen. n. 5. de inst. de excus. tut. Montan. de tut. c. 31. effect. 8. n. 26. Guttier. de tutel. d. p. 1. c. 20. n. 20. & seqq. Galgaret. de tut. lib. 1. tit. 7. num. 16.* prout nec Maritum uxoris suæ mentecaptæ dandum esse curatorem, *ait tex. in l. virum. ff. de curat. furios.*

108 Et licet hoc non procedat in curatore ad lites, quia æquiparatur Procuratori, *Spec. de proc. §. aut autem n. 3. Bald. & DD. in d. l. Maritus C. qui dar. tut. poss. l. 2. ubi Ias. n. 1. & Alex. num. 2. C. de Proc.*

109 Nihilominus secus est in lite magni momenti, & præjudicii. nam tunc Maritus uxoris suæ curator esse non potest, cum in eo militet eadem ratio, quæ in curatore generali. *Salic. in d. l. Maritus C. qui dar. tut. poss. Adden. ad Aretin. in d. §. pen. n. 5. Inst. de excus. tut. Greg. Lopez in l. 3. glos. ult. tit. 17. p. 6.* quem sequitur *Guttier. de tutel. d. p. 1. c. 20 n. 32 Gturba decis. 109. n. 10.* ubi testatur Consistorium Regium, articulo sæpius discusso, ita judicasse.

110 Ratio autem cur Maritus non possit esse curator suæ uxoris, redditur à *Glos. in d. l. Marit. C. qui dar. tut. poss.* quia scilicet si malè ageret uxor ei remitteret propter affectionem, & sic non posset ab eo redditionem rationis administrationis libere petere, quæ ratio licet a multis reprobetur, ex quo militat etiam in Procuratore,

111 † & tamen Maritus uxoris suæ Procurator esse potest, *l. 2. ubi Glos. & DD. & l. non eo minus C. de Proc. Aret. in d. §. pen. num. 2. Inst. de excus. Tut.* nihilominus pro illa videtur textus satis clarus, *in l. cum proponas in fin. C. de interd. matrim.* ibi, *ut alius loco ejus detur, habebit enim facultatem petendæ rationis negotiorum gestorum ab eo, qui fuerit substitutus.* † Unde si ibi non alia ratione Socer removetur à cura Nurus, nisi quia ipsa ab alio poterit redditionem rationis liberè petere, cum dictio, *enim*, in continuatione sermonis ponatur pro quia, *l. neque enim ff. de test. mil. & l. 3. C. de crim. sacril.* ergo non alia ratione prohibentur Socer, & multo magis Maritus esse curatores Nurus, & respectivè uxoris, nisi quia ipsæ non possent ab eis respectivè redditionem rationis libere petere, dum vel ob affectionem, vel ob metum reverentialem, vel aliam ob causam eis omnia remitterent.

112

113 Et licet de hoc parum sit curandum, quando uxor constituit Maritum Procuratorem ex quo non agitur de magno ejus præjudicio; secus tamen est quando agitur de dando illi curatore generali, vel etiam speciali ad lites magni momenti *ex prædictis* tunc enim de magno illius præjudicio agitur quod patet tum quia quando maritus datur ei curator, privatur eo commodo, ne possit illum constituere Procuratorem, tum ex aliis rationibus cumulatis per *Salic. in d. l. Maritus & per Aden. ad Aret. in d. § pen. n. 5.*

114 *& alios prædictos*; † tum & tertio quia Procurator non potest præjudicare, nisi in omittendo, *Greg. decis. 75. num. 1. Adden. ad eundem Greg. d. decis. 75. n. 4. & decis. 282. n. 9.* Sed curator etiam ad lites potest præjudicare in committendo ad trad. per *Rot. Genuen. dec. 110. n. 2. Rot. decis. 334. n. 4. & seq. par. 1. recent. Greg. decis. 506. n. 7. & seq.*

115 Et potest in illis litibus in judicio, & extra quicquid potest tutor, *Cavaler. decis. 207. n. 3.* ex quibus omnibus æquiparatio inter Procuratorem, & curatorem ad litem magni præjudicii non benè procedit.

116 Non omitto, quod Maritus potest esse procurator uxoris suæ minoris, quando sententia fertur in favorem mulieris, secus quando ferretur contra eam; nam tunc non potest esse ejus procurator, nisi ab ea constitueretur procurator cum authoritate curatoris, *l. neque, & l. non eo minus, & ibi* DD. *C. de Procur. Bart. in d. l. Maritus*

117 *C. qui dar. tut. poss.* quo casu satis mulieri provisum est, etiam si ageretur de non modico illius præjudicio, quia habet etiam obligata bona curatoris, contra quem in omnem casum poterit se liberè revalere, secus de jure communi, quando Maritus ipse daretur illi curator, *arg. l. cum proponas in fin. C. de interd. Matrim.* unde eo minus dicta æquiparatio subsistit.

118 Sunt & alii, qui curatores esse non possunt, de quibus agitur in toto *tit. C. qui tut dar. poss.*

M De citatione per affixionem satis dictum est 119 *supra cap. 4 sub lit. B. C. D.* Hanc praxim citandi hæredes ponit etiam *Salust. Tib. lib. 1. cap. 54. n. 1. & seqq.*

N Praxis ita observat non alia ratione nisi quia 120 hæres in hoc casu est certus, *Salust. Tib. d. lib. 1.*

cap.

cap. 54. n. 7. licet quando hæres adhuc non adivit, hæreditas dicatur jacere, ut dictum est supra *lit. B.*

O 121 Hunc casum non ponit *Sal. Tib.* sed ego observavi in Praxi in facto contingente, in quo Defunctus decesserat extra curiam, & causa ad instantiam mulieris creditricis, quæ gaudebat beneficio *l. unica C. quando Imperat.* ex justis rationibus, non tamen per viam appellationis, fuit introducta in curia coram A.C. & agebatur de exequutione sententiæ de partibus, quæ transitum fecerat in judicatum, & ad majorem cautelam fuit etiam causa dictæ exequutionis eidem A.C. commissa per particulare signaturæ justitiæ rescriptum exabundanti, licet A.C. facultates sufficerent, *Paul. V. constit. 28. §.*

P 122 Potest opponi quod quis sit filius familias & ob id non audiatur, nisi cum consensu patris legitimè compareat, *Asin. in Prax. §. 28. cap. 1. n. 3.* ubi de communi testatur, seu quod sit pupillus, vel minor, & ob id non audiatur sine consensu tutoris, vel curatoris, seu quod sit Bannitus, excommunicatus, vel quid simile *Canar. de exec. instrum. q. 15. n. 35.* ubi subdit, hujusmodi exceptiones opponi posse non obstante statuto prohibente opponi exceptiones contra instrumentum, quia non respiciunt instrumentum, sed personam agentis, *arg. l. Filio ff. de inoffic. testam.*

SVMMARIVM CAP. VI.

1 *Citatio ad dicendum contra non est necessaria, si instrumentum est in actis rogatum.*

2 *Citatio ad solvendum juxta formam instrumenti in actis rogati, ejusque formula, & Processus.*

3 *Obligatio cameralis, si non fuit extensa in citatione ad dicendum contra, potest extendi in prima citatione subsequenti.*

4 *Citatio ad videndum extendi formam cameræ, & solvendum, ejusque formula, & processus, quando debitor non consensit in mandatum unica &c. & num. 5.*

5 *Citatio ad videndum relaxari mandatum alias decretum, ejusque formula, & processus.*

6 *Si debitor consensit in mandato unica &c. vel se obligavit in forma Guarantigiæ, sufficit contra eum unica citatio.*

7 *Citatio ad solvendum, quando debitor consensit in mandatum unica &c. ejusque formula, & processus.*

8 *Citatio ad solvendum, quando agitur pro præstatione annua, vel simili, ejusque formula, & processus.*

9 *Mandatum executivum vigore obligationis cameralis obtentum, & ejus formula.*

10 *Mandatum executivum, quando non fuit actum vigore obligationis cameralis, & ejus formula.*

11 *Regula quod decreta fieri, & mandata relaxari soleant nisi ad p. d. plures patitur restrict.*

12 *Citatio ad dandum alium fidejussorem, & ejus formula, & processus.*

13 *Intimatio redemptionis census, & ejus formula, & reproductio.*

14 *Citatio ad recipiendum sortem, & fructus census, & ejus formula, & processus.*

15 *Disdicta societatis officij, & ejus formula, & reproductio.*

16 *Translatio periculi vitæ in societate officij, & ejus formula, & reproductio.*

17 *Disdicta societatis, & translatio, ac nominatio periculi vitæ debent fieri in actis Notarij de societate rogati, & quando secus.*

18 *Citatio ad docendum de nova conventione, & calculandum, potest inseri in citatione ad solvendum, ad circuitus evitandos.*

19 *Mandatum executivum, seu brachium sæculare est tormentum animæ, & corporis.*

20 *Mandatum excessivum, etiam in obolo, est nullum in totum, si excessus sit in decreto.*

21 *Excessus in sola executione non inducit nullitatem.*

22 *Mandatum excessivum adhuc non executum venit tantum reformandum*

23 *Mandatum excessivum in tribunali A.C. ante executionem sustinetur pro summa debita ex antiquo stylo.*

24 *Mandatum excessivum executum revocatur in totum etiam in Tribunali A.C.*

25 *Data nullitate mandati corruunt omnia inde secuta.*

26 *Summa est specificanda ante expeditionem, alias mandatum est nullum.*

27 *Decretum, decerni, n si infra tres in tribunali A.C. est omninò necessarium ex inveterato stylo, & quid dicta verba significent.*

28 *Tres dies de quibus in decreto, decerni, debent esse currentes.*

29 *Triduum sufficit ad probandum id, quod debet probari in continenti.*

30 *Triduo elapso citatur ad videndum relaxari, & fit relaxatio, nisi ad p. d.*

31 *Decretum, decerni, non est de essentia, si debitor consensit in mandatum unica &c.*

32 *Decretum, decerni, non est necessarium quando debitor se obligavit in forma Guarantigiæ.*

33 *Decretum decerni extra Tribunal A.C. non requiritur de necessitate.*

34 *Decretum, decerni, non requiritur in causis scutorum viginti, & abinde infra.*

35 *Iudex in tribunali A.C. qualibet die juridica apponit manum in Broliardo, & quare, & quomodo.*

36 *Appell. interponenda est à decreto, decerni, nam à decreto relaxari non appellatur, nisi committeretur causa restitutionis in integrum.*

37 *Decretum notoriè nullum, & injustum nunquam transit in judicatum, nec est exequendum.*

38 *Decretum, quod non justificatur ex actis, est notoriè nullum, & injustum.*

39 *Decretum ad effectum executionis debet ex eisdem actis justificari.*

40 *Decretum ad tollendas exceptiones potest justificari per novam productionem per viam replicationis.*

41 *Mandatum & sententia ad effectum confirmationis possunt justificari etiam ex noviter deductis.*

42 *Sententia executioni demandata non potest ex noviter deductis justificari.*

43 Man-

43 *Mandatum ante executionem potest justificari ex nova productione facta ad coadjuvandas probationes antiquas, etiam ad effectum executionis.*

44 *Productio facta ad coadjuvandas probationes antiquas non dicitur nova, sed confirmatio antiquæ.*

45 *Producto instrumento referente in termino, potest produci relatum extra terminum, & non dicitur probatio nova, sed antiqua.*

46 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus verè, & propriè.*

47 *Decretum nisi ad p. d. intelligitur de die utili, sed nisi infra duos, vel ultra, intelligitur de currentibus.*

48 *Calculare non est necesse, nisi petatur, secus est in specificatione summæ.*

49 *Mandatum potest obtineri pro fructibus decursis, absque specificatione summæ.*

50 *Summa parte opponente, ante expeditionem Mandati specificanda est, etiam fructuum.*

51 *Calculari potest etiam post expeditum Mandatum.*

52 *Calculo facto standum est, donec probetur contrarium.*

53 *Error calculi potest quandocumque allegari.*

54 *Docto de errore iterum calculari debet.*

55 *Error calculi rescindit transactionem, nisi super eo sit transactum.*

56 *Error calculi probatus impedit executionem, nisi post litem motam sit super eo transactum cum renunciatione.*

57 *Dilatione pendente Offic. Iudicis conquiescit.*

58 *Dilatio concessa potest revocari ante sententiam latam, vel mandatum expeditum.*

59 *Vigore Mandati de auferendo non datur immissio.*

60 *Executio mandati debet fieri ad effectum licitationis, alias creditor nihil agit.*

61 *Executio non potest fieri contra tertium, si fuit actum actione personali.*

62 *Contra tertium non potest procedi executivè si alienatio est facta ante litem motam.*

63 *Contra tertium potest agi executivè, si alienatio est facta post litem motam, & actum fuit actione reali.*

64 *Contra tertium non potest agi execut. si fuit actum actione person. nisi constet, quod alienatio sit facta in fraudem post sententiam.*

65 *Si constat, quod alienatio facta fuit in fraudem paratæ executionis, potest fieri executio contra tertium indistinctè.*

66 *Mandato in actione personali tantum relaxato, non potest fieri executio contra tertium, qui emit lite pendente, nisi constet de notitia litis, & inopia debitoris, vel quod debitor tunc non habebat alia bona.*

67 *Si pignus judiciale tempore alienationis in tertium non erat positum sub hasta, non potest contra eum procedi executivè, nisi probetur notitia paratæ executionis, vel quod debitor non habebat alia bona.*

68 *Pignore posito sub hasta de tempore alienationis in tertium, potest contra eum procedi ad ulteriora executivè.*

69 *Pignus prætorium quando capi dicatur.*

70 *Immissus in possessionem ex primo decreto non efficitur dominus, nec possessor, nec facit fructus suos.*

71 *Capto pignore prætorio, si bona alienantur in tertium, non potest contra eum procedi executivè, nisi probetur notitia litis, vel quod debitor non habeat alia bona.*

72 *Secundum decretum transfert dominium, & possessionem, & ex eo immissus facit fructus suos.*

73 *Alienatione facta in tertium post secundum decretum, potest contra eum procedi ad ulteriora executive, nisi doceat in continenti de jure suo aliunde proveniente.*

74 *Contra tertium ementem lite pendente potest executivè procedi, si fuit actum actione personali in rem scripta, sicut quando fuit actum actione reali.*

De Petitionibus, & Mandatis executivis, Pars Prima. Cap. VI.

1 VBicumque instrumentum obligationis est in actis rogatum, tunc si creditor velit agere contra debitorem, qui consensit in mandatum executivum unica, vel sine citatione, poterit absque alia citatione ad dicendum contra jura, citare ad solvendum, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

2 Citetur NN. exadverso principalis ad do-
A cendum de quacumque nova conventione, A, solutione, aliisque præjudicialibus, calculandum quatenus &c. calculo facto solvendum, juxta formam suæ obligationis, de qua in instrumento in actis rogato sub die N. mensis N. anni N. aliàs videndum contra ipsum decerni, & re-
B laxari mandatum executivum B, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, ac specifi-
C cata summa C, quæ prætenditur, obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra pro scutis N. nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

Deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali qualiter Dominus decrevit, & relaxavit mandatum, & aliàs prout in actis. Instante NN. Principali, sivè &c.

N. Notarius.

3 Sed si personæ sunt mutatæ, vel instrumentum non sit in actis rogatum, tunc præmissa citatione ad dicendum contra, productis juribus, & legitimatis personis, si obligatio in forma cameræ non fuit extensa, nec inserta citatio ad videndum illam extendi in citatione ad dicendum contra, & nihilominus indiget extensione, inseritur citatio ad videndum extendi in prima subsequenti citatione, quia exten-

sio

sio debet omnino fieri ante petitam executionem instrumenti, & si non fuit consensum in mandatum unica, vel sine citatione, citatur ut infra, videlicet.

A. C. N.

4 Citetur NN. exadverso principalis (vel NN. exadverso hæres NN. exadverso principalis, vel NN. exadverso curator NN. exadverso principalis, vel NN. exadverso procurator NN. exadverso hæredis NN. exadverso principalis secundum facti contingentiam, quod semper est observandum in omnibus citationibus) ad videndum extendi formam cameræ juxta stylum
D curiæ, D necnon docendum de quacumque nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus, calculandum, quatenus &c. & calculo facto solvendum juxta formam suæ obligationis, de qua in juribus in actis productis, alias videndum decerni mandatum executivum, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, & specificata summa obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit extendi formam cameræ juxta stylum curiæ, & decerni mandatum ut supra pro scutis N. nisi infra tres, omni
E &c. E

Elapsis postea tribus diebus, vel tertia die post d. decretum subsequente, absque alia intimatione illius, fit secunda citatio, videlicet.

A. C. N.

5 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum relaxari mandatum, alias decretum, &
F quatenus opus sit de novo decerni, & relaxari F ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d.
G G cum intimatione omni &c.

Et deinde fit intimatio hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus decrevit, & relaxavit mandatum, & alias prout in actis, instante, NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

6 Si vero fuit consensum in mandatum executivum unica &c. vel quis se obligavit in forma Guarantigiæ, tunc citatione ad dicendum contra reproducta, productis juribus, & legitimatis personis, doctoque de credito, citatur ut infra videlicet.

A. C. N.

7 Citetur NN. exadverso principalis ad docendum de quacumque nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus, calculandum quatenus &c. calculoque facto solvendum. juxta formam suæ obligationis, & jurium, de quibus in actis, alias videndum decerni, & relaxari mandatum executivum ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra relaxari mandatum pro scutis N. nisi ad p. d. cum intimatione omni &c.

Si verò agatur pro fructibus census, vel pro pensionibus domus, vel alia annua præstatione, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

8 Citetur NN. exadverso principalis ad docendum de quacumque nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus, calculandum quatenus &c. calculo facto solvendum, fructus census decursos, & non solum (vel terminos pensionis domus, vel annuæ præstationis, vel assictus, vel pensionis, vel fructus Societatis Officii decursos, & non solutos secundum facti contingentiam) juxta formam suæ obligationis, ac instrumenti, ac jurium, de quibus in actis, alias videndum decerni, & relaxari mandatum executivum ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione obtinetur
H decretum, videlicet. H

NN. calculavit in scutis N. & pro eis petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione omni &c.

Obtento decreto in quolibet ex dictis casibus, fit intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali qualiter Dominus decrevit, & relaxavit mandatum & alias prout in actis, Instante MM. principali, sive &c.

N. Notarius.

Elapsa prima die juridica post executam in-
I timationem, I si nihil relevans fuerit exadverso oppositum, aut deductum, & reproducta intimatione executa, si fuit actum vigore obligationis cameralis, expeditur mandatum executivum sequentis tenoris, videlicet.

9 De Mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A. C. sivè R. p. d. NN ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad Instantiam NN. principalis tenore præsentium.

L Auferantur L de bonis de domo, vel aliunde Domini NN. exadverso principalis bona valoris scut. mille monetæ debitorum occasione de qua in actis, una cum Juliis 66. pro expensis præsentis mandati quæ ablata deponantur, ut moris est, ut subhastentur. Necnon capiatur idem, & captus carceretur; & non relaxetur donec &c. quoniam ipso citato, & intimato, vigore obligationis Cameralis Reverendissimus Dominus ita mandavit hac die &c.

NN. Notarius. Locus † Sigilli, NN. Locumt.

Si verò non fuit actum vigore obligationis Cameralis, expeditur Mandatum, ut infra, videlicet.

10 De mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A. C. sive R. p d. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis tenore præsentium.

Auferantur de bonis de domo, vel aliunde Domini NN. exadverso principalis bona valoris

ris scutorum NN. monetæ debitorum occasione, de qua in actis una cum Juliis NN. pro expensis præsentis mandati, ablataque deponantur, ut moris est, ut subhastentur, si extent; si minus, capiatur idem, & captus carceretur, & non relaxetur donec &c. quoniam ipso citato, & intimato Reverendissimus Dominus ita mandavit hac die &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumt.

Mandatum autem expeditum datur executoribus curiæ, ut juxta formam, & tenorem illius exequantur illud contra personam, & bona debitoris.

11 Verum licet omnia fere decreta fieri & mandata relaxari soleant cum clausula nisi, ad p. d. hoc tamen non est perpetuum, sed inter cæteras restrictiones, quas patitur, de quibus inferius suis loco, & tempore liquebit. Hic obiter adnotare libet, quod contra eum, qui præstare tenetur alium fidejussorem, solet relaxari mandatum nisi infra quindecim, ut infra videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. exadverso principalis ad præstandum alium fidejussorem in locum NN. defuncti (vel absentis ab urbe) & dandam cedulam bancariam juxta formam suæ obligationis de qua in actis, alias videndum decerni, & relaxari mandatum executivum ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra nisi infra quindecim cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D, relaxavit mandatum, & alias prout in actis Instante NN. Principali &c.

NN. Notarius.

Ubicumque vero adest constitutio, vel conventio de termino, ad aliquid peragendum præfigendo, disponens, utique illa est servanda, & ob id in intimatione redemptionis census, & disdicta, & translatione periculi vitæ Societatis officii proceditur, ut infra, videlicet.

Intimatio redemptionis Census.

A. C. N.

13 Intimetur NN. exadverso principali, qualiter infrascriptus D. instans vult, & intendit redimere censum scutorum NN. alias per ipsum impositum, & venditum ad favorem NN. prout constat ex instrumento rogato per acta NN. Notarii NN. sub die N. mensis N. anni N. juxta formam Bullæ Pii V. & ob id offert realiter, & cum effectu solvere sortem principalem dicti census, ac fructus decursos non solutos, & per duos menses proximos decurrendos. Protestans per se non stetisse, nec stare &c. interpellans &c. deducens &c. & alias omni meliori modo &c. ad p. d. Instante NN, principali, sive &c.

N. Notarius.

Die NN.

Relatione facta, comparuit NN. Procurator prout docuit per instrumentum publicum, tenoris &c. & reproduxit, disdixit, & servavit ut supra, & alias omni &c. Actum Romæ in Regione N. in officio &c. præsentibus NN. & NN. Testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis habitis, atque rogatis &c.

Quod si Bimestre elapso pars adversa est contumax, & non comparet ad recipiendum, ac retroducendum censum ut supra, citatur ut infra, videlicet.

A. C. N.

14 Citetur NN. exadverso principalis, ad recipiendum sortem principalem census scutorum NN. alias per instantem impositi, & venditi ad favorem NN. prout in instrumento rogato per Acta NN. sub die &c. una cum fructibus decursis, & non solutis, ac retroducendum d. Censum, & faciendum legitimam quietantiam, alias videndum d. sortem & fructus per Dominum mandari deponi, & censum retrovendi, & instrumentum cassari etiam ex officio ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, obtinuit ut supra mandari deponi pœnes Sacrum Montem Pietatis, nisi pro die & hora intimandis receperit, & ut supra, nisi ad p. d. cum Intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali qualiter Dominus mandavit sortem, & fructus census deponi pœnes NN. & alias prout in actis, & depositum fiet die NN. hora N. Ideo &c. alias &c. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Observandum tamen est, quod depositum debet esse omnino integrum, alias si in eo deficeret etiam quid minimum, nihil relevaret. Intimatio verò pro die, & hora certa debet continere diem post primam diem juridicam à die executæ intimationis decurrendam, nam dicta prima dies, de qua in decreto, debet tota cedere ad commodum recipere debentis.

Disdicta Societatis Officij.

A. C. N.

15 Intimetur NN. exadverso principali, qualiter infrascriptus Dominus instans non intendit amplius continuare Societatem Officii scutorum N. alias initam ad favorem NN. prout in instrumento rogato per acta infrascripti Notarii, sub die N. mensis N. anni N. & ob id illam disdicit, ac consensum, & beneplacitum suum revocat, & annullat, sortemque principalem, ac fructus rehabere omnino intendit protestans &c. interpellans &c. Deducens &c. & alias omni &c. ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

NN. Notarius.

Die NN.

Relatione facta comparuit NN. & reproduxit intimationem disdictæ d. Societatis, & disdixit, beneplacitumque revocavit, ac servavit ut supra, omni &c. Actum Romæ in Regione N. in domo NN. præsentibus ibidem NN. & NN. testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis habitis, & rogatis &c. omni &c.

Et tenetur Notarius de Societate rogatus dictam intimationem registrare in Manuali, ac etiam

etiam in margine instrumenti Societatis adnotare, sub illis verbis videlicet; Die NN. dictâ, & die NN. reproducta.

Translatio periculi vitæ.

A. C. N.

16 Intimatur NN. exadverso principali, qualiter infrascriptus instans intendit periculum vitæ, positum in Societate officii, scutorum NN. sub die &c. per ipsum adversarium inita ad favorem instantis per acta NN. Notarii NN. transferre, prout transtulit, & transfert per præsentes à persona NN. in personam NN. & ab inde imposterum vult, & intendit, quod dicta Societas currat super periculo vitæ dicti NN. & non alias &c. protestans &c. Interpellans &c. & alias omni meliori modo &c. ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Die NN.

Relatione facta comparuit NN. & reproduxit intimationem translationis periculi vitæ dictæ Societatis, & transtulit, & servavit ut supra, & alias omni &c. Actum Romæ &c. in Regione N. in officio &c. præsentibus ibidem NN. & NN. Testibus ad præmissa omnia & singula vocatis, habitis, atque rogatis, omni &c.

17 Quæ quidem discdictæ, translationes, debent fieri ab ipso principali, vel à procuratore ad id speciale mandatum habente in officio Notarii, de Societate rogati, qui tenetur ut supra, intimationem in manuali registrare, & in margine instrumenti Societatis adnotare, prout idem servare tenetur in nominatione periculi vitæ infra tempus conventum; juxta, dispositionem reformationis sanct. mem. Pauli Quinti.

Nec reproductio intimationis discdictæ Societatis, vel translationis, vel nominationis periculi vitæ potest fieri in actis alterius Notarii de Societate non rogati, nisi quando contractus Societatis esset rogatus extra curiam, vel etiam in urbe, quando de ea rogatus fuit Notarius, qui non est actuarius alicujus tribunalis, sic disponente eadem reformatione san. mem. Pauli Quinti, & ita quotidie observat praxis, & curia.

Sed hæc de præstatione fidejussoris, ac discdictis censuam, ac Societatum incidenter, ne quid frequens in praxi omissum videatur, hic addita censeantur.

Observationes.

A 18 POtest etiam citari ad solvendum absque eo, quod citetur ad docendum de nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus, & calculandum; sed quia si pars adversa de prædictis postea opponat, erit denuo citanda ad prædicta, ut per *Sal. Tib. in Prax. lib. 1 cap. 27. n. 14. & seq.* idcirco quilibet poterit ad prædicta ab initio citare ad celeriorem expeditionem, & circuitus evitandos, vel etiam non citare, nisi fuerit exadverso oppositum, prout melius sibi viderit expedire.

B Mandatum executivum † est idem, quod 19 Brachium sæculare, & est tormentum animæ, & corporis, ut ait *Paris. in prax. cap. 2. de Cur. aud. cam.*

20 Excessivum est nullum in totum, etiam pro summa verè debita, si excessus sit in decreto, *Rot. in Romana spolij 21. February 1600. coram bo. mem. Iusto impr. ff. genes Sal. Tib. in Prax. lib. 3. post c. 17. fol. 361. Greg decis. 198. num. 1. & decis. 485. n. 4. Duran. decis 30. n 4. de is 81. num. 2. & decis. 388. n. 3.* etiam si excessus sit in minimo, *Rot in dicta Romana Spolii apud Sal. ff. Tiber. ubi sup. sub n. 9 Greg. decis. 196. n. 1.* & ibi *Beltramin. sub lit. A & decis. 480. n. 5* & ob id tanquam ex falsa causa relaxatum non meretur executionem, *Rot. in d cta Roma a Spolij num. 1. & seqq. & decis. 185 n. 14. par. 6. re ent.*

21 Sed hoc primo non procedit. quando excessus non est in mandato, sed solum in executione facta in re majoris valoris, quia tunc non causat nullitatem, *Beltram n. ad Greg. decis. 198. n. 3.*

22 Secundò non procedit quando non fuit adhuc executum, nam tunc venit solummodo reformandum, *Duran. dicta dec. 388. n 4.*

23 Tertiò non procedit in tribunali A.C. in quo de æquitate ex antiquo, & inveterato stylo sustinetur pro summa debita, *Salust. Tib. dicto lib. 1. cap. 37. n. 4. Burat. decis. 91. n. 6.*

24 Sed hæc tertia fallentia non habet locum quando vigore mandati excessivi fuit facta executio; nam tunc revocatur in totum. *Burat. dicta decis. 91. num. 6.* Et ita quotidie observat Praxis.

25 Data autem nullitate mandati corruit etiam subhastatio illius vigore emanata cum omnibus inde secutis, *Rot. in dicta Rom. Spolij nu. 4 & seq. Burat. decis. 363. n. 3. Duran. d cta dec. 30. n. 4.*

C Summa est specificanda, & potest specificari 26 in corpore citationis ante illius executionem, & vel in actu expeditionis mandati *Sal. Tib. lib. 1. cap. 51. n. 1.* nota facta autem crediti liquidatione ob illius incertitudinem, mandatum est nullum, *Rot. decis. 143. n. 7. par. 6. recent.*

D De extentione fortiæ cameræ satis dictum est supra *cap 2. lit S.*

E Decretum † *de erni* nisi infra tres, ex inve- 27 terato stylo hujus A.C. Tribunalis, est omninò necessarium, alias sine illo mandatum est nullum, *Sal. Tiber d cto lib. . cap. 27. n. 1. & seqq. Zacch. ad Gallens. de oblig. amer. quæst. 36. n. 2. vers. advertendum, Rota post eundem Zacch. decis. 104: num. 3. & decis. 395. num. 10. par. 5. recent. Burat. decis. 683. n. 5.* ubi alias decisiones de hujusmodi stylo mentionem facientes cumulat. Sonantque dicta verba nisi infra tres, scilicet, dies, solverit, vel quid relevans deduxerit, ex quo satisfacere non teneatur.

Mandos. de monit. quæst. 3 :. num. 8. & dicti 28 tres dies debent esse currentes, *Salust. Tib. d cto*

lib.1.cap.27.num.6.& seq. & ita passim observatur.

29 Triduum autem præfatum arbitrati sunt prudentes sufficere ad probandum id, quod debet in continenti probari, *l.fin. C. err. Advoc. Mandos. de Monitor.q.31.n.8. Gallos. de oblig. Camer. q.17.n.20.* prout sunt exceptiones, quæ opponuntur ad impediendam executionem obligationis. Cameralis, *Zacc. ad eumdem Gallos. de oblig. Camer d.q.17.n.26.& seq.*

30 Triduo verò elapso citatur pars ad videndum relaxari mandatum alias decretum, & judex illud relaxat, nisi ad primam, *Rot. post Zacc. de oblig. Camer. d. decis.103.n.3 in fin. Zacc. ad Gallos. d.q.36.n.2. Rot. d. decis.395.n.10. par. 5.recent.*

31 Sed conclusio quod decretum, nisi infra tres sit omnino necessarium, primo non procedit quando debitor consensit in mandatum executivum unica, vel sine citatione, nam tunc illud non requiritur, *Sal. Tib. d. lib 1.c.27. num.1. Zacch. ad Gallos. de oblig. Camer. d.q.36. num.2. Burrat decis.683.n.5.* sed prævia unica citatione ad solvendum obtinetur mandatum relaxari, nisi ad primam diem, *Sal. Tib. d. lib.1.c.32 n.1. & seq.* & ita passim observat praxis.

32 Secundò non procedit † quando quis se obligavit in forma Quarantagiæ, nam si suscepit in se hujusmodi præceptum, non est opus decreto decerni, hoc est comminatione executionis, *Salust. Tib. in Prax. lib.1.cap.39. num.1. & seqq.*

33 Tertio non procedit † extra hoc Tribunal A.C. licet si fieret dictum decretum, nihi infra tres in alio tribunali, non vitiaret tamquam factum ex abundanti. *C. Testamentum, & ibi DD. C. de Test. in non sojent 93 ff. de reg. jur. Rom. cons. 343. ex proposito n.7.*

34 Quarto non procedit in causis † scutorum viginti ab inde infra, & ita passim observat praxis.

35 Quoniam verò tam dictum decretum confessionis debiti, quam relaxationis mandati, reintegrationis Monitorii per debitorem negati, & à creditore verificati, & relaxationis censurarum, sunt decreta definitiva, & sic in scriptis ferenda, hinc ad tollendas nullitates, & obviandum calliditati Litigantium, Praxis induxit, ut qualibet die juridica judex in libro Actorum, Broliardo nuncupato, manum suam apponat ut infra, videlicet.

Conf. ßio debiti.

Nisi infra tres.

Reintegratio Monitorij, & Relaxatio Mandati.

Nisi ad primam diem,

Relaxatio censurarum.

Nisi infra tempus conventum dentur litteræ de consensu *Salust. Tib. in Prax. lib.1.cap.5. per tot.*

36 Cæterum si quis appellare voluerit, quando fit decretum *decerni*, ab eo appellare debet, alias post decem dies transiret in rem judicatam, necà decreto *relaxari*, quod est suprædictæ sententiæ executio, daretur appellatio, *l. ab exe-*

cutione C. quorum appell. non recip. Salust. Tiber. dicto lib.1.cap.27.num.9. nisi simul cum appellatione committeretur causa restitutionis in integrum, ut subdit idem *Salust. Tiber. dicto cap. 27 n.10.*

37 Sed si notoriè constaret de nullitate, & injustitia decreti *decerni*, benè daretur appellatio, quia non potuisset illud in judicatum transire *Mantic. decis.7.num.5. Cavaler. decis.270 num.1. & num.5.* nec esset exequendum, *Cæsar. de Grass. de.is.1.num.5. de appell. Rot. decis.689.n.2. par. 1.recent.*

38 Est autem † notoriè nullum, & injustum quando non justificatur ex actis, *Mantic. decis. 211.n.6. Greg. decis.1.n.4* & ibi *Bellram.n.5. & seq. & decis.209.num.4. Rota dicta decis.689.n.2. par.1.recent Buratt.dec.s.169. num.3. & decis.*

39 325. *num.2.* Nam eisdem actis, non ex noviter deductis, ut sit illius executioni loctus, justificari oportet, *Sal. Tib. dicto lib.1. cap.27. n.m 4. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. decis.136. num.8. Duran. decis.81. num.1.* ubi alias decisiones allegat.

40 Verum hoc non procedit per viam replicationis ad tollendas exceptiones, quia tunc productio potest fieri quandocumque, etiam pro sustinenda executione, *Rot. decis.241.n.33. par. 7. recent.*

41 Ad effectum tamen confirmationis potest ex noviter deductis justificari tam sententia, quam mandatum, *Sal. Tib. dicto cap.27.n.4. Cavaler. decis.654.n.4. Buratt. decis.584.n.6.*

42 Sed si decretum, seu sententia esset executioni demandata, non posset amplius ex noviter deductis justificari, quia hoc esset incipere ab executione, & pervertere ordinem, *Cavaler. dec. 732.n.5.*

43 Quod si nova productio ante mandati executionem fieret ad coadjuvandas probationes antiquas, decretum antea factum non circumduceretur, quinimo nisi obligatio Cameralis esset vulnerata, vel alias omissa via executiva, remaneret etiam ex noviter deductis justificatum, & posset illius Exequatur obtineri, etiam si transisset in judicatum, prout ego obtinui in supremo Cameræ Apostolicæ Tribunali; nam sententia, & mandatum possunt, etiam ad effectum obtinendi executionem hoc casu justificari, *Caput aq. decis.114. num.1. & num.3. par. 3. Buratt. decis.826.n.3. Rot. decis.241.n.32. par. 7. recent.*

44 Idque summa ratione, quia talis productio non dicitur nova probatio, sed antiquæ confirmatio, *Bald. in cap.1. in primo vers. quia quoad confirmationem, de fid. instr. Dec. in Auth. si quis in aliquo num.3. C. de eden. Seraph. decis. 845. num.5. vers. posset, Rot. in Barb. stren. Beneficij 13. luny 16.4. coram bo. me. Archiepiscopo Dunozetto.*

45 Et ob id si fuit ante relaxationem mandati producta copia instrumenti, vel productum instrumentum habens relationem ad aliud, potest postea produci originale, vel instrumentum relatum, & illius vigore obtineri Exequatur Decreti antea fa-

cti,

cti, nam producto relato, probatio dicitur sumi ex referente non ex relato, & non dicitur nova, sed antiqua probatio, *Decius cons. 529. num. 6. & seqq. Seraph. d. dis. 854. num. 5. vers. quia*
46 *prout*, cum relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. esse toto ff. de Hæred. instit. Paris. cons. 9. n. 17. lib. 3. Crav. cons. 45. n. 4. Ruin. cons. 127. num. 4. in fin. & seq. lib. 2. Rot. dec. 35. n. 6. in fin. par. 1. recent*, & quidem verè, & propriè, *Rot. decis. 194. num. 49. par. 5. recent.*

G Ubicumque judex facit decretum, nisi ad
47 p. d. semper illa prima dies debet esse juridica, sed quando aliquid decrevit, nisi infra duos, vel nisi infra tres, quatuor, sex, octo, vel quindecim, vel alium terminum, semper intelligi debet de diebus currentibus, non autem de utilibus, & juridicis, *Sal Tib. d. lib. 1. c. 27. num. 6. n. 8. & n. 13.* & ita quotidie observatur in practica.

H Sufficit ut supra specificare summam, calcú-
48 lare autem non est necesse, nisi fuerit exadverso petitum, *Sal. Tib. d. lib. 1. cap. 27. n. 15. & cap. 34. n. 15. & c. 52. n. 1. & seq.*

49 Pro fructibus tamen census, aut alterius rei ut Societatis officii, Domus, Casalis, vel alterius annuæ præstationis, potest expediri mandatum pro fructibus decursis, & non solutis, nec est necesse specificare summam, & mandatum est validum, *Rot. decis. 5. de re jud. in nov. Sal. Tib. d. lib. 1. cap. 52. n. 2.* sed parte opponente
50 erit † nihilominus ante mandati expeditionem summa specificanda, & aliquando, ut per *Salust.*
51 *Tiber. ubi supra*, quinimo etiam post mandatum posse calculari, dixit *Rot. apud Zacch. de oblig. camer. decis. 44. n. 11.*

52 Facto autem calculo illi standum est, donec contrarium probetur, *Rot. decis. 382. n. 10. par. 5. recent.*

53 Error verò calculi potest semper, & quandocumque allegari, *l. unica, & ibi DD. C. de error. calc. Rot. decis. 383. n. 3. par. 4. recent.* & si de eo
54 † docetur, debet iterum calculari, & reddi ratio, *Rot. decis. 184. num. 3. par. 2. recent.* ubi quod
55 objici † non potest, quando adest transactio, & res judicata, potest tamen ob illum transactio rescindi, si etiam super eo non sit transactum, *ex allegatis per Ferentill. ad Buratt. decis. 336. n. 14. lit. 2.*

56 Quinimò si probetur calculi error, impeditur executio obligationis cameralis, nec renuntiatio nocet, nisi sit facta post litem motam super ipso errore, & deinde facta sit transactio cum renuntiatione, *Buratt. decis. 336. n. 8.* debet tamen probari incontinenti, *Salust. Tib. d. lib. 1. c. 35. n. 5. in fin.*

I Mandatum non potest expediri † nisi elapso
57 termino in decreto, & intimatione contento, alias si expediatur, vel relaxetur termino, vel dilatione pendente quovis modo, est nullum, nam dilatione pendente officium judicis conquiescit, *l. sive pars C. de dilat. Salust. Tib. d. lib. 1. c. 31. num. 6. Vant. de null. def. ct. jurisd. ord. num. 15. & seq. Vestr. in Prax. lib. 7. cap. 1. num. 15. Gravat. ad Vestr. lib. 5. cap. 9. num. 2. & seq. Cavaler. decis. 42. n. 5. & dec. 69. num. 4. Buratt.*
58 *decis. 812. num. 3.* est tamen cautela, ubicumque dilatio fuit à judice concessa, ut si revocari possit, revocetur ante sententiæ relationem, vel mandati relaxationem, ad evitandam nullitatem, *Vant. de null. def. jur. ord. d. num. 157. Vestr. d. lib. 7. cap. 1. num. 16. & seq. Gravat. ad Vestr. d. lib. 4. c. 9. n. 3.*

L Vigore mandati de auferendo non est proce-
59 dendum ad immissionem in possessionem, *Salust. Tib. in Prax. lib. 1. cap. 44. num. 6. Rot. decis.*
60 *185. n. 2. par. 6. recent.* cum † executio fieri debeat ad effectum licitationis, & subhastationis, *Seraph. decis. 937. num. 2.* & alias creditor non efficitur Dominus, nec possessor, sed nudus detentor, qui nec etiam facit fructus suos, *Salust. Tib. lib. 1. cap. 44. n. 6.*

61 Nec potest fieri executio super bonis debitoris penes tertium possessorem existentibus, *Buratt. decis. 133. num. 1.* etiamsi alienatio in tertium possessorem sit facta lite pendente, si fuit actum actione personali, *Buratt. decis. 204. num. 1.*

62 Sed in hac materia distinguendum est, prout magistraliter distinxit *Rota in Romana usus-fructus 15. Iulij 1632. coram bo. mem. Pirovano, & in Romana Vineæ 15. Decembris 1632. coram Reverendissimo Vergellen quæ est int. impr. ejusdem decis. 364.* Nam aut alienatio fuit facta ante motam litem, aut post. Si ante, sive sit actum actione personali, sive reali, non potest contra tertium possessorem procedi via executiva: sed si alienatio fuit facta in fraudem, est prius agendum rescissoria, juris ordine servato, *Bald. in l. ob Maritorum num. 7. vers. aut in fraudem creditoris, C. ne uxor. pro marit.* cum aliis cumulatis per *Rot in d. Rom. usus-fructus 5. Iulij 1632. coram bo. me. Pirovano vers. primus est.*

63 Si verò † alienatio fuit facta in tertium possessorem post litem motam, tunc aut fuit actum actione reali, aut personali, aut in rem scripta. Si fuit actum actione reali, prout quando quæstio est super dominio, tunc sive jus exequendi sit in esse deductum per sententiam latam, sive in actu deducendi per litem motam ob vitium litigiosi, quod per litis contestationem contrahitur, *l. ult. C. de oblig.* Si tertius possessor habet causam ab eo contra quem jus exequendi oritur, illud transit in tertium possessorem *Bart. in l. creditores num. 23. vers. secundo in casu C. de pignor.* cum aliis allegatis per *Rot. in dicta Romana usus-fructus vers. secundus casus, coram bo. mem. Pirovano Decano.* Aut
64 fuit actum † actione personali, prout si actum fuit ad pecuniam, vel actum fuit Hypothecaria, quæ & ipsa in effectu tendit ad pecuniam, & in quibus vitium litigiosi non contrahitur. Et tunc si agitur de executione sententiæ latæ, aut non constat, quod alienatio post sententiam fuerit acta in fraudem paratæ], vel ceptæ executionis, vel missionis, & non potest fieri executio contra tertium, sed agendum est prius via ordinaria, *Bart. in l. creditores num. 23. vers. circa hoc igitur do talem doctrinam, C. de pignor. late Rot. in dicta Romana Usus fructus vers. tertius est casus,*

65 *coram Pirovano.* Aut constat, † quod alienatio fuit facta in fraudem paratæ executionis, & sic judicialis authoritatis, & tunc non est necesse agere rescissoria, sed potest fieri executio recta via contra tertium possessorem, sive actum fuerit actione personali, sive reali, *Bart. in d. l. creditores num. 23. vers. aut habet causam ab eo, latè Rot. in dicta Romana Vsufr. ctus vers. 3. est casus, coram bo. mem. R.P.D. Pirovano, Buratt. decis. 166. num. 1. & seqq.*

66 Cæterum quando fuit actum actione personali plenius distinxit *Rot. in d. Rom. Vineæ coram Rever. D. Vrcellen. dec. 364.* Nam aut fuit relaxatum mandatum executivum vigore obligationis cameralis, aut sententiæ, & rei judicatæ, quæ & ipsa habet executionem paratam, & non fuit ulterius processum, nec facta executio, & tunc nisi probetur tertium possessorem, qui emit post relaxatum mandatum, habuisse notitiam litis, & quod debitor tunc erat inops, vel quod tunc debitor non habebat alia bona, licet notitia litis non probetur, non potest procedi ad ulteriora contra tertium in executione, sed agendum est rescissoria, vel alia via ordinaria, latè *Duran. d. decis. 364. num. 22. cum pluribus seqq. Ferentil. ad Buratt. decis. 917. n. 9. & seq.*

67 Aut post relaxatum mandatum fuit deventum ad ulteriorem executionem, & tunc aut fuit processum per viam pignoris judicialis, aut per viam pignoris prætorii: si per viam pignoris judicialis, ut quia facta fuerit executio ad instantiam creditoris per officiales curiæ in aliqua re stabili debitoris non debita, ad effectum litigationis, & subhastationis juxta praxim quam ponit *Sal. Tib. lib. 1. c. 41.* quod proprie dicitur pignus judiciale, & non prætorium, & de quo loquitur *tit. C. si in caus. jud. pig. cap. fuer.* & tunc aut hujusmodi pignus de tempore alienationis in tertium possessorem non erat adhuc positum sub hasta, & non potest contra tertium ad ulteriora via executiva procedi, nisi vel probetur scientia litis de tempore alienationis, seu paratæ executionis, vel quod pendente lite debitor non habuit alia bona, super quibus possit fieri executio latè, *Duran. d. decis. 364. n. 29. & seqq. Ferentill. ad Buratt. d. decis. 917. n. 11. & seq.* aut † hujusmodi

68 Pignus de tempore alienationis in tertium erat positum sub hasta, & tunc contra tertium potest ad ulteriora in executione procedi, absque eo quod agatur revocatoria, aut alias via ordinaria *Ferentill. ad Buratt. d. decis. 917. n. 7.* ubi plures cumulat, & dicit omnes in hoc convenire.

69 Si verò fuit processum per viam pignoris prætorii, quod non dicitur capi ut judiciale, sed creditori dari, de quo pignore loquitur *statut. urbis lib. 1. cap. 194.* & ibi *Ferzon.* tradit *& de quo tit. ff. de bon. aut. judic. possid. & C. de pignor. præt.* cum pignus prætorium non solum dicatur, quando creditor facit se immicti ante sententiam in debitoris non comparentis contumaciam, ut per *Ferzon. ad Stat. urb. d. c. 194. n. 2.* Sed etiam quando datur ei immissio vigore mandati executivi, seu rei judicatæ, ut per *Duran. d. decis. 364. num. 35. Rot. decis. 185. num. 3. par. 6. recent.* Et tunc aut quis

70 fuit tantum immissus † in possessionem ex primo decreto, quod in actione personali solum transfert commodum corporalis detentationis, & possessionis causa custodiæ, ut per *Marant. de ordin. jud. par. 7. principali in secundo membr. tit. de contum. n. 12. Papien. in form. resp. rei convent. in verb. in termino, n. 14. Duran. d. decis 364. n. 46.* adeo quod sic immissus non efficitur verus possessor, nec facit fructus suos, ut per *Duran. d. decis. 364. n. 49.*

71 Et tunc † si capto hujusmodi pignore prætorio bona pignorata alienantur in tertium possessorem, An possit contra tertium in hoc casu procedi via executiva ad ulteriora, sunt contrariæ opiniones DD. & secundum veriorem sententiam, quam tenet Rota, non potest agi, nec procedi ad ulteriora in hoc casu in executione contra tertium, sed agendum est prius rescissoria, vel alias via ordinaria, nisi ut supra probetur notitia litis, seu immissionis, vel quod debitor lite pendente non habuit alia bona, *Durand. d. cta decis. 364. num. 33. & num. 40. & seqq. & decis. 447. num. 1. & seq. Ferentill. ad Buratt. decis. 917. num. 13. vers. contrariam.*

72 Aut quis fuit immissus non solum ex primo, sed etiam ex secundo decreto, quod transfert veram possessionem, & dominium, *Marant. de ord. judic. dicto secundo memb. tit de contum. num. 12. vers. secundum Papien. in forma resp. rei in verb. in termino n. 14. vers. secundum,* adeo quod sic immissus facit fructus suos, *Duran. d. decis.*

73 *364. n. 36.* Et † tunc si alienatio fiat in tertium, nisi possessor in continenti doceat de jure suo aliunde quam ex facto debitoris, qui alienavit, licet res hujusmodi alienata non fuerit adhuc posita sub hasta, nihilominus potest ad ulteriora procedi contra illum in hoc statu causæ cementem, nec opus est alia rescissoria, *Duran. decis. 364. n. 15. Ferentill. ad Buratt. d. decis. 917. n. 7.* multo minus agendum erit rescissoria, si res erat etiam posita sub Hasta, *Duran. d. decis. 364. n. 14.*

74 Aut denique fuit actum actione personali in rem scripta, prout est illa, quæ competit pro fructibus censuum, super Vinea seu alia re stabili impositorum, non solutis, & tunc idem juris est, quod in actione reali, ut possit ad ulteriora contra tertium executive procedi absque rescissoria, *Mant. decis. 7. num. 2. & seq. Ferentill. ad Burat. d. decis. 917. n. 9. vers. non obstat.*

SVMMARIVM CAP. VII.

1 *Exceptio declinatoria debet opponi ante consensum in jurisdictionem.*

2 *Protestatio super incompetentia, & ejus Formula.*

3 *Protestatio, & oppositio incompetentiæ, & ejus formula in casu, in quo est opus apponere etiam alias exceptiones sub conditione.*

4 Iu-

4 Iudex in dubio se judicat competentem.
5 Citatio ad dicendum contra facultates, & videndum reassumi causam, & ejus formula, ac processus coram A.C.
6 Protestatio, & oppositio pendentiæ litis extra tribunal coram A.C. & ejus formula.
7 Citatio ad dicendum contra facultates, & videndum reassumi causam ab A.C. coram primo collaterali, & ejus formula, ac processus.
8 Citatio ad dicendum contra facultates, & videndum reassumi causam coram Vicario, & ejus formula, & processus.
9 Citatio ad dicendum contra facultates, & videndum reassumi causam coram Gubernatore, ejusque formula, & processus.
10 Qui primo obtinuit inhiberi, spreta exadverso inhibitione, potest citare ad videndum declarari incidisse in pœnis.
11 Citatio ad videndum declarari incidisse in pœnis, ejusque formula, & processus.
12 Si pars primo obtinet inhiberi, cautius est, citare ad videndum reponi coram eo, qui inhibuit.
13 Citatio ad videndum reponi, & remitti causam, ejusque formula, & processus.
14 Si non est spes repositionis, cautius est citare coram Eminentissimo Signaturæ præfecto, ad videndum remitti causam.
15 Citatio coram præfecto signaturæ ad videndum remitti causam, inhiberi, ejusque formula, & processus.
16 A decreto Eminentissimi præfecti signaturæ non potest appellari.
17 Citatio coram Eminentissimo signaturæ præfecto ad videndum reponi, ejusque formula, & processus.
18 Obspretum inhibitionis Eminentissimi præfecti citatur coram eo, ad videndum declarari incidisse in pœnis.
19 Citatio ad videndum declarari incidisse in pœnis coram Eminentissimo præfecto signaturæ, ejus formula, & processus.
20 Iudex parti suspectus in tribunali A. C. allegatur suspectus coram A.C. met.
21 Protestatio super suspicione judicis coram A. C. met, & illius formula.
22 Citatio ad concordandum de alio judice in locum suspecti allegati coram A.C. met, & illius formula, ac processus.
23 Citatio ad dandum listam confidentium coram A.C. met, & ejus formula, & processus.
24 Alia citatio ad dandum listam confidentium, ejusque formula, & processus.
25 A. C. est judex inter ejus locumtenentes de jurisdictione contendentes.
26 Citatio coram A.C. met, ad videndum remitti causam ad alterum ex locumtenentibus, & ejus formula, & processus.
27 A.C. vel ejus locumtenens judicat inter Notarios, & remittit causam ad eum, per cujus acta fuit prius in tribunali introducta.
28 Citatio ad videndum remitti causam ad Notarium, per cujus acta fuit præventum, ejusdem formula, & processus.
29 A.C. si nolit judicare inter ejus Notarios, remittit causam ad eorum Mensarium.
30 Citatio coram mensario ad videndum remitti causam, ejusque formula, & processus.
31 Notarius A. C. potest allegari suspectus coram Decano, qui alium extrahit in ejus locum.
32 Exceptio quid sit, & quotuplex.
33 Exceptio declinatoria tripliciter consideratur, & judex incompetens tripliciter dici potest.
34 Iudex effectus cæcus retinet officium jam ante acquisitum.
35 Iudex incompetens ratione naturæ causæ quomodo dici possit.
36 Iudex in causa propria nemo esse potest.
37 Papa potest esse judex in causa propria.
38 Episcopus potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ.
39 Episcopus non potest esse judex in causa, quæ spectat ad eum jure proprio, secus si jure Ecclesiæ, vel dignitatis.
40 Actor sequitur forum rei.
41 Exceptio declinatoria debet opponi ante consensum in jurisdictionem.
42 Exceptio reddens judicium retro nullum, potest opponi quandocumque.
43 Exceptiones dilatorias, & peremptorias opponens videtur consentire in jurisdictionem.
44 Satisdatio de judicio Sisti, & petitio copiæ libelli non inducunt consensum in jurisdictionem.
45 Substitutio procuratoris non inducit consensum in jurisdictionem.
46 Exceptio declinatoria, & deinde aliæ sunt proponendæ.
47 Exceptionibus omnibus simul oppositis, censetur primo opposita declinatoria.
48 Exceptiones declinatorias, in primis, & deinde alias sub conditione opponere, cautius est.
49 Iudex procedens ad ulteriora censetur rejecisse exceptiones declinatorias.
50 Pars non appellans ab ulteriori processu censetur judicem tacite approbasse.
51 Sequentes Rom Curiam, & Forenses in urbe degentes sunt sub jurisdictione A. C.
52 Declinatoriam opponens debet protestari, se non consentire in jurisdictionem, nisi, & quatenus.
53 Protestatio citra consensum, & nisi, & quatenus debet repeti in unoquoque actu, alias censetur recessum ab ea.
54 Exceptio incompetentiæ non retardat executionem obligationis camerarius, ideo cautius est citare ad videndum ressumi.
55 Iudicium, ubi est cœptum, ibi finem accipere debet.
56 Processus coram secundo judice valet, nisi fuerit opposita declinatoria, & appellatum ab ulteriori processu, quatenus &c.
57 Civis quis sit, & quomodo civis quis efficiatur.
58 Cives ex privilegio sunt veri cives, & gaudent privilegio statuti, si in urbe degunt, & sustinent onera.
59 Cives Romani non possunt conveniri nisi in curia Capitolina.
60 Si Romanus sit obligatus in forma Cam. est locus præventioni inter A.C. & curiam Capitolinam.
61 Incola quis sit.
62 Incolatus quomodo contrahatur.
63 Incolatus non acquiritur sine animo, etiam si quis habitaret in loco per mille annos.
64 Protestatio, quod quis non intendit acquirere incolatum, debet esse clara, alias non relevat.

65 Re-

65 Roma est patria communis.
66 Romæ facilius contrahitur domicilium, quam alibi.
67 Curiales, & sequentes Romanam curiam non acquirunt in urbe domicilium, & quare.
68 Curialis ex quibus dicatur acquirere domicilium in urbe.
69 Curialis licet conjecturis dicatur acquisiviſſe in urbe incolatum, non tamen eſt ſubjectus foro Capitolino.
70 Advena, qui ſe incolam expreſſe fatetur, vel cauſam in curia Capitolina fecit reaſſumi, pro incola habendus eſt.
71 Inter cives, & incolas quoad privilegium fori non eſt differentia.
72 Incola urbis poteſt conveniri tantum in curia Capitolina, niſi ſit incola, curialis vel campſor, non civis.
73 Si incola eſt obligatus in forma cameræ, eſt locus præventioni inter A. C. & curiam Capitolinam.
74 Inter duos judices privativè quoad alios de jurisdictione contendentes, videtur eſſe locus præventioni.
75 Eminentiſſimus Cardinalis Vicarius S. D. N. Papæ eſt judex ordinarius in Romana curia.
76 Si Clerici Romani, & loca pia in forma cameræ obligata reperiantur, eſt locus præventioni inter A. C. & Vicarium Papæ.
77 A. C. eſt judex Hebræorum in forma cameræ obligatorum privativè quoad alios præterquam in litibus dependentibus ab alijs tribunalibus.
78 Cardinalis Vicarius inter, & contra Hebræos, eſt judex privativè quoad alios, niſi agatur vigore obligationis cameralis.
79 Cardinalis Vicarius eſt judex inter Hebræos activè, & paſivè, ſed inter alios, & Hebræos paſive, tantum.
80 Eminentiſſimus Cardinalis camerarius eſt judex Hebræorum Bancheriorum.
81 Clericus in minoribus non gaudet privilegio fori, niſi incedat in habitu, & tonſura, & ulterius habeat beneficium, vel inſerviat Eccleſiæ.
82 Clericus in minoribus incidens in habitu, & tonſura, licet non gaudeat privilegio fori, niſi inſerviat Eccleſiæ, gaudet tamen omnibus aliis privilegiis clericalibus.
83 Declarationes ſacræ congregationis concilij habent vim legis, & faciunt jus quoad omnes, prout ipſi ſacri Canones.
84 Declarationes ſacræ Congregationis Concilij ligant in utroque foro etiamſi non ſint publicatæ.
85 Declarationes aliarum Congregationum æquiparantur declarationibus Congregationis concilij.
86 Rota ſolet ſemper deferre declarationibus ſacræ Congregationis, & illis acquieſcere.
87 Paria ſunt forum ſortiri & ſtatutis ligari.
88 Clericus, qui ſortitur forum laicale, ligatur ſtatuto laicali in ordinariis, ſecus in deciſortis.
89 Illuſtriſſimus Gubernator urbis eſt judex ordinarius Romanæ curiæ, & quidem in cauſis mercedum privative quoad alios.
90 Signatura quomodo reſcribat in cauſis mercedum quando appellatur à ſententia gubernatoris.
91 Cauſæ mercedis, in quibus quis non auditur, niſi facto depoſito, in Tribunali Gubernatoris, ſunt tantum, quando agitur de mercede menſtruæ, vel diurna.
92 Judices ordinarij in Romana curia ſunt multi, & inter eos ſæpe eſt de jurisdictione contentio.
93 Cardinalis camerarius eſt judex ordinarius Romanæ curiæ, & habet jurisdictionem in concernentibus intereſſe cameræ.
94 Camera ſit coram camerario bis in hebdomada in diebus Rotalibus.
95 Cameræ præſunt duodecim clerici, qui habent jurisdictionem tantum in concernentibus intereſſe cameræ.
96 Clerici cameræ habent jurisdictionem omnes collegialiter non ut ſinguli, & faciunt unum tribunal ad inſtar auditorum rotæ.
97 Camera per ſe reſcribit in cauſis cameralibus, & appellationum à ſententijs cameralium.
98 Clericus menſarius ſcribit propoſitiones, & Decanus cauſas diſtribuit in plena camera, & n. 99.
99 Clerici, præfecti, & præſidentes quot, qui ſint in Camera, & in quibus conſiſtat eorum jurisdictio.
100 Illuſtriſſimus Theſaurarius Sanctiſſ. D. N. Papæ judex ordinarius Romanæ curiæ, & Spoliorum in Italia, in quibus habeat jurisdictionem.
101 Soldanus Turris Nonæ, & Mareſciallus urbis, ſeu curiæ Sabellorum ſunt judices pedanei, & quam jurisdictionem habeant.
102 Judex Burgi eſt judex habitantium in Burgo, & quas cauſas ab eo reaſſumat A. C.
103 Judex Fabricæ S. Petri eſt judex ordinarius, & cognoſcit cauſas Fabricæ ſummarie.
104 Judices locorum piorum ſub jurisdictione Vicarij Papæ non exiſtentes, ſunt judices privative quoad alios, & privilegia inter eos conquaſſantur.
105 Judices Baſilicarum in eorum franchis, as perſonarum illis inſervientium erant olim judices privative, quoad alios activè, & paſivè.
106 Judices Baſilicarum hodie ſunt judices privativè activè, & paſivè, quando agitur de intereſſe Baſilicarum, alias ſecus ex conſtitutione S. D. N.
107 Inter Baſilicas eſt locus præventioni ex eadem conſtitutione Sanctiſſimi, & proœmiſione cauſarum aditur Præfectus ſignaturæ Sanctiſſimi.
108 Cauſæ in Rota committuntur omnes per reſcriptum ſignaturæ juſtitiæ, nec poſſunt ab A. C. reaſſumi, ſed pro avocatione debet aditri ſignatura.
109 Actor, qui commiſit cauſam in rota, ſi agitur vigore obligationis cameralis, poteſt variare & agere coram A. C. ſi reus fuit contumax.
110 Auditores rotæ ſunt duodecim, & dicuntur Capellani Papæ, & quare n. 111.
111 Summus Pontifex olim ſeorſum à Senatu cauſas ex univerſo orbe confluentes in ſua Capella ad relationem doctiſſimorum virorum per ſeipſum decidebat.
112 Auditores rotæ cur auditores cauſarum ſacri Palatij appellati.
113 A. C. reaſſumit cauſas ab omnibus judicibus ordinariis Romanæ curiæ juxta ejus facultates, non tamen à judicibus Baſilicarum, dum agitur de earum intereſſe.
114 Cauſa infra ſummam ſcutorum undecim, non poſſunt reaſſumi.

115 *Causa non potest reassumi si fuit consensum in jurisdictionem.*

116 *Eminentissimus Card. Præfectus Signaturæ judicat manu regia inter tribunalia urbis, quando est de jurisdictione contentio.*

117 *Exceptio judicis suspecti est opponenda ante consensum in jurisdictionem, & potest opponi sub conditione.*

118 *Mandatum speciale requiritur ad allegandos judices, & Notarios suspectos, licet quandoque tacita ratificatio sufficiat.*

119 *Mandatum satis speciale dicitur ad allegandum aliquem suspectum, si in eo sit clausula generalis, ad judices, & Notarios suspectos allegandum.*

120 *Comparens coram judice allegato suspecto sine protestatione, vel cum protestatione contraria facto, censetur à recusatione recedere.*

121 *Quilibet judex potest suspectus allegari, etiam ordinarius, præsertim de jure Canonico.*

122 *De jure civili judex ordinarius non potest in totum recusari, sed datur ei adjunctus.*

123 *Signatura subrogat aliquando judices in locum suspectorum, tam in curia, quam extra.*

124 *Judice suspecto allegato, si exadverso proceditur ad ulteriora, processus est nullus, etiam si non appelletur de jure civili, secus de jure Canonico.*

125 *Causa suspicionis non est coram judice suspecto exprimenda de jure civili, sed benè coram arbitris, secus de jure Canonico.*

126 *Causa suspicionis de jure civili probatur juramento, secus de jure Canonico.*

127 *Causa suspicionis Arbitri, Consultoris, Notarij, Procuratoris, & delegati, probatur juramento, etiam de jure Canonico.*

128 *Causa suspicionis justa, quæ sint, remissivè.*

129 *Judex semel approbatus non potest sine nova causa allegari suspectus.*

130 *Notarius, pernius, & similes, semel approbati, non possunt sine nova causa allegari suspecti.*

131 *Judex tribunalis A. C. quomodo allegetur suspectus, & alius ejus loco deputetur.*

132 *Clericus cameræan, & quomodo possit allegari suspectus, ut alius ejus loco deputetur.*

133 *Camera non allegatur suspecta, sed Clericus ejus causa, vel eius conjuncti usque in quartum gradum discutitur debet è Camera recedere.*

134 *Rota non allegatur suspecta, sed auditor, dum agitur de ejus, vel ipsius Conjunctis interesse, amovetur à Rota, idem in signatura.*

135 *Judex in Romana curia altera parte absente datur ad petitionem alterius, secus utraque parte petente.*

136 *A. C. deputat judicem ex officio, non ad petitionem partis, idem observat Regens Cancellariam in commissionibus in curia.*

137 *Dispositio cap. oblatæ de app. non habet locum in curia, & quare.*

138 *In curia A. C. citatur ad concordandum de alio judice, alias videndum deputari ex officio ex praxi.*

139 *Notarius potest allegari suspectus medio juramento, si adest mandatum speciale.*

De exceptione declinatoria Pars Prima. Cap. VII.

1 SI quis conventus fuerit coram judice competente, poterit opponere exceptionem fori declinatoriam, A quæ tamen opponenda venit ante consensum in jurisdictionem, nam B post consensum opponi amplius non potest. B, C Unde, si quis Forensis C, in forma cameræ obligatus, conveniatur in curia Capitolina, vel alia incompetente, poterit protestari in actis judicis incompetentis, & opponere dictam exceptionem ut infra, videlicet.

2 Pro NN. contra NN.

In officio NN. citra consensum in jurisdictionem, nisi si, & quatenus D de jure teneatur, & non alias, aliter, nec alio modo &c. ita quod potius pereat actus, quam protestatio, quæ intelligatur repetita in principio, medio, & fine præsentis E actus, & comparitionis, & cujusvis alterius, E quem, seu quam in futurum fieri contigerit &c. Dixit de se Forensem, prout docuit per fidem tenoris &c. & fuisse actum vigore obligationis Cameralis (vel causam pendere per acta NN. coram NN. & fuisse consensum in jurisdictionem) ideo petiit causam remitti ad dictam curiam, & ad suum judicem & nihil innovari in præsenti curia, alias protestatus fuit de nullitate, & aliis licitè protestandis omni &c.

Cæterum, si aliqua ratione sit necesse opponere etiam alias exceptiones dilatorias, vel peremptorias, poterit fieri protestatio hoc modo, videlicet.

3 Pro NN. contra NN.

In officio NN. citra &c. nisi si & quatenus &c. ita quod &c. & dixit causam esse remittendam ad curiam NN. per acta NN. attento (*hic inseratur ratio, ob quam remissio petenda fuit*) & ideo protestatus fuit nihil fieri, nisi coram dicto NN. per dicta acta NN. & nisi prius pronunciatio super dicta incompetentia, alias &c. & his salvis, & non aliis &c. ita quod &c. & quatenus D. NN. coram quo dictus comparens convenitur, sit judex competens, quod non creF ditur, tunc & eo casu, & sub tali conditione, F & non alias, aliter, nec alio modo &c. contra prætensa jura, seu prætensum creditum, & petita ex adverso opponit omnes exceptiones generales, & quæ sub generalium appellatione quovis modo comprehenduntur, salvo jure &c. omni &c.

Et sicut possunt, ut supra, juxta dictam cautelam, sub conditione opponi exceptiones generales, ita quoque poterunt opponi speciales, si opus fuerit

4 Sed quoniam judex in dubio semper judicabit se competentem, ideò melius erit citare adversarium coram judice, qui prætenditur competens, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

5 Citetur NN. ex adverso principalis ad dicendū con-

contra facultates (*& si adest etiam litis pendentia*, adde *ad dicendum contra litis pendentiam, & facultates*) Illustrissimo D. A. C. concessas, necnon videndum reassumi causam à curia Capitolina (*seu alia secundum facti contingentiam*) attento, quod instans est forensis, & agitur vigore obligationis cameralis (*& si adest alia ratio opportuna, ob quam remissio prætenditur prout præventio, consensus in jurisdictionem, & hujusmodi, illa inseratur*) & sibi inhiberi ad statim, ne audeat instantem amplius citare, nec quicquam attentare, vel innovare in dicta curia NN. sub pœnis scut. 500. & pro illis mandati executivi, & aliis arbitrio Domini, & excommunicationis in subsidium &c. ad statim, seu ad p. d. & interim quandocumque, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus reassumpsit causã, & inhibuit, & alias prout in actis. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

6 Exadverso si Romanus prætendat causam remanere debere in curia Capitolina, poterit protestari hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. citra consensum &c. nisi si &
G quatenus &c. dixit causam pendere *G*, in curia
H Capitolina, & esse inter cives, *H* & Incolas, *I*,
I ideo non posse reassumi & quatenus opus sit, esse potius remittendam ad d. curiam Capitolinam, & suum judicem, ideo &c. alias &c.

Clericus verò, vel alius privilegiatus, & quilibet alius poterit protestari, allegando rationes, ob quas causa non potest reassumi, sed potius debet remitti ad suum judicem, secundum factorum contingentias, mutatis mutandis: sed quia judex, ut dictum est, in dubio solet pronunciare se competentem, ideò si reassumit, vel non vult remittere, vel non sit spes remissionis, Romanus poterit citare coram suo judice hoc modo, videlicet.

Primo Collaterali.

7 Citetur NN. exadverso principalis ad dicendum contra litis pendentiam, & facultates (*si litis pendentia adsit*) sin minus contra facultates inclyto populo Romano concessas, necnon videndum reassumi causam à Curia A. C. attento quod agitur inter cives, & incolas, & fuit præventum in curia Capitolina, & sibi inhiberi ad statim, sub pœnis arbitrio Domini, ne audeat aliquod mandatum suscipere, aut exequi facere, aut quicquam innovare contra instantem in d. Curia A. C. & decretum opportunum fieri ad statim seu ad p. d. & interim &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Clericus verò si prætendit causam remanere
L debere coram eminentissimo Vicario *L* suo judice, poterit citare hoc modo, videlicet,

Eminentissimo Vicario.

Citetur NN. exadverso principalis ad dicendum contra facultates Eminentiss. D. Vicario concessas (*& litis pendentiam, si adest*) necnon videndum reassumi causam à curia A. C. attento quod instans est Clericus Romanus, & fuit præventum, & consensum in jurisdictionem Eminentissimi Vicarii, & sibi inhiberi ad statim, nè audeat mandatum suscipere, aut exequi facere, aut quicquam innovare in curia A. C. contra instantem, sub pœnis arbitrio Domini ad statim, seu ad p. d. & interim &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Si vero actum fuit occasione mercedis, poterit quis citare coram Illustrissimo Gubernatore
M M hoc modo videlicet.

Gubernatore.

9 Citetur NN exadverso principalis ad dicendum contra facultates Illustriss. D. Gubernatori urbis concessas, & videndum reassumi causam à Curia A. C. attenta prævention, & causa mercedis, & sibi inhiberi ad statim, nè audeat quicquam innovare in d. Curia A. C. sub pœnis arbitrio Domini ad statim, seu ad p. d. & interim. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Et sic de singulis, Nam quilibet secundum facti contingentiam poterit citare coram suo
N Judice N ad videndum reassumi, ut supra, mutatis mutandis, & pars adversa protestari, si vult, citra consensum &c. & si obtineatur decretum, poterit fieri solita intimatio in forma, ut supra.

10 Verùm quia ille, qui primò obtinuit inhiberi ab A. C. (*seu alio*) poterit citare ad videndum declarari se incidisse in pœnis, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

11 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum declarari se incidisse in pœnis in inhibitione contentis, & decerni, & relaxari mandatum de capiendo, & aliud necessarium, & opportunum ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Et obtinebit decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus relaxavit mandatum de capiendo, & alias, prout in actis. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

12 Idcirco ne quis inter jurisdictiones comprimatur, ad evitanda inconvenientia, quando adversarius obtinuit primò inhiberi, poterit citare coram illo qui primò inhibuit, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

13 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum justantem reponi à quocumque prætenso decreto præjudiciali, & remitti causam ad curiam NN. attento quod (*hic inseratur ratio, ob quam prætenditur remissio*) & decretum necessarium, & opportunum fieri ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decre-

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam, & alias prout in actis inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

14 Sed ſi judex non vult cauſam remittere, vel non ſit ſpes remiſſionis, cum in dubio judices cauſas non remittant, ut evitentur inconvenientia, & damna, cautius erit citare coram O Eminentiſſimo Signaturæ Præfecto, O qui judicat inter tribunalia, hoc modo, videlicet.

Eminentiſſimo Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto, ſive illius D. Auditore.

15 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum remitti cauſam ad curiam Capitolinam attenta prævention e, & lite inter Romanos (vel ad curiam Eminentiſſimi Vicarii, attento quod inſtans eſt Clericus Romanus, & fuit præventum, vel ad curiam Illuſtriſſimi Gubernatoris, attenta cauſa mercedis, vel ad aliam (ſecundum facti contingentiam) & ſibi inhiberi ad ſtatim, ne audeat quicquam attentare, vel innovare in curia A. C. (ſeu alia ſecundum facti contingentiam) ſub pœnis ſcut. 500. & aliis arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim &c. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Eminentiſſ. Sign. Iuſtitiæ Præfecto, ſive &c.

Intimetur NN exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam, & inhibuit, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

16 Quod ſi quis ſenſerit ſe gravatum, non poterit citare, niſi coram eodem ſignaturæ juſtitiæ præfecto, ſeu illius auditore ut infra, quia ab ejus decreto non datur appellatio, aut recurſus, ex Reformatione ſan. mem. Pauli V.

Signaturæ juſtitiæ præfecto, ſive &c.

17 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum reponi inſtantem à quocumque prætenſo decreto præjudiciali, & remitti cauſam ad NN. ſuum judicem, attento quod *(inſeratur ratio)* & ſibi inhiberi ad ſtatim, ne audeat quicquam innovare coram NN. ſub pœnis arbitrio Domini, ad ſtatim, ſeu ad p. d. & interim &c. inſtante NN. principali, ſive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Signaturæ juſtitiæ præfecto, ſive &c.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus remiſit cauſam, & inhibuit, & alias prout in actis. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

18 Quod ſi quis in ſpretum inhibitionis procedit ad ulteriora coram alio judice à quo cauſa fuit, ut ſupra, à præfecto ſignaturæ avocata, citatur hoc modo, videlicet.

Signaturæ juſtitiæ præfecto. ſive &c.

19 Citetur NN. exadverſo principalis ad videndum declarari incidiſſe in pœnis in inhibitione contentis, & revocari attentata in ſpretum Signaturæ, ac decerni, & relaxari mandatum de capiendo, & aliud neceſſarium, & opportunum ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Signaturæ juſtitiæ Præfecto, ſive &c.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus relaxavit mandatum de capiendo, & alias, prout in actis. Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

20 Cæterum ſi tribunal A. C. ſit quidem competens, ſed judex coram quo fuit cœptum judiciũ ſit alteri parti ſuſpectus, allegatur ſuſpectus in actis coram A. C. met, hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

21 In officio NN. medio juramento tactis &c. P allegavit ſuſpectum P & ſuſpectiſſimum R. p. d. NN. attento quod propalavit animum ſuum Q Q *(vel attenta alia ratione contingente)* ideo proteſtatus fuit nihil fieri, niſi concordato de alio judice, alias de nullitate &c.

Deinde citatur coram ipſo met Illuſtriſſimo D. A. C. hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

22 Citetur NN. exadverſo principalis ad concordiam de alio judice in locum NN. ſuſpecti allegati, & dandum liſtam confidentium, & diffidentium, quatenus &c. alias videndum per R Dominum deputari ex officio R & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum. Si pars eſt contumax, vel non concordet, obtinetur, videlicet.

NN. Petiit ut ſupra. Ex tunc Illuſtriſſimus Dominus mandavit dari liſtas, niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit dari liſtas, & alias prout in actis Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Deinde citatur hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

23 Citetur NN. exadverſo principalis ad dandam liſtam confidentium & diffidentium, quatenus &c. alias videndum per Dominum deputari judicem ex officio, quibuſcumque non obſtantibus ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum. Si partes concordarunt.

NN. Petiit ut ſupra. Ex tunc Illuſtriſſimus D. deputavit in judicem NN. de conſenſu partibus præſentibus *(ſi partes ſint præſentes)* vel cum intimatione *(ſi citatus ſit abſens)* omni &c.

Si vero partes non concordantur, decretum obtinetur, videlicet.

NN. Petiit ut ſupra, Ex tunc Illuſtriſſimus D. deputavit in judicem NN. niſi ad primam diem cum intimatione omni &c.

Sed ſi quando quis fuit citatus ad concor-

dandum de judice , fuit obtentum decretum non nisi ad p. d. sed cum intimatione simpliciter tunc intimatur, & citatur hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

24 Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. mandavit dari listas, & alias, prout in actis, ideo citetur idem ad illam dandum , alias videndum per Dominum deputari judicem ex officio, quibuscumque non obstantibus, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum, si partes non concordant, ut supra.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra deputari in judicem NN. nisi ad p. d. cum intimatione omni &c.

Et in quolibet dictorum casuum sit solita intimatio, videlicet.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. deputavit judicem, & alias prout in actis Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

25 Quod si causa fuit cœpta per acta alicujus Notarii coram uno ex locumtenentibus, & deinde quis citatur coram alio locumtenente per acta alterius Notarii, quia inter locumtenentes ipsemet A. C. est judex , si inter eos de jurisdictione sit contentio, citatur pars adversa coram A. C. Met hoc modo, videlicet.

A. C. Met.

26 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum remitti causam ad R. P. D. NN. per acta inscripti Notarii, attenta litis pendentia, & præventione coram eo , & sibi inhiberi ad statim sub pœnis arbitrio Domini, ne audeat instantem citare, nisi coram d. D. NN. per acta infrascripti Notarii, & decretum necessarium, & opportunum fieri ad p. d. Instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. Met.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. remisit causam, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

27 Si verò quis citat coram eodem locumtenente, sed per acta alterius Notarii, citatur coram eodem locumtenente, ad videndum remitti causam ad primum Notarium , coram quo causa pendet, & prius fuit introducta hoc modo, videlicet.

A. C. N.

28 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum remitti causam ad D. NN. Notarium infrascriptum, attento quod fuit præventum, & causa pendet per illius acta, fuit præventum, & Notarium, & decretum necessarium, & opportunum fieri ad d. p. instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali qualiter Dominus remisit causam, & alias, prout in actis. Instante NN. principali , sive &c.

N. Notarius.

29 Quod si judex nolit judicare inter Notarios, ut aliquando occurrit , & remittat causam ad D. Mensarium Notariorum Tribunalis, qui illo mense juxta Turnum retinet Sigillum ipsius A. C. Met. vel etiam si quis potius coram Mensario, quam coram judice ad id citare velit, poterit citare, hoc modo, videlicet.

Mensario.

30 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum remitti causam ad inscriptum Notarium attenta præventione, & consensu in illum , & decretum necessarium, & opportunum fieri, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Mensario.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. remisit causam , & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

31 Sed si quis citat per acta Notarii, qui est parti suspectus , allegatur suspectus d. Notarius in actis Decani eorumdem Notariorum, hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. allegavit suspectum, & suspectissimum NN. Connotarium & totum ejus officium medio juramento tactis &c. & petiit extrahi alium in ejus locum de more, omni &c.

Ex tunc d. Decanus, accersito ad se d. Notario suspecto allegato, & d. allegationis suspicione detecta, extrahit alium Notarium ex solita Bussula in ejus locū, & ita observatur toties quoties aliquis Notarius curiæ A. C. suspectus allegatur.

Observationes.

A 32 EXceptio propriè est quædam exclusio, quæ interponitur actioni ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est *l. 2. in princ. ff. de excep.*

Exceptio aut est declinatoria, aut dilatoria, aut peremptoria , ut ultra alios colligitur ex *Marant. de ord. judic. par. 1. memb. 9. n. 1. Masuer. in prax. tit. de excep. n. 1. & n. 3.*

33 Exceptio declinatoria potest tripliciter considerari , nam judex potest tripliciter dici incompetens, primò ratione personæ propriæ ob defectum in eo existentem, ut si sit infamis Mutus & Surdus, Cæcus, Furiosus, Pupillus, Mulier Servus, Minor 18. annis, Advocatus, latè *Papien. in forma declin. jurisd. in verb. nec fuisse, n. 6. & 7.*

34 Quod tamen dicitur de Cæco non procedit, quando fuit effectus judex ante cæcitatem, nam tunc potest retinere officium judicis, imo antea acquisitum, & esse judex *l. Cæcus ff. de jud. l. 1. §. causam ff. de postulando, Abb. cons. 47. par. 1. Card. Tusc. tit. C. concl. 178.* quo casu si sententia sit ferenda in scriptis illam leget per alium, ut post *Bart. Bald. & Ang. notant Add. ad Glos. in d. l. Cæcus Abb. d. cons. 47. n. 3.*

34 Se-

35 Secundò judex potest dici incompetens ratione qualitatis, & naturæ causæ, de qua agitur prout si est causa Fiscalis, quæ non potest cognosci, nisi coram Procuratore Fisci, & Præside: vel feudalis, quæ non potest cognosci, nisi coram Domino Feudi: vel Matrimonialis, Decimarum, spiritualis, & ei annexa, quæ non possunt cognosci, nisi coram judice Ecclesiastico, & omnis causa, quæ habet judicem particularem, quæ non potest cognosci, nisi coram illo, latè *Papien. ubi sup. num. 7. & seq.* Et prout est causa
36 propria, † in qua nemo est judex competens, *Innoc. ubi Glos. & DD. C. ne quis in sua causa jud. Host. in summ. lib. 2 tit. de Sent. § quis debet sententiam, in addit. col. 1. vers. ideo generaliter. Tiraq. de jur. in reb. exig. in princ.*

37 Hoc tamen non procedit in Papa, qui potest esse judex in causa propria, *Glos. in cap. cum venissent, & ibi Dec. n. 30. & seqq.* ubi tripliciter limitat, *de jud.*

38 Nec etiam procedit in Episcopo, qui potest esse judex in causa suæ Ecclesiæ, *Gloss. in d. cap. cum venissent, vers. sic Episc. de jud. Gloss. ult. in cap. si quis ergo, vers. nam Episcopus 2. q. 7. Innoc. in cap. nosti n. 1. de elect. & ibi Hostien. n. 7. Zabar. n. 2. in fin. Sutr. num. 13. vers. veldic*, ubi quod potest
39 esse judex in causa, † quando spectat ad Episcopum ratione Ecclesiæ, vel dignitatis, non autem quando spectat ad eum jure proprio, *Abb. in fin. vers. tertia solutio. Oldrad. cons. 155. n. 1. vers. sed in casu, qui de communi, Bald. ibid. 1. n. 3. C. ne quis in sua causa jud.* quem sequitur *Anan. in cap. 1. de maledic. num. 10. circa med. vers. quærit etiam Baldus, Ias. in l. qui jurisdict. num. 10. ff. de jurisd. omn. jud. Riminald. cons. 539. num. 1. lib. 3.* ubi de communi. Hoc tamen limitatur, ut non habet locum, quando agitur de bonis, quæ sunt de ejus mensa, nam tunc videtur causa propria, *Dec. in d. c. cum venissent n. 54. & seqq.*

40 Tertio judex potest dici incompetens ratione qualitatis personæ actoris, vel Rei, nam actor forum rei sequitur, *cap. si Clericus, Laicum. & cap. cum sit generale, de for. compet. l. jur. ordinem C. de jurisd. omn. jud. Masuer. in Prax. tit. de except. n. 1. vers. adde*, unde si Clericus sit Reus, non poterit conveniri, nisi coram judice Ecclesiastico; si Laicus, nisi coram judice Laico, & alias nemo poterit conveniri, nisi coram judice suo, latè *Papien. ubi sup. n. 8. in fin. & n. 9.*

B Exceptio declinatoria debet opponi non so-
41 lum ante litem contestatam, seu pro contestata habitam, sed etiam ab ipso initio antequam fiat aliquis actus, per quem consensum in jurisdictionem dici possit, *cap. inter Monasterium de re jud. l. fin. C. de except. Bart. in l. quidam consulebat. num. 9. ff. de re jud. Abb. in cap. exceptionem num. 11. de except. Papien. in d. form. declin. jurisd. in verb coram vobis n. 1. Marant. de ord. judic. par. 1. memb. 9. n. 1. Rot. decis. 91. n. 26. par. 6. recent.*

42 Hoc tamen non procedit, quando exceptio redderet judicium retro nullum, nam tunc etiam post litem contestatam, & quandocumque opponi posset, *Adden. ad Papien. ubi sup. in ver. coram vobis, Vant. de null. quib. mod. sent. null. repar. n. 57. & 58.* ubi ponit exempla in omnino privato, & aliis.

43 Cæterum regulariter proponens exceptiones dilatorias, & peremptorias, videtur judicem approbare, & in ejus jurisdictionem consentire, *Papien. ubi sup. in verb. nec. fuisse n. 1. Bart. in l. fin. C. de except. Marant. de ord. jud. d. par. 1. memb. 9. n. 1.*

44 Per satisdationem tamen de judicio sisti, aut petitionem copiæ libelli non videtur quis consentire in jurisdictionem, prout de prima est *tex. in Auth. offeratur C. de lit. contest.* de secunda *est tex. in l. non videtur ff. de jud. Bart. d. l. quidam consulebat n. 9. & seqq. Papien. in d. verbo nec fuisse*
45 *n. 1. Rot. decis. 779. n. 5. & 6. part. 1. divers. ubi sub n. 4. & 5.* dicitur, † quod nec per substitutionem procuratoris censetur in jurisdictionem consensum.

46 Ac proinde exceptiones sunt per ordinem proponendæ, primò scilicet declinatoriæ, & deinde aliæ, *Masuer. in prax. tit. de except. n. 3.*

47 Sed si omnes simul proponuntur, censetur prius opposita declinatoria ordine scripturæ non attento, *argumento, l. talem in princ. ff. de Hæred. inst. & cap. causam de rescript. Bart. in d. l. quidam consulebat. n. 11. Abb. in d. c. exceptionem. n. 11. de except. Adden. ad Papien. in d. verbo coram vobis.*

48 Cautius tamen erit ad tollendas difficultates opinionum, ut prius exceptiones declinatoriæ, & signanter contra personam judicis proponantur, cæteræ verò sub protestatione, seu sub conditione, *Bart. in d. l. quidam consulebat. n. 11. ff. de re jud. Masuer. ubi supra n. 3. Abb. in d. c. exceptionem n. 11. de except. Papien. in d. form. declin. jurisd. in verbo, & in quantum n. 1.*

49 Quod si judex cognitione habita procederet ad ulteriora, censetur tacitè rejecisse exceptionem incompetentiæ, *Rom. cons. 120. circa primum n. 8. vers. 3. conclusio ista, ubi App. in verbo ex*
50 *parte, dat. concordantes*, & † processus valeret, nisi fuisset appellatum ab ulteriori processu, quia judex procedendo ad ulteriora, censetur pronunciare tacitè, se competentem, & pars non appellando illum tacitè approbare, *Papien. ubi sup. in d. verbo nec fuisse n. 5.*

C Omnes sequentes Romanam curiam, & Fo-
51 renses in urbe degentes sunt sub jurisdictione A. C. & pro quibuscumque obligationibus non possunt, nisi coram eo, conveniri, *Greg. XIV. in Const. Ad generis. impress. post Sal. Tiber. in Prax. lib. 4. Paul. V. const. 28. Eximiæ, cum aliis allegatis supra hac eadem 1. par. c. 1.*

D Opponens declinatoriam debet protestari, se
52 non consentire in jurisdictionem, nisi si, & quatenus &c. ne alias puniatur ut contumax. *Ang. cons. 217. in causa n. 2. vers. 2. probatur, Ias. in l. ait prætor. in 2. lectura n. 18. ff. de jur. jur. Felin. in c. cum M. Ferrariensis n. 66. de Const. Alex. in l. non solum §. morte num 52. & seq. ff. de nov. oper. nunciat. cum aliis cumulatu per adden. ad Papien. in for. declin. jurisd. in verb. nec fuisse, n. 16. lit. A. & lit. B.*

E Protestatio quod quis non intendit consen-
53 tire in jurisdictionem, nisi si, & quatenus de jure teneatur, debet repeti in unoquoque actu,

alias censetur ab ea recessum, & consensum in jurisdictionem, *Marches. de commiss. susp. jud. par. 2. §. 2. n. 46 fol. 385. secun. nov. impress. Rot. decis. 91. n. 11. & seq. par. 6. recent.*

Verum quia exceptio declinatoria regulariter non retardat executionem obligationis cameralis, *Zacch. ad Gallesi. de oblig. camer. q. 17. n. 44.* tutius erit citare ad videndum causam reassumi, juxta superius tradita.

F De exceptione declinatoria in primis pro-
54 ponenda, & aliis sub protestatione, quod prius de illa cognoscatur, & super ea pronuncietur, vel sub conditione, quatenus apparebit, aliquem esse judicem competentem, satis dictum est supra hoc eodem *cap. lit. B.*

G Judicium ubi est cæptum, ibi finem recipere
55 debet, *l. ubi cæptum ff. de jud. Rot. decis. 91. n. 19. & 6. recent.* ubi quod regula procedit, tam in judice ordinario, quam in delegato, nam lite pendente coram uno, non potest procedi coram alio, ut ibidem *n. 20.*

56 Cæterum exceptio litis pendentiæ, & fori declinatoria nisi fuerit opposita, & si opus fuerit, appellatum ab ulteriori processu, valebit processus coram secundo judice factus, *Rota dicta decis. 91. num. 10. & seq. & num. 26. par. 6. recent.*

H Civis est ille, qui est alicujus civitatis origi-
57 narius, non solum autem origo, sed etiam manumissio, allectio, vel adoptio facit aliquem civem, *l. cives C. de Incol. lib. 10.*

58 Cives ex privilegio sunt propriè, & verè cives, & ideo gaudent privilegio statuti urbis *lib. 1. cap. 41.* dum modo in urbe habitent, & onera sustineant, *Fenzon. ad stat. urb. d. lib. 1. cap. 41. n. 4 & 6.*

59 Cives Romani non possunt conveniri, nisi in curia capitolina, *stat. urb. lib. 1. cap. 41. de for.*
60 *compet.* Si tamen sunt † in forma cameræ obligati, possunt etiam conveniri in curia A. C. & est locus præventioni inter curiam A. C. & curiam capitolinam, *Pius IV. const. 73. Dilectos. secun. antiq. impress. cum aliis alleg. sup. cap. 1. tit. A. Pius V. in refor. Trib. A. C. const. 117. Inter illa, secun. antiq. impress. Paulus V. const. 71. universi agri, Fenzon. ad stat. urb. d. lib. 1. c. 41. num. 1. & 2.*

I Incola est qui in aliqua regione domicilium
61 contraxit, animo ibi perpetuo permanendi, *l. Papillus §. incola ff. de verb. sig. Luc. Pet. in prax. lib. 1. c. 6. n. 4. Fenzon. ad Stat. urb. d. lib. 1. c. 41. n. 6. Penia in ejus voto impress. apud Fenzon. d. c. 41. n. 1. & seq. Greg. decis. 279. n. 11.*

Unde communiter dicunt DD. quod incola est, qui aliunde venit ad habitandum in aliquo loco, animo ibi permanendi, domicilium contrahendi, *Pen. in d. vot. n. 3.*

62 Incolatus contrahitur pluribus modis, latè *Pen. in d. vot. per tot.* Signanter autem in dubio qui per decennium in urbe habitavit, acquirit incolatum de jure communi *Cherub. in compend. Bullar. tom. 2. ad const. 34. Pii IV. fol. 2. Caputaq. decis. 80 par. 2. Pen. ubi supra num. 7.* præsumitur enim habere animum ibi continuo habitandi, quæ per decennium inhabitavit, *Beram.*
63 *ad Greg. d. dec. 279. n. 26.* alias sine animo non acquiritur domicilium, nec incolatus, etiam si quis in loco habitaret mille annis, *Rolan. cons. 79. n. 51. lib. 3. Beltram. ad Greg. d. decis. 279. n. 6. Luc. Pet. in prax. lib. 1. c. 6. num. 5. vers. ex his Rot. decis. 137. n. 12. & seqq. p. 5. recent.* Debet tamen hujusmodi non animus constare clare, vel expresse declarari, & fieri de hoc protestatio clara, quòd quis non intendit contrahere domicilium,
64 alias nihil relevaret, † nam incolatus nihilominus contraheretur, *Rot. d. decis. 137. n. 14. par. 5. recent.*

65 Et hinc est quòd licet Roma sit patria communis, *l. Romæ ff. ad municip. & de incol.* & mundi caput, *ut per Marches. de commiss. avoc. caus.*
66 *par. 2. c. 7. §. 1. n. 6. fol. 272.* & ob id † ibi facilius quam alibi incolatus contrahatur, *Pen. in d.*
67 *vot. n. 19. & n. 25.* Nihilominus curiales, † & Romanam curiam sequentes, & Advocati, Procuratores, & similes, qui in urbe degunt, non animo ibi perpetuo permanendi, sed tantum ratione officiorum, & negotiorum, & donec negotia expediant: non contrahunt in urbe domicilium ullo tempore etiam si ibi habitaverint ultra decennium, *Paris. cons. 53. n. 89. & seq. lib. 3. Pen. in d. voto n. 24. vers. 2. istam interpretationem.*

68 Hoc tamen non procedit concurrentibus conjecturis in contrarium, ut Primò si curialis duxerit secum majorem partem bonorum. Secundò si familiam quoque transtulit. Tertiò si Uxorem ibi duxit. Quartò si ibi familiam aluit & domos, & possessiones emit, nam tunc, si ultra decennium habitavit, acquirit incolatum, *Pen. in d. vot. n. 14. & seqq. & n. 24. vers. 2. istam Rot. decis. 137. n. 11. par. 5. recent.* non tamen ob id erit subjectus foro capitolino, *stat. urb. d. 1. cap.*
70 41. prout etiam † esset subjectus hujusmodi foro, nisi nominatim à statuto excipieretur, *Pen. in d. vot. n. 25.*

Cæterum Advena, qui se incolam expresse declaravit, affirmando, se ad urbem animo ibi perpetuo habitandi, & domicilium acquirendi venisse, vel Conventus coram A. C. aut coram Gubernatore urbis, causam à senatore, aut alio judice capitolino reassumendam curavit, utique pro incola foro capitolino subjecto erit habendus, nec postea, alia causa in foro capitolino conventus, poterit illum forum declinare, *Luc. Pet. in prax. lib. 1. c. 6 n. 5. Pen. in d. vot. n. 10. & n. 13. Cherub. in compend. Bullar. ad const. 28. Jul. 2. decet. fol. 1.* ubi quod ita fuit decisum *in Romana Salviani 7. Novembris 1601. coram bo. mem. Litta.*

71 Quod verò attinet ad privilegium fori inter cives, & incolas nulla est differentia, *Fenzon. ad stat. urb. d. lib. 1. cap. 41. n. 8. Pen. in d. Vot. n. 21. Pius IV. d. const. 73. Dilectos Pius V. d. const. 117. secun. antiquam impress. Paulus V. dicta const. 71.* ubi declaratur nomen incolatum secundum juris communis dispositionem esse intelligendum.

72 Et ob id incola urbis non poterit conveniri, nisi in dicta curia capitolina ad instar civis, sic disponente *d. statuto lib. 1. c. 41.*

Hoc tamen non habet locum in incola curiali, vel camplore, sed benè in cive, qui licet

sit

sit curialis, vel campsor, poterit nihilominus in dicta curia Capitolina conveniri, cum dictum statutum hanc recipiat declarationem *à const. Iulii* II. quæ incipit, Decet, *& est ejus Const.* 13. *secund. antiq. impress. latè Fenzon. ad stat. urb. d. c.* 41. *n.* 26. *& seqq.*

37 Sed si civis, vel incola sit in forma cameræ obligatus, potest etiam conveniri coram A. C. & erit locus præventioni *ex eodem statuto.*

74 Et ubicumque sunt duo judices, quorum quilibet, aliquo respectu, est judex privativè quoad alios, si contendat inter se de jurisdictione semper inter eos regulariter videtur esse locus præventioni, juxta tradita per *Pium IV. d. const.* 73. *& const.* 74. *Inter & Pium V. d. const.* 117. *secun. antiq. impress. Paul. V. d. const.* 71. *universi agri.*

L Eminentissimus Cardinalis Vicarius Sanctis-
75 simi D. N. Papæ est in urbe judex ordinarius Clericorum, Religiosorum, locorum piorum, & bonorum eorundem, privativè quoad alios *Clem. VII. const.* 23. *licet, Paul. III const.* 37. *Licet secun. antiq. impress.*

76 Verum si agatur vigore obligationis cameralis, est quidem judex personarum, locorum, & bonorum Ecclesiasticorum, ut supra, & potest in hujusmodi causis procedere juxta dd. suas ordinarias facultates, *Pius V. const.* 20. *Considerantes, secun. antiq. impress.* sed in hoc casu inter eum, & A. C. est locus præventioni ex constitutionibus Summorum Pontificum expresè disponentium, quoad Clericos ratione originis, vel domicilii Romanos, & loca pia in forma cameræ obligata, eorum illum esse judicem, qui prævenit *Pius V. d. const.* 117. *Paul. V. d. const.* 71. *universi agri.*

77 Quo verò ad Hebræos, si agatur vigore obligationis cameralis A. C. est illorum judex privativè quoad alios. præterquam in litibus dependentibus ab aliis tribunalibus, *Paulus V. d. const.* 71.

78 Si verò non agatur vigore obligationis cameralis, in causis civilibus inter Hebræos, & contra eos, Vicarius est judex privativè quoad alios, *Iul. III. const.* 2. *Cum sicut. secun. antiq. impr.*

79 Et quidem activè, & passivè, quando agitur inter Hebræos, sed inter alios passivè tantum

80 *Paul V. d. const* 71. Hebræorum verò † Bancheriorum est judex Eminentissimus Cardinalis Camerarius, *Pius V. const.* 139. *Cum sicut, Greg. XIII. const.* 43. *Cum sicut secun. antiq. impress. Paul. V. d. const.* 71. *universi agri.*

81 Clerici autem in minoribus constituti, ad hoc ut gaudeant privilegio fori, debent habere beneficium Ecclesiasticum, vel incidentes in habitu, & tonsura inservire alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, *Concil. Triden. sess* 23. *c.* 6. *de reform.*

82 Cæterum licet clericus prima tonsura insignitus incedens in habitu, & tonsura dicto privilegio fori non gaudeat, nisi ut supra, Ecclesiæ inserviat, gaudet tamen privilegio Canonis, necnon Privilegio *c. Odoardus de solut.* & omnibus aliis privilegiis Clericalibus, prout sæpè *Sac. Cong. Conc. Trid. Interpretum* declaravit *Comitol. resp. moral. lib.* 6. *quæst.* 20. *per tot. Gonzal. in reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. *num.* 6. *& seqq. Sanch. in Dec. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 13. *n.* 33. *Bellett. disquisit. Cleric. par.* 1. *de favor. Cleric. pers.* 8. *n.* 22. *cum aliis latius per Squillan. de Privil. Cleric. c.* 8. *n.* 3. *& c.* 12. *n.* 8. *& seqq. & per Barbos. de Potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 12. *n.* 32. *Scacc. de Camb. & commerc. par.* 3. *§.* 7. *glos.* 5. *n.* 162. *ve si contrarium* ex rationibus, de quibus per præfatos, & per *Navar. cons.* 24. *de Privil. lib.* 5. *& Molin. de just. lib.* 3. *disput.* 671.

83 Declarationes autem Sac. Cong. Concil. sunt decisivæ, & habent vim legis universalis, *Graz. de Benef. in præfat. circa med. Rot. in Aversana beneficij* 3. *Iulij* 1606. *coram bo. mem. Card. Sacrato, Ferentil. ad Barat. decis* 479. *num* 21. & cum sint factæ ab habente potestatem, & facultatem à Summo Pontifice, ab eo factæ censentur, & faciunt jus quoad omnes, prout ipsimet sacri Canones, *Rodr. quæst. quæst regul. lib.* 1. *q.* 11. *art.* 2. *ante fin. Garz. de Benef. in præf. circa med.*

84 & ligant tam in foro fori, quam in foro poli, etiam si non sint publicatæ, & sufficit eas allegare, ad instar juris communis, *Rodrig. ubi supra, Ferentill. ad Barat. d. decis* 479. *n.* 21. ubi quod

85 idem † dicendum est de declarationibus aliarum Congregationum, ut dixit *Rot. in Meten. Abbatiæ* 19. *Iun.* 1628. *coram R. p. d. Dunozzetto*, unde † merito Rota solet semper illis deferre *Rot. decis.* 154. *n.* 3. *par.* 5. *recent.* & eas reverenter recipiendo, illis acquiescere *Cavaler. dec.*

86 628. *n.* 7. *& n.* 8. *Barat. decis* 479. *n.* 3. *& ibi Ferentill. n.* 20.

87 Et licet forum sortiri, & statutis ligari paria sint, *Soccin. cons.* 271. *num.* 5. *lib.* 2. *Barbos. in cap. quod Clericus n.* 7. *de for. compet. Fenzon. ad Stat. Urb. lib.* 1. *c.* 143. *n.* 24.

88 Attamen in locis in quibus statuta non sunt Papalia, prout statutum urbis, si Clericus aliqua ratione sortitur forum laicale, præfata regula habet quidem locum in ordinariis, sed non in decisoriis *Cald. cons.* 11. *de Const. Dec. in c. ex parte il.* 2. *n.* 12. *& seqq. de offic. Deleg. idem Dec. in t. Ecc S. Mariæ n.* 34. *& seqq. & ibi Felyn. n.* 81. *ver.* 3. *casus de Constit. Anchar. in cap. quod Cleric. n.* 4. *vers.* 10. *de leg. duo membra facit, & ibi Card. n.* 1. *vers. oppono ad prædict. & lo. de Anan. n.* 3. *de For. comp. Rot. cons.* 57. *n.* 20 *& seq. v.* 2. *Axaven* 164. *n.* 3. *ubi de communi lib.* 6. *Cephal. c.* 654. *n.* 31. *& seq. lib.* 5. *Capic. decis.* 66. *n.* 4. *& 5. Rec. collect.* 710. *part.* 3. cum aliis cumulatis per *Barbos. in d. c. quod Clericis n.* 8. *& seq. de For. compet. & per Bellet. disquisit. Cleric. par.* 1. *de exempt. Cleric. §.* 3. *n.* 14. 15 *& 16.*

M Illustrissimus D. Gubernator Urbis est Judex
89 ordinarius Romanæ curiæ, cujus jurisdictio late se extendit in criminalibus, cæterum in civilibus est judex in causis mercedum, quas alii judices non possunt ab ejus tribunali reassumere, nec ab ejus sententiis in dd. causis datur appellatio, *Leo X. const.* 7. *Et si pro cunctarum, secun. antiq. impress.* & ob id, si ab ejus sen-
90 tentia † fuerit appellatum in causa mercedis, Signatura refcribit cum clausula, *Sine præjudicio legitimæ executionis, vel non retardata executione*, nec aliquis ibi in eisdem causis auditur, nisi facto actuali depósito, vel data idonea

cautione

cautione in forma depositi, ob ejus ampliſſimas facultates, & Privilegia, *Marcheſ. de commiſſ. appell. in cauſ. Alim. par. 1. §. 1. n. 55. & ſeqq. fol. 195. ſecun. nov. impreſſ.*

91 Cauſæ verò Mercedis, ad effectum faciendi depoſitum, illæ tantum intelliguntur, in quibus agitur de Salario, ſeu Mercede menſtrua, vel diurna, *Paul. V. in reform. Trib. Vrb. d. conſt. 71. Univerſi agri.*

N 92 Adſunt in urbe plures alii judices, & ſignanter infraſcripti, ſed inter eos, & A.C. non ita ſæpe contingit de juriſdictione altercari, prout inter eumdem A.C. & præfatos, per modum exempli ſupra relatos.

93 Eminentiſſ. Cardinalis Camerarius S. R. E. eſt judex ordinarius Romanæ curiæ, & habet juriſdictionem in omnibus concernentibus intereſſe Cameræ, *Vrban VI. conſt. 1. Apoſtolicæ Cameræ*, ſecus in non concernentibus intereſſe Cæneræ, *Pius IV. conſt. 55. Romanus Pont. ſecun. nov. impreſſ.*

94 Coram eo bis in hebdomada, in diebus in
95 quibus eſt Rota, ſit camera. † Præſunt autem Cameræ duodecim Clerici, *Marcheſ. de Comm. in partic. par. 1. cap. 3. n. 67. ſecun. nov. impreſſ. fol. 158.* qui habent juriſdictionem in quibuſcumque concernentibus intereſſe cæmeræ Apoſtolicæ *Innoc. VIII. conſt 4. Cumſicut, ſecun. nov. impreſſ. Veſtr. in prax. lib. 2. c. 11.* ſecus in non concernentibus intereſſe Cameræ, *Pius IV. conſt. 70 Romanus Pontifex, ſecun. antiq. impr. Paul. V. conſt. 71. Univerſi agri.*

96 Clerici cameræ non habent juriſdictionem ut ſinguli, ſed tantum collegialiter in plena Camera *Pius IV. d. conſt. 70. §. Clerici, Paulus V. d. conſt. 71. §. Clerici*, & omnes faciunt unum Tribunal; adeo ut unus dicatur ſubrogatus loco alterius, ut in ſimili de auditoribus, *Rotæ eſt deciſ. Put. 339. num. 2. lib. 3. in correct. Seraph. deciſ. 318. n. 2. Greg. deciſ. 369. num. 2. Cavaler. deciſ. 33. n. 5.*

97 Nec Signatura juſtitiæ ſolet cameræ reſcribere, ſed eadem camera per Turnum cauſas diſtribuit, & ſi à ſententia Cardinalis camerarii, aut Theſaurarii, aut Clerici appellare contingat, eadem camera alteri clerico cauſam appellationis demandat, *Marcheſ. de comm. in partic. par. 1. cap. 3. n. 66. & n. 68 fol. 158. ſecun. nov. impreſſ.*

98 Propoſitiones autem ſcribuntur à Clerico Menſario, à quo etiam poſtea leguntur, & ſucceſſivè diſtributio illarum fit in plena Camera ab ipſius Decano, *Pius IV. conſt. 110. Cum inter cæteras, ſecun. antiq. impreſſ.*

99 Inter præfatos Cameræ Clericos adſunt habentes etiam officia particularia, prout Præfectus Annonæ, Præfectus Archiviorum, Præſes Graſciæ, Præſes Carcerum, Præſes Riparum, Præſes Dohanarum, Præſes Zeccarum, Præſes Viarum, quorum ſinguli in dd. eorum officiis habent juriſdictionem, & ob id diſtributio cauſarum in camera fit ut ſupra à Decano per Turnum, & ſecundum Officia Clericorum reſpectivè, *Pius IV. d. conſt. 110.*

100 Illuſtriſſimus D. Theſaurarius ſimiliter eſt Romanæ Curiæ Judex Ordinarius, eſt Judex Spoliorum in Italia, necnon locorum montium, & aliorum, de quibus in ejus facultatibus, privativè quoad alios, *Sixt. V. Conſt. 109. In conferendis, ſecun. nov. impreſſ.* De Theſaurario, & ejus officio aliqua tradit *Veſtr. in prax. lib. 2. cap. 5.*

101 Soldanus urbis, hodie judex Turris Nonæ, & marechiallus urbis, & deputatus ab eo hodie Judex curiæ Sabellorum: ſunt Judices pedanei, primus in civilibus non habet juriſdictionem, niſi in cauſis à decem ſcutis infra *Pius IV. Conſt. 85. Cum ab ipſo, ſecun. antiq. impreſſ. Paul. V. d. conſt. 71.* Secundus eſt tantum Judex curialium humilioris conditionis, & inferioris ordinis, *Veſtr. in prax. lib. 2. cap. 13. n. 2.* ejus facultates videre poſſunt apud *Greg. 13. conſt. 30. Dum recte, ſecun. antiq. impr.* ejus curiam reformavit *Paul. V. dicta Conſt. 71.*

102 Judex Burgi habet juriſdictionem in cauſis habitantium in Burgo privativè quoad alios in prima inſtantia; ſed ſi agatur vigore obligationis cameralis, aut alterius executivæ, cauſa poteſt ab A.C. reaſſumi, *Pius IV. d. Conſt. 85. Cum ab ipſo.*

103 Judex Fabricæ S. Petri de urbe eſt judex ordinarius, & cognoſcit cauſas Fabricæ ſun mariè, & ſine tela judiciaria, privativè quoad alios, & habet ampliſſima privilegia. *Clem VII. Conſt. 8. Admonet, ſecun. antiq. impreſſ. Cherub. in comp. Bull. tom. 1. ſuper conſt. 3. Clem. VII. admonet.*

104 Judices locorum piorum ſub juriſdictione Vicarii non exiſtentium, ut eſt judex Orphanorum, Neophitorum, Fautorum, & ſimiles ſunt judices dd. locorum privative quoad alios, ſi tamen lis ſit inter eos, conquaſſantur privilegia, & actor ſequitur Forum rei, ſecundum diſpoſitionem juris communis.

105 Judex verò Baſilicarum S. Joannis Laterani, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris ſunt judices in eorum Franchis, necnon perſonarum eis inſervientium, & bonorum eorumdem, & olim erant judices privativè quoad alios activè, & paſſivè cum ampliſſimis facultatibus,
106 & privilegiis; hodiè verò † ex conſtitutione *San. Mem. Vrbani Papæ Octavi*, quæ incipit *Quamvis, edita ſub die 23. Decembris 1642.* dictæ facultates fuerunt declaratæ, ut benè procedant, quando agitur de intereſſe Baſilicarum, locorum piorum habentium protectorem, ſed reliquis cauſis, in quibus agitur de intereſſe particularium perſonarum, obſervatur jus commune, & actor ſequitur forum rei. Cæte-
107 rum, † ſi lis verſatur inter ipſas Baſilicas, attenditur præventio, conquaſſantur privilegia, & actor pariter ſequitur forum rei, ſecundum juris communis diſpoſitionem. In caſibus autem in dictis facultatibus comprehenſis pro remiſſione cauſarum non debet adiri Præfectus Signaturæ juſtitiæ, ſed Præfectus Signaturæ Sanctiſſimi.

108 De Sacro Rotæ Auditorio non fuit facta aliqua mentio, quia cum in Rota cauſæ omnes ſint commiſſariæ, & per ſpeciale reſcriptum à Signatura commiſſæ, ut per *Veſtr. in prax. lib. 2. c. 17. n. 3.* non poſſunt per A.C. Judicem ordi-

narium

narium ad rei conventi instantiam reassumi, sed si quis prætendat, alias à rota avocare, debet adire Signaturam justitiæ, ex quo enim exiit rescriptum à superiore, jurisdictio inferioris suspensa remanet, nec illud potest nisi per rescriptum revocari, *l. judex fit vitur, ubi Bart. n. 2. ff. de jud. Marches. de Comm ff. avoc. caus. par. 2. §. 3. n. 4. fol. 328. secundum nov. impress.*

109 Cæterum actor, qui causam in rota committendam curavit, si reus est in forma cameræ obligatus, bene poterit variare, & A.C. adire commissione, & inhibitione emanata non obstante, si reus fuit contumax, alias secus, *Rot. post Zacc. de obtig. Cam. dec. 56. n. 8. & seqq.*

110 Auditores † rotæ sunt numero duodecim, &
111 dicuntur Cappellani Papæ quia olim † summus Pontifex causas ab universo orbe ad se confluentes, dummodo consistoriales non essent, per seipsum seorsum à sacro Senatu in sua Capella audiebat, ad quam, pro istarum causarum audientia, non nisi disertissimos viros in jure peritos adscribat, ad quorum relationem idem summus Pontifex dd. causas decidebat, & hæ sunt innumeræ decisiones, seu decreta, ex quibus, ut plurimum sacri canones fuerunt compilati, prout in libris decretalium, sexti decretalium, Clementinarum, & aliis apparet. Etiam hodie deserviunt in Capella summi Pontifi-
112 cis in divinis. Sed quia Summi † Pontifices paulatim se ab hoc munere revocarunt, & primo audientiam dd. causarum, quæ sacri Palatii fuerunt appellatæ, ipsis concesserunt, auditorum causarum sacri Palatii novo vocabulo fuerunt vocati, ac deinde cæperunt Summi Pontif. causarum quoque decisionem eisdem auditoribus, speciali rescripto fere in omnibus delegare, ut per *Vestr. in prax. lib. 2. c. 17. n. 1. & seqq.*

113 Cæterum quo ad Judices ordinarios Romanæ curiæ, A.C. ubicumque ejus jurisdictio se extendit, causas reassumit, inhibet omnibus juxta suas ordinarias facultates, non tamen Basilicarum judicibus, ob eorum amplissima privilegia, quæ habent, dum agitur de Basilicarum interesse, secus si non de Ecclesiæ, sed interesse privatorum agatur, attenta dispositione *d. Const. Quamvis, Verb. VIII. de qua supra n. 106.*

114 In causis autem modici momenti, infra summam scutorum undecim, quilibet judex ordinarius est competens, nec dictæ causæ possunt reassumi, *Paul. V. d. const. 71. Universi agri.* Et licet A.C. soleat illas aliquando reassumere sub prætextu verborum dictæ constitutionis, ibi, *& coram judicibus competentibus vertentes*, quasi quod si non sint introductæ coram judicibus alias competentibus, possint reassumi; præfectus tamen Signaturæ illas regulariter remittit ad judices, coram quibus fuerint primitus introductæ, & ita quotidie observatur.

115 Similiter licet A.C. prætendat quod, quis, in alium judicem consentiendo, non possit ejus jurisdictioni præjudicare, & ob id instante parte causas reassumat, dicto consensu non obstante, præfectus tamen Signaturæ solet dictas causas remittere ad judices, in quorum jurisdictionem fuit consensum.

O Eminentissimus Dominus Cardinalis Signa-
116 turæ justitiæ præfectus, ubicumque est de jurisdictione contentio, judicat inter tribunalia urbis, & remittit causas ad judices, ad quos spectant, manu regia sine omni scriptura, omni, & quacumque appellatione, & recursu remotis, sic disponente reformatione tribunalium urbis quæ est *Const. Pauli V. 71. Universi agri, §. in prmis quoad formam, vers. & quoad præventionem.*

P Exceptio judicis suspecti est proponenda in
117 principio litis, ad instar exceptionis in competentiæ, ante consensum in jurisdictionem, *Papien. in form. declin. jurisd. in § judicem suspectum num. 7.* & potest opponi sub conditione, in quantum appareat aliquem esse judicem competentem, *Papien. ubi supra in §. si & in quantum num. 1.*

118 Ad allegandum judicem, vel Notarium suspectum requiritur mandatum speciale, *Caputaq. decis. 168. n. 1. Greg. decis. 368. n. 1. Marches. de Comm ff. suspic. jud. par. 2. c. 8. §. 1. n. 40. fol. 380. secun. nov. impress. Burat. decis. 388. n. 2. & ibi Ferentil. n. 7.* Sufficit tamen tacita ratificatio prout si principalis fuerit causam prosecutus coram alio, *Rot. decis. 440. n. 2. par. 2. recent. Beltram. ad Greg. d. decis. 368. n. 8.* Dicitur † autem
119 satis speciale mandatum, si in eo sit solita clausula, ad judices, & Notarios suspectos allegandum, *Beltram. ad Greg. d. decis. 368. n. 8. Ferentil. ad Burat. d. decis. 388. n. 7.*

120 Si quis tamen, postquam allegavit aliquem suspectum, comparuit coram eo simpliciter, sine aliqua protestatione, censetur à recusatione recessisse, *Greg. d. decis. 368. n. 2. late Beltram. ad Greg. dec. 292. n. 4. Burat. decis. 388. n. 3.* etiam si comparuerit cum protestatione, quæ sit contraria facto, *Burat. d. decis. 388. n. 4. & 5. Beltram. ad Greg. d. decis. 292. n. 4.*

121 Suspectus potest allegari tam judex delegatus, quam ordinarius, & licet in ordinario sit opinio controversa, an possit suspectus allegari, communis tamen opinio est, ut recusari possit, *Papien. in d. form. declin. jurisd. in § judicem suspectum n. 4.* & hanc recipit praxis in curia A.C. nam si ipsius auditor, aut aliqui ex locutenentibus suspectus allegatur, alium in ejus locum deputat sine multa difficultate, & ita quotidie observatur.

Et quod de jure Canonico tam delegatus, quam ordinarius possit suspectus allegari, tradunt *Adden. ad Bonac. in prax. tit. de recusat. n. 2. in verbo non asseritur, Mandos. in 8. form. commiss. deputat. Adjunct. in verbo Adjunctum ver. de jure canonico. Marches. de Comm ff. suspic. jud. par. 2. c. 8. §. 2. n. 57. & seq. fol. 395. secun. nov. imp.*

122 Sed de jure civili ordinarius recusari in totum non potest, *Bonacurs. in prax. tit. de recusat. num. 2.* Sed † eo allegato suspecto datur adjunc-
123 tus, & signatura aliquando alium in omnibus subrogat, *Marches. de comm ff. suspic. jud. §. 1. n. 2. fol. 376.* Interdum verò adjunctum dare consuevit, tam quoad judices Romanæ curiæ, quam extra eam, *Mandos. qui alios allegat. in d. verbo adjunctum vers. Signatura, Marches. de Comm ff. suspic. jud. dict. par. 2. c. 8. §. 2. n. 37. & n. 4. fol. 395. & fol. 396. secun. nov. impress.*

123 Cæ-

124 Cæterum quando judex fuit allegatus ſuſpectus, ſi exadverſo procedatur ad ulteriora coram eo, proceſſus eſt nullus, etiam ſi non fuerit appellatũ, quod procedit de jure civili, *Papien. ubi ſup. n. 2. & ibi adden. lit. B. Meinſing. obſer. camer. cent. 4. obſerv. 59. n. 2. Oſaſc. deciſ. 84. n. 5. & ſeq.* Secus autem de jure Canonico, ut per *Adden. ad Papien. ubi ſupra, poſt Oſaſc. d. deciſ 84. n. 5. & ſeq.*

Q Cauſæ ſuſpicionis non ſunt coram judice recuſato de jure civili exprimendæ, ſecus de jure
125 Canonico, *Papien. in d. for. declin. juriſd. in §. Rationibus n. 1.* ſed ſunt exprimendæ coram arbitris, vel coram judice, ad quem fit recurſus, vel appellatur, *Marcheſ. de Commiſſ. ſuſpic. jud. par. 3. c. 8. §. 1. n. 24 fol. 377. ſecun. nov. imp.*

126 Cauſa verò ſuſpicionis de jure civili probatur juramento, *Adden. ad Papien. ubi ſup. de communi teſtantes, Marcheſ. d. par. 2. c. 8. §. 1. n. 19. fol. 377.* Sed de jure Canonico ſecus eſt, nam plenè probari debet, *Marcheſ. de Commiſſ. ſuſpic. jud. par. 2. cap. 8. §. 1. num. 33. fol. 379.* Quod li-
127 mitatur, † ut non procedat in arbitri, Conſultoris, Notarii, & Procuratoris recuſatione, nam cauſa quoad eos probatur juramento, ut poſt alios, quos allegat, ſequitur *Marcheſ. ubi ſup n 34 Adden. ad Papien. in d. §. rationibus.* Iterum procedit in recuſatione judicis delegati, nam & iſta juramento probatur, *Caputaque deciſ. 102. par. 1.*

128 Quæ ſint recuſationis cauſæ juſtæ, tradit *Marant. de ord jud. in 3. par. ſextæ partis principalu, actu ſecundo d. appellat. n. 68. & ſeqq* ubi enumerat quadraginta cauſas, viginti quinque autem cauſas enumerat *Duen. reg. 204. par. 2.* & nonaginta cauſas enumerat *Steph. de Auf. in tract. de Recuſat. ut per Adden. ad Papien. ubi ſupra*
R *in §. nec fuiſſe, lit. P.*

129 Deputatus, & approbatus judex ab initio de conſenſu partium, non poteſt poſtea ſuſpectus allegari, niſi nova cauſa ſuperveniat, *Salic. in Auth. offeratur n. 3. in 6. not. C. de lit. conteſt. Marcheſ. ubi ſupra n. 8. fol. 384. Cavaler. deciſ. 178. n.*
130 *1. & 2.* quod procedit etiam in non habentibus juriſdictionem, prout eſt Notarius, & ſimiles, & in habentibus nudum miniſterium, prout eſt peritus, *Caval d. deciſ. 178. n. 3.*

131 Hodie coram A.C. Met ſufficit allegare cauſas oretenus, citata parte ad videndum deputari alium judicem loco NN. ſuſpecti allegati, & ſi cauſa videtur ei rationabilis, de facili alium deputat: ſi vero cauſa eſſet juſta, & ipſe nollet eam admittere, eſſet opus citare ad videndum mandari ſuperſederi uſque ad primam, vel ſecundam Signaturam coram Eminentiſſimo Signaturæ juſtitiæ præfecto, ſive illius auditore, & deinde adire Signaturam, citata parte pro commiſſione appellationis, vel deputationis alterius judicis, juxta tradita per *March. d. par. 2. de Commiſſ. ſuſpic. jud. fol. 375. & ſeqq. ſecun. nov. impreſſ.* & inferius ſuo loco dicetur.

132 In Camera verò, Clerico ſuſpecto allegato, non ſolum debet exprimi cauſa ſuſpicionis ab Allegante, ſed etiam debet diſcuti, dicto Clerico abſente in plena camera, & ſi reperitur juſta, & approbatur à majori parte, ut ſuſpectus removetur, *Pius IV. Conſt. 110. cum inter cæteros ſecun. antiq. impreſſ. Paul. V. Conſt. 71. univerſi agri*, & alius in ejus locum ſubrogatur, *Marcheſ. de commiſſ. in partic. par. 1. cap. 3. num. 72. fol. 158. ſecun. nov. impreſſ.* Si verò Clericus † ha-
133 beat intereſſe in cauſa, vel agatur de intereſſe alicujus conjuncti ipſius uſque ad quartum gradum, non allegatur camera ſuſpecta, ſed ipſe clericus, dum cauſa diſcutitur, debet è camera recedere, *Pius IV. de conſt. 110. Paul. V. d. conſt. 71.*

134 Sic etiam nec Rota ſuſpecta allegatur, ex quo tractetur de intereſſe alicujus auditoris, ſeu ejus conjuncti uſque ad quartum gradum, ſed dictus auditor, donec cauſa diſcutitur, amovetur à Rota in eo inſtanti *Marcheſ. de Commiſſ. ſuſpic. jud. par. 2. §. 2. n. 4. & ſeq. fol. 391.* ubi quod idem obſervatur in Signatura.

S Romana curia obſervat, ut, altera parte abſente detur judex ad petitionem alterius, ſecus
135 utraque parte præſente, de qua obſervantia teſtatur, *Gloſ. in l. obſervandum in verbo exempli ff. de jud. & in Auth. offeratur, in verbo petierit, C. de lit. conteſt.*

136 Sed hoc poteſt verificari in Commiſſionibus cauſarum in partibus, non autem in deputationibus, quæ fiunt ab A.C. Met, qui judices deputat ex officio, nec etiam in commiſſionibus in curia, in qua regulariter datur judex ex officio R.P.D. Cancellariæ Regentis, unde diſpoſito
137 *cap. oblatæ de appell.* quod appellatus † non poſſit in committendo cauſam prævenire, & ſupplantare appellantem, ex hac ratione ceſſat, & non habet locum in curia, *Marcheſ de Commiſſ. vig. cap. oblatæ par. 2. c. 9. §. 1. n. 11. & ſeqq.*
138 *fol. 401. ſecun. nov. impreſſ.* & hoc † indiſtinctè, niſi partes concordent de judice, & ob id in curia A. C. ſolet citari ad concordandum de judice, & dandum liſtam confidentium, & diffidentium, alias videndum deputari ex officio, quam practicam ponit *Iacobin. de S. Gregor. in d. l. obſervandum n. 2. ff. de jud.*

139 Sufficit allegare Notarium ſuſpectum medio juramento tactis &c. nam cauſa ſuſpicionis in Notario probatur per juramentum, *Caputaq. deciſ. 202. part. 2. Rot. in Romana electionis 14. Novembris 1611. coram bo. me. Vbaldo impreſ. penes Marcheſ. de Commiſſ. ſuſpic. jud. num. 1. fol. 384. ſecun. nov. impreſſ.* neque in hoc eſt differentia inter jus Canonicum, & jus civile, *Add. ad Papien, in d. form. declin. juriſd. in §. rationibus*, requiritur tamen mandatum ſpeciale, *ex præallegatis.*

SVMMARIVM CAP. VIII.

1 *Exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ ſunt opponendæ in termino ad ſolvendum ante expeditionem mandati.*

2 *Exceptio excommunicationis, perjurij. & ſimiles, quæ repellant à limine, ante mandati expeditionem quomodo opponendæ.*

3 *Exceptio, nihil fieri niſi recognitis juribus, & legitimæ in perſonis ante mandati expeditionem opponenda quomodo ſit.*

4 *Iuribus recognitione indigentibus non recognitis, & per-*

& personis non legitimatis parte opponente non potest ad ulteriora procedi.

5 *Exceptio nihil fieri nisi jurato de calumnia, quomodo ante mandati expeditionem opponenda.*

6 *Iuramenti calumniæ petiti omissio causat nullitatem actorum.*

7 *Calumniæ juramentum quomodo præstetur, & intimetur parti.*

8 *Iuramentum calumniæ potest præstari, & intimari una cum decreto ad brevitati consulendum, & quomodo.*

9 *Exceptio nihil fieri, nisi specificata summa, & factis calculis, ante mandati expeditionem, quomodo opponenda.*

10 *Citatio ad interessendum calculo, ejusque formula, & processus.*

11 *Citatio ad videndum mandari eligi peritos ad effectum calculandi, ejusque formula, & processus.*

12 *Peritus quomodo ab utraque parte eligendus.*

13 *Citatio ad informandum peritos, ejusque formula, & processus.*

14 *Citatio ad faciendum referre suum peritum, ejusque formula, & processus.*

15 *Citatio alia ad faciendum referre suum peritum, ejusque formula, & processus, ut evitetur materia appellationis.*

16 *Periti quomodo soleant referre.*

17 *Citatio ad concordandum de tertio perito, ejusque formula, & processus.*

18 *Præjudicialia in partibus quomodo alleganda.*

19 *Iura ante lapsum terminum præjudicialium quomodo producenda.*

20 *Generalia contra jura quomodo opponenda.*

21 *Exceptiones omnes competentes possunt opponi, si quæ possunt probari.*

22 *Exceptio beneficij inventarij quomodo, & ad quid opponenda.*

23 *Citatio ad docendum, se adivisse cum beneficio inventarij, quando necessaria, ejusque formula, & processus.*

24 *Hæredebeneficiato non docente de legitimo inventario, vel de inventariatis rationem non reddente obtinetur, exequatur contra personam, & bona propria.*

25 *Terminus pro servato quid sit, & qua ratione introductus*

26 *Citatio ad videndum aperiri terminum, pro servato habitum, est ad libitum, ejusque formula, & processus.*

27 *Si causa discussione indiget, necesse est informare judicem in die Notarij in Camera oretenus, & in scriptis citata parte.*

28 *Citationes ad informandum in die Notarij, & earum formula, & processus.*

29 *Citatio, ad videndum expediri mandatum, quando necessaria, ejusque formula, & processus.*

30 *Citatio ad videndum expediri mandatum alias decretum, quando dubitatur de defectu decreti, ejusque formula, & processus.*

31 *Citatio ad videndum mandari exequi mandatum alias decretum & relaxatum quando necessaria, ejusque formula, & processus.*

32 *Exequatur post expeditum mandatum quando & quomodo obtinendum.*

33 *Citatio ad videndum mandari supersederi, ejusque formula & processus.*

34 *Supersessoria quando possit obtineri, & quando revocari.*

35 *Citatio ad videndum revocari supersessoriam, ejusque formula & processus.*

36 *Citatio ad videndum reponi à decreto præjudiciali relaxationis mandati, ejusque formula, & processus.*

37 *Citatio ad videndum reponi à quocumque præfenso decreto præjudiciali, ejusque formula, & processus.*

38 *Citatio ad videndum revocari mandatum, ejusque formula & processus.*

39 *Citatio ad videndum reponi à decreto præjudiciali revocationis mandati, ejusque formula, & processus.*

40 *Citatio ad comparendum coram Domino, & audiendum ejus voluntatem, ejusque formula, & processus.*

41 *Intimatio non est necessaria, si in decreto notatur præsentia Partium, nisi judex mandet intimari.*

42 *Citatio ad videndum revocari executionem nulliter, & indebite factam, ejusque formula, & processus.*

43 *Citatio ad videndum revocari executionem factam virtute mandati revocati, ejusque formula, & processus.*

44 *Actor, qui non potest audiri, nisi refectis expensis, quomodo protestetur, & faciat depositum, ut audiatur.*

45 *Protestatio citata parte quando, & qualis necessaria, ut reus, protrahens litem teneatur parti ad interesse, & num. 46.*

46 *Citatio ad dicendum contra protestationem, ejusque formula, & processus.*

47 *Intermino ad dicendum contra protestationem, generalia opponenda sunt, & quomodo.*

48 *Exceptio excommunicationis repellit à limine, etiam si quis sit excommunicatus in alia causa, & nunquam censetur exclusa.*

49 *Excommunicatus non decet audiri, etiam volente parte.*

50 *Excommunicatus reus necessarius potest excipere, defendere, & appellare, & rescriptum impetrare.*

51 *Excommunicatus, contemnens absolvi, non debet audiri etiamsi sit reus necessarius.*

52 *Processus factus ab actore excommunicato ante oppositionem exceptionis remanet validus, & num. 62.*

53 *Exceptio excommunicationis non obstat, si constat de absolutione.*

54 *Exceptio perjurij repellit à limine judicii.*

55 *Exceptio perjurii est litis finitæ.*

56 *Perjurus dicitur jure suo privatus.*

57 *Perjurus cadit ab actione, & omni commodo contractus privatus remanet, & processus ab eo fabricatus parte opponente, est ipso jure nullus.*

58 *Processus à perjuro fabricatus, antequam pars opponat de perjurio, remanet validus & n. 61.*

59 *Pars non potest remittere perjurium, sed pœnam circa ejus interesse.*

60 Exceptio perjurij potest quandocumque opponi ante sententiam.

61 Opinio Pichi, quo processus factus à perjuro nullo modo valeat, reprobatur, & n. 62.

62 Absolutione obtenta ab excommunicato, processus factus ante oppositionem excommunicationis, valet, & reassumitur in eodem statu, & termino.

63 Instantia data corruit argumentum.

64 Iudex potest repellere perjurum ex officio, etiam parte non opponente.

65 Exceptio perjuri, requirens indaginem, non repellit à limine.

66 Exceptio perjurij de qua clarè non constat, non repellit à limine.

67 Perjurus non repellitur à limine, nisi in causa, in qua est perjurus, & in tangentibus illam.

68 Perjurus non repellitur à limine, quando promissio est ex utriusque contrahentis parte illicita.

69 Perjurus non repellitur à limine in defensione propriæ Ecclesiæ, nec in defensione propria.

70 Perjurus Reus necessarius excipiendo, & defendendo auditur, & n 94.

71 Perjurus non repellitur à limine, quando dolus, & læsio enormissima est jam detecta per sententiam, vel alias de ea constat notoriè.

72 Si non constat de læsione enormissima, & objicitur de perjurio, docendum est de absolutione.

73 Perjurus, qui citata parte per viam signaturæ gratiæ à perjurio obtinuit absolutionem à Papa, non repellitur à limine.

74 Absolutio à perjurio incurso non potest, nisi ex gratia Papæ, concedi.

75 Citatio Partis in absolutione à perjurio est necessaria, & quare.

76 Absolutio à perjurio est obtinenda specificè, nec sufficiunt clausulæ generales, & quare.

77 Absolutio à juramento, quæ ad effectum agendi conceditur parte non citata, est obtinenda in primis ad evitandum incursum perjurij.

78 Absolutio à juramento est necessaria, etiam si instrumentum sit nullum defectu solemnitatum statuti.

79 Instrumentum nullum factum contra formam statuti non probat juramentum.

80 Absolutiones tot obtinendæ, quot sunt juramenta.

81 Iurans solvere, absolutionem non petere, & impetrata non uti, debet prius ab isto tertio juramento, deinde à secundo, & demum à primo obtinere absolutionem, alias nihil agit.

82 Nisi absolutio haberet relationem ad instrumenta, in quibus juramenta continentur.

83 Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.

84 Absolutio à juramento non conceditur, nisi ex causa.

85 Auditores rotæ possunt relaxare juramenta in causis coram eis vertentibus.

86 A.C. habet facultatem exequendi instrumenta camerali obligatione vallata, non obstante absolutione obtenta à juramento ad effectum agendi.

87 Absolutio à juramento non retardat executionem obligationis cameralis.

88 Absolutio ad effectum agendi non prodest ei, qui incidit in perjurium, nisi prius obtineat à Papa absolutionem à perjurio.

89 Credens, absolutionem obtentam esse sufficientem, vel non contravenire pactis, excusari potest à perjurio.

90 Perjurium non incurritur sine dolo, & perfidia.

91 Causa quælibet, etiam levis, excusat à perjurio, sicut à dolo.

92 Absolutio ad effectum excipiendi in curia non datur, & quare n. 93. & seqq.

93 Exceptio requirit indaginem, quæ in summaria cognitione repellitur.

94 Reus in sua exceptione est actor.

95 Exceptiones, quod quis non habeat legitimam personam standi in judicio, semper possunt opponi, & numquam censentur exclusa.

96 Iuramentum calumniæ est de essentia in quolibet judicio.

97 Iuramentum calumniæ non est de necessitate nisi petatur.

98 Iuramentum calumniæ non potest remitti expresse secus tacitè.

99 Iuramentum calumniæ petitum, nisi fuerit præstitum, processus est nullus.

100 Iuramentum Calumniæ petitum non potest omitti, & antequam præstetur, denegatur audientia.

101 Iurare de calumnia tenetur tam actor, quam Reus, & in primis actor.

102 Actor recusans de calumnia jurare, cadit à jure suo, Reus verò habetur pro confesso.

103 Iurare de calumnia tenetur, tam principalis, quam procurator.

104 Iurare de calumnia sat est ante sententiam.

105 Iuramentum calumniæ præstare in terminis substantialibus, sat est.

106 Procurator habens mandatum speciale à Domino tenetur jurare de calumnia in animam ipsius Domini, alias in animam propriam.

107 Procurator habens mandatum generale ad lites admittitur ad jurandum de calumnia, quicquid sit de jure.

108 Iuramenti calumniæ petiti omissio impedit executionem obligationis cameralis.

109 Petitio juramenti de calumnia, nisi repetatur protestatio in quolibet actu, per processum ad ulteriora evanescit, & processus valet.

110 Iuratum satis dicitur de calumnia, si in terminis substantialibus fuit servatus terminus ad jurandum de calumnia.

111 Omissio juramenti calumniæ, etiam petiti, non nocet, si constat de bono jure.

112 Protestatio nihil fieri, nisi specificata summa, & facto calculo, parte postea iterum citata & intimata, nil operatur, si summa erat liquida.

113 Periis in arte standum est.

114 Periti præferuntur testibus, sed magis creditur illis, qui negotio interfuerunt.

115 Parte contumace in electione periti judex illum eligit ex officio.

116 Relationi peritorum à partibus electorum, aut per alios de consensu partium vel à Rota electi, standum, donec doceatur de errore.

117 Pe-

117 Periti debent referre in actis cum juramento.

118 Periti non debent esse partibus suspecti.

119 Periti debent referre, & judex judicare.

120 Peritis in discordia existentibus, eligitur Tertius.

121 Partibus existentibus in mora eligendi tertium, eligitur ex officio à judice.

122 Sententia peritorum, quoad judicem numquam transit in judicatum, nisi quis promiserit stare cuicumque relationi illorum.

123 Sententia peritorum, & lata de illorum consilio potest quandocumque revocari per electionem aliorum.

124 Revisio peritorum non datur, nisi semel, ne processus detur in infinitum.

125 Peritis referentibus super diverso capite à secundo, est locus ulteriori eorum deputationi.

126 Peritorum Relatio est semper retractanda, quando manifeste apparet erronea.

127 Peritorum Relatio nulla retractatur, & nullum producit effectum.

128 Peritorum relatio est nulla, si non constat de electione, vel de præsentia, aut de citatione Partis in examinatione negotij.

129 Periti unius relatio nulla est, si duo fuerunt deputati.

130 Citatio partis in mensuratione per peritos faciendæ requiritur pro die, & hora certa.

131 Citatio, seu denunciatio quælibet extrajudicialis debet fieri pro die, & hora certa, secus in citatione judiciali, & quare.

132 Relationi Tertij Periti ser. ser. factæ standum est.

133 Etiamsi discordet ab aliis duobus.

134 Contrarium quod nulli standum sit.

135 Pro concordia videtur posse distingui, & quomodo.

136 Secundo, & melius pro concordia videtur distinguendum, & quomodo.

137 Tertij Periti de consensu electi relationi standum videtur, etiam si discordet ab aliis duobus.

138 Relationi tertij Periti de consensu electi ser. ser. datæ, quæ justificatur ex actis, standum etiamsi discordet ab aliis, alias secus.

139 Tertius Peritus in casu concordiæ non cogitur ad referendum, nec ejus deputatione opus est.

140 Peritis duobus concordantibus, & non tertio standum est.

141 Verba illa in citatione posita, & quodcumque decretum necessarium, & opportunum fieri operantur, ut judex possit facere decretum sibi benevisum.

142 Decretum super electione peritorum potest interponi, nisi ad p.d. cum intimatione, vel simpliciter cum intimatione.

143 Decreto super electione Peritorum interposito, an, & quando possit ad ulteriora procedi.

144 Citato ad docendum de præjudicialibus in Partibus, datur dilatio secundum distantiam loci, si jurat de calumnia, alias secus.

145 Præjudicialibus medio juramento allegatis, datur dilatio secundum distantiam loci, & interim nihil potest innovari.

146 Præjudicialium terminus currit à die facti decreti, & executæ intimationis, non à die allegationis.

147 Dilatione à judice in decreto secundum distantiam loci concessa ad docendum de præjudicialibus, nihil relevat, si deinde allegentur, alias suppletur dilatio, in eo quod deest.

148 Protestatio, non admitti jura in præjudicium, operatur, ut judex admittat illa sine præjudicio, quæ admissio non nocet.

149 Clausula sine præjudicio præservat obligationem cameralem, & cæteram in statu, & termino, quatenus jus permittit.

150 Clausula sine præjudicio operatur, ut quoad præjudicium inferendum actus, habeatur pro non facto.

151 Admissio sine præjudicio nil præjudicat decreto facto, aut mandato relaxato, in quantum jus patitur.

152 Admissio jurium, & etiam cum clausula sine præjudicio circumducit conclusionem in causa, & terminum pro servato, & quare num. 153.

153 Curia observat, ut citetur unico contextu ad concludendum in causa, & ad sententiam.

154 Lata sententia prout in cedula, vel termino habito pro servato, Notarius omnia ponit sub die, in qua cadebat citatio, etiam si postea pronunciatum sit.

155 Si constat aliunde, in scriptis non fuisse pronunciatum ea die, qua cadebat citatio, sententia est nulla.

156 Iuribus admissis sine præjudicio conclusionis & termini pro servato, eo ipso constat, quod sententia non erat lata, & remanet nulla.

157 Admissio jurium sine præjudicio decreti & mandati, præsupponit decretum factum, & mandatum relaxatum.

158 Conclusio in causa ligat manus parti, quoad productionem, & judici quoad admissionem.

159 Actus conclusionis in causa est omnino contrarius productioni, & admissioni testium, & jurium, & ideo illam destruit, protestatione non obstante.

160 Decretum relaxationis mandati non est actus de sui natura contrarius producti orum, & admissioni jurium, ideo admissio, cum clausula sine præjudicio, operatur.

161 Iudex ignorans conclusionem in causa, non videtur illam revocare per novam admissionem, sed hoc non est admittendum de facili.

162 Conclusio in causa non revocatur sine aliquo decreto.

163 Exceptio firmat Regulam contrarium in casibus non exceptuatis.

164 Exceptio declarat, quid sit sub Regula, & sub ea includit casus similes exceptuatis

165 Obligatio cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à contractu.

166 Obligatio cameralis non retardatur ab exceptionibus illiquidis, turbidis, seu ambiguis.

167 Obligatio cameralis non retardatur à petitione restitutionis in integrum, si fuit maximè præventum in petitione executionis.

168 *Obligatio cameralis non admittit exceptionem discussionis.*

169 *Exceptio requirens indaginem non impedit execut. oblig. camer. aut instrumenti Guarantigiati, vel alterius judicij executivi.*

170 *Exceptio requirens indaginem quid sit.*

171 *Exceptio contractus facti sine causa non retardat executionem obligationis cameralis.*

172 *Exceptio non retardat executionem obligationis cameralis, nisi sit extribus, scilicet novationis, solutionis, & falsitatis.*

173 *Data incompetentia judicis, vel inhabilitate Personæ, retardatur executio obligationis cameralis.*

174 *Nullitas instrumenti impedit executionem obligationis cameralis.*

175 *Exceptio apparens ex ventre instrumenti impedit executionem obligationis cameralis.*

176 *Exceptio compromissi, oriens ex ventre instrumenti impedit executionem obligationis cameralis, etiamsi requirat indaginem.*

177 *Exceptio requirens probationes extrinsecas à contractu, non dicitur oriri ex ventre ad impediendam obligationis camer. executionem.*

178 *Obligatio conditionalis, vel in diem, ante purificationem non potest executioni mandari.*

179 *Exceptio oriens ex natura rei admittitur in omni judicio, etiam ad impediendam executionem obligationis cameralis.*

180 *Exceptio cedendarum retardat executionem obligationis cameralis.*

181 *Exceptio cedendarum nunquam censetur excluſa.*

182 *Exceptio rei non traditæ retardat executionem obligationis cameralis.*

183 *Exceptio rei non liberè traditæ retardat executionem obligationis cameralis.*

184 *Exceptio rei non liberè traditæ non retardat, si habentes interesse consentiant, & pretium sit investiendum vel emptor non possit damnum pati.*

185 *Exceptio pretij non soluti, vel non implementi in totum, vel in partem, impedit executionem obligationis cameralis.*

186 *Exceptio non implementi etiam in minimo obstat, etiam cessionario.*

187 *Exceptio non implementi non prodest ei, qui primo contravenit.*

188 *Exceptio non implementi non relevat, si tempus præfixum non est elapsum, vel illa non est clara.*

189 *Defectus causæ sicut reductio ad non causam, impedit executionem obligationis cameralis.*

190 *Defectus causæ ut prosit, debet esse evidens, & versari circa causam finalem.*

191 *Exceptio compromissi necessarij, etiam ex pacto impedit executionem obligationis cameralis.*

192 *Exceptio compromissi voluntarij non retardat executionem obligationis cameralis, nisi data cautione, & certis casibus, remissivè.*

193 *Exceptio retentionis retardat executionem obligationis cameralis, etiam quantitate non liquida.*

194 *Exceptio præsumptæ satisfactionis retardat executionem obligationis cameralis.*

195 *Exceptio præsumptæ satisfactionis obstat administratori, si constet eum potuisse sibi satisfacere alias secus.*

196 *Exceptio præsumptæ satisfactionis non obstat administratori in reliquis, quando constat eum esse debitorem in certa summa, quam offert compensare.*

197 *Exceptio simulationis probatæ impedit executionem obligationis cameralis.*

198 *Exceptio sequestri impedit executionem obligationis cameralis.*

199 *Exceptio rei judicatæ retardat executionem obligationis cameralis, & admittitur in quocumque judicio.*

200 *Exceptio præscriptionis retardat executionem obligationis cameralis.*

201 *Obligationes camerales omnes sunt juratæ.*

202 *Actio per juramentum de jure communi perpetuatur ultra triginta, & usque ad quadraginta annos.*

203 *Statutum urbis* cap. 158. lib. 1. *spatio sexdecim annorum inducit præsumptionem, etiam contra contractum juratum, & cameralem obligationem Vallatum.*

204 *Statutum urbis*, d. cap. 158. *tollit fidem instrumentis, adeo ut ex illis non probetur juramentum.*

205 *Præscriptio stat. urbis* d. cap. 168. *procedit etiam contra forenses, & in obligationibus alibi confectis, dummodo petitio fiat in urbe.*

206 *Præscriptio stat. urbis*, cap. 158. lib. 1. *non habet locum, si solutio fuit destinata certo loco extra curiam, etiamsi petitio fiat in curia.*

207 *Oblig. camer. licet operetur, ut quis possit ubique conveniri, non tamen operatur, ut solutio certo loco destinata, sit ubique facienda.*

208 *Solutione in pluribus locis destinata attenditur, quoad præscriptionem, statutum unius ex locis destinatis in quo fit petitio.*

209 *Statutum urbis* d. cap. 158. lib. 1. *expresse excipit contractus censuum, & subsequens c. 159. non comprehendit contractum juratum.*

210 *Statutum urbis circa præscriptionem non habet locum in actione reali, quæ pro censibus competit.*

211 *Statuto urbis circumscripto, fructus censuum possunt semper peti per triginta annos ante litem motam.*

212 *Forensibus contra statutum urbis succurritur per restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ illius, nisi illa conjecturis, aut culpa excludatur.*

213 *Constito de bono jure, in causis restitutionis in integrum, quadriennium de stylo non attenditur in curia.*

214 *Exceptio vulnerationis instrumenti impedit executionem obligationis cameralis.*

215 *Obligatio cameralis vulneratur, quando per sententiam, aut decretum instrumentum fuit declaratum nullum.*

216 *Obligatio cameralis non vulneratur, si sententia lata, aut decretum factum pro ea, fuit tantum revocatum.*

217 *Iudex tunc demum vulnerat instrumentum quando dirigit verba sententiæ, aut decreti contra illud, alias secus.*

218 *Sententia nulla, aut notoriè injusta non vulnerat obligationem cameralem.*

219 *Sententia lata in alia causa, vel sine actis, non vul-*

vulnerat obligationem cameralem.

220 Sententia nulla lata in causa criminali, vel sine actis, non vulnerat obligationem cameral.

221 Sententia absolutoria ab impetitis lata, si fuit ab ea appellatum, vulnerata remanet per indirectum cameralis obligatio.

222 Sententia nulla seu notoriè injusta, à qua non fuit appellatum, non vulnerat, quia, quod nullum est, nullum producit effectum.

223 Sententia vulnerante sublata, cessat vulnus, & proceditur ad executionem.

224 Vulnus non retardat executionem obligationis cameralis si Papa mandat ita procedi, vulneratione non obstante.

225 Exceptio relevans alias non admittenda, si est probata, vel potest incontinenti probari, retardat executionem obligationis cameralis.

226 Exceptio læsionis non retardat executionem obligationis cameralis, secus si est probata, dummodo non requirat indaginem.

227 Exceptio Vsuraria pravitatis non retardat executionem obligationis cameralis, nisi sit evidens, & indubitabilis.

228 Exceptio erroris non retardat obligationis cameralis executionem, nisi error sit clarus, & probetur in continenti.

229 Exceptio simulationis non retardat executionem obligationis cameralis, nisi sit probata, vel clara, quæ possit incontinenti probari.

230 Exceptio remissionis afflictus non retardat executionem obligationis cameralis, secus si est probata.

231 Exceptio non numeratæ pecuniæ non retardat executionem obligationis cameralis, secus si est probata.

232 Exceptio compensationis non retardat executionem obligationis cameralis, & quando hoc signanter procedat.

233 Exceptio compensationis crediti pariter privilegiati & liquidi, impedit executionem obligationis cameralis.

234 Exceptionis compensationis admissio residet in arbitrio judicis, constito de paupertate, vel onere filiorum.

235 Exceptio compensationis debiti, contracti post obligationem cameralem, retardat illius executionem.

236 Exceptioni compensationis censetur renunciatum per susceptionem termini.

237 Exceptio novæ conventionis est ex tribus impedientibus executionem camer. obligationis.

238 Exceptio pacti de non petendo est prima ex tribus, ex quo pactum continetur sub nova conventione.

239 Exceptio falsi clarè incontinenti probata retardat executionem obligat camer. sicut exceptio falsæ causæ concludenter probata.

240 Exceptio falsitatis est ex tribus.

241 Suspicio falsitatis in civilibus habetur pro falsitate.

242 Solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio.

243 Exceptio solutionis est una ex tribus.

244 Producens tres ultimas quietantias pro tribus ultimis terminis, seu solutionibus, etiam bimestralibus, præsumitur semper retro solvisse.

245 Solutio pro residuo, vel complemento liberat à toto.

246 Declarare in quam causam fiat solutio, spectat ad debitorem.

247 Creditor, si debitor non declarat, potest in actu receptionis declarare, in quam causam recipiat, prout magis expedit creditori, secus ex intervallo.

248 Solutio in dubio cedit in causam duriorem, nisi aliter fit à debitore declaratum, aut alias constet de consensu partium.

249 Causa durior est, quæ continet obligationem cameralem.

250 Præsumitur in dubio pro validitate inventarii.

251 Præsumptio pro validitate actus omnibus aliis antefertur.

252 Inventarium ritè factum præservat hæredem in statu, quo erat ante aditam.

253 Hæres tenetur docere de inventario legitimo, & reddere rationem, alias proceditur contra eum eodem modo quo procedi potuisset contra defunctum.

254 In tribunali A. C. citatur ad docendum adivisse cum beneficio, inventarium ritè confecisse, & rationem reddidisse, quod etiam observatur in Rota.

255 Iudex habens terminum pro servato, ut gaudeat spatio ad deliberandum; debet illum declarare infra decem dies.

256 Auditores Rotæ habent facultatem publicandi terminum habitum pro servato infra quindecim dies.

257 In curia Capitol. loco termini pro servato fit diffundi, & quid sit diffusio, & quid moratio.

258 Diffusio fit ad p. d. juridicam, in qua, si judex decretum non facit, expirat diffusio.

259 Diffusio requirit præsentiam partis, de qua Notarius testetur in extensione diffusionis.

260 Notarius nihil scribit, dum judex habet terminum pro servato, sed omnia ponit sub die. pro qua cadebat citatio, dum judex hujusmodi terminum declarat.

261 Admissio novorum jurium circumdutit terminum pro servato, non obstante quavis protestatione, & quare.

262 Iudex decernit mandatum nisi infra tres, si debitor non consensit unica &c alias nisi ad p. d. n si sibi danda longa dilatio videatur.

263 Iudices Romanæ Curiæ ex justa causa solent reponere partem in terminis, in quibus erat ante factum decretum.

264 Iudex ordinarius potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & qui sint judices ordinarij in Romana curia.

265 Requisita Pauli de Castro in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, sunt, quod debitor sit in mora, quod creditor habuerit occasionem lucrandi, & quod ob defectum pecuniæ illam amiserit.

266 Solitus negotiari tenetur verè, & concludenter probare requisita Pauli de Castro, si vult consequi interesse, nec sufficit probatio præsumptiva, ut servat Rota.

267 Fides Proxeneta quod quis invenerit loca emenda, debet esse legitimè recognita, alias non probat.

268 Protestatio contra debitorem juxta doctrinam Pauli

Pauli de Castro *debet fieri à principali, vel ab habente mandatum speciale.*

269 *Contrarium quod lucrum cessans possit probari per conjecturas, & signanter à solito negotiari.*

270 *Probatio concludit à communiter accidentibus.*

271 *Conjecturæ in materia interesse sufficiunt.*

272 *Tertium requisitum* Pauli de Castro, *videtur improbabile.*

273 *Probatio conjecturalis transfert onus probandi contrarium in adversarium.*

274 *Verba illa,* Pauli de Castro, *quia pecunias non habuit, non potuit emere, non sunt verba articuli, sed tendunt ad illationem.*

275 *Ea, quæ consistunt in animo, probantur per juramentum, & conjecturas sicut ea, quæ sunt difficilis probationis.*

276 *Interesse, quando non est omninò incertum sed in potentia propinqua, videtur posse probari per juramentum.*

277 *Lucrum cessans potest probari per conjecturas, & quare.*

278 *Interesse ex æquitate* l. curabit *debetur ab emptore, qui pretium non solvit, absque requisitis* Pauli de Castro, *& quare.*

279 *Æquitas* l. curabit. *habet locum, etiam pro rata pretij non soluti, & data dilatione ad solvendum, cum pacto quod interim solvatur interesse ad certam quantitatem, secus extra pretium.*

280 *Pecunia non facit fructus sicut res empta, ideo tunc pro consecutione interesse sunt necessaria requisita* Pauli de Castro.

281 *Æquitas* l. curabit. *procedit etiam in venditore, cui pretium fuit solutum, ut teneatur ad fructus recompensativos, donec rem venditam tradat.*

282 *Æquitas* l. curabit. *habet locum in omni contractu correspectivo.*

De exceptionibus dilatoriis, & peremptoriis, ac replicationibus, Pars Prima. Cap. VIII.

1 FIrmata jurisdictione, adimpediendam mandati relaxationem, & expeditionem in terminò citationis ad solvendum, necnon etiam intimationis, & antequam mandatum expediatur, multæ exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ opponi possunt.

2 Primò possunt opponi exceptiones contra personam actoris, si quæ sint, videlicet.

A Adversarium esse excommunicatum, A per-
B jurum B & similes C, ut infra videlicet.

C Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit NN. Adversarium esse publice excommunicatum (*vel esse periurum vel quid simile*) ideo non esse audiendum, sed repellendum à limine judicii, alias protestatus fuit de nullitate, omni &c.

3 Secundò potest opponi, nihil fieri, nisi reco-
D gnitis juribus, & legitimatis personis D, si jurium recognitio, & personarum legitimatio sint necessariæ, hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. Procurator prout de ejus mandato procuræ docuit per instrumentum publicum rogatum per acta N. sub die N. tenoris &c. Et dixit, nihil fieri, nisi recognitis juribus, & sibi intimato die, & hora certis ad effectum &c. Et nisi legitimatis personis (vel nisi legitimatis hinc inde personis, si ex utraque parte legitimatio sit necessaria) & nisi servatis servandis, & verificatis verificandis, alias &c. omni &c.

4 Facta hac protestatione, & oppositione, jura sunt recognoscenda, alias non posset deveniri ad expeditionem mandati: & si personæ sint mutatæ debent omnino legitimari, alias sine notoria nullitate ad ulteriora procedi non poterit.

5 Tertiò potest opponi nihil fieri, nisi jurato de calumnia, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. dixit, & protestatus fuit ni-
E hil fieri, nisi jurato de calumnia E per principalem met, & sibi intimato, ac ser. ser. ver. ver. alias &c.

6 Et tunc si principalis est in curia, tenetur ipse jurare de calumnia, alias poterit jurare per Procuratorem, ut infra, & nisi fuerit juratum, non poterit ad ulteriora procedi in expeditione mandati, sine vitio nullitatis.

7 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. medio juramento tactis &c. juravit de calumnia in forma, omni &c.

Et deinde fit intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter fuit juratum de calumnia, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

8 Ad consulendum brevitati advertendum est, quod poterit jurari de calumnia eadem die qua obtinetur decretum, & intimari una cum decreto, etiam si non fuerit oppositum, nè, si postea opponatur, sit facienda nova intimatio, & expeditio mandati interim retardetur.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter fuit juratum de calumnia, & Dominus relaxavit mandatum, & aliàs prout in actis. Instante NN. Principali, sive &c.

N. Notarius.

9 Quartò potest opponi nihil fieri, nisi specifi-
F cata summa, & factis calculis F ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & protestatus fuit, nihil fieri, nisi specificata summa prætensa, medio juramento tactis &c. & factis calculis, & sibi intimato pro die, & hora certis, ad effectum &c. alias de nullitate &c.

10 Et tunc pro hac protestatione adimplenda est necessaria pro parte actoris hæc intimatio, videlicet.

A.C.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter infrascriptus instans die N. hora N. erit in officio ad calculandum, ideò citetur idem ad interessendum, quatenus &c. alias videndum expediri mandatum, quibuscumque non obstantibus ad p.d instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Si pars comparet, specificatur summa & fiunt calculi parte præsente, sin minus, fit in actis hæc protestatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. expectata hora N. intimata, & hora N. proximè sequenti pulsata, accusando contumaciam partis adversæ non comparentis medio juramento tactis &c. specificavit summam, & calculavit in scutis NN. salvo jure &c. omni &c.

Et deinde fit intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter fuit specificata summa, & adimpleta protestatio, & Dominus mandavit expediri mandatum quibuscumque non obstantibus, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

11 Sed si calculi faciendi requirant electionem peritorum, & pars adversa de hoc protestetur, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis ad videndum mandari eligi peritos G. ad effectum calculandi, illosque eligi videndum, & eligendum alias videndum pro ejus parte eligi, & deputari per Dominum ex officio, & quodcumque decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi H. ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

I NN. Petiit ut supra, ex tunc Dominus mandavit elegi peritos cum intimatione I, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit eligi peritos, & alias prout in actis, ideo citetur idem, ad illos pro ejus parte eligendum, alias videndum per Dominum deputari ex officio ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Si pars non comparet, obtinetur decretum videlicet.

NN. Petiit ut supra, ex tunc Dominus elegit in peritum NN. nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus deputavit peritum, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

12 Peritus autem ab una, vel etiam altera parte illum eligere volente, eligitur ut infra, videlicet

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. elegit pro ejus parte in peritum NN. ad effectum calculandi super juribus de quibus agitur, omni &c.

13 Deinde peritis informatis citatur altera pars, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis ad informandum peritos, quatenus &c. & videndum illos mandari referre, & decretum necessarium & opportunum fieri ad d.p. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit referre peritos, & alias pro ut actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Quod si peritus exadverso electus non dat suam relationem, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

14 Citetur NN. exadverso principalis, ad faciendum referre suum peritum, alias videndum mandari stari relationi periti infrascripti instantis ad p.d. instante NN. principali sive &c.

N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit stari relationi periti, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

15 Sed quia ab hoc decreto datur appellatio, ideirco si lis continet summam appellabilem melius est citare, ut infra, ad tollendum adversario refugium appellationis, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis ad faciendum referre suum peritum, alias videndum, per Dominum eligi alium ex officio ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra eligi in peritum NN. nisi ad p d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali qualiter Dominus elegit alium peritum, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

16 Et deinde citatur denuò ad videndum mandari referre peritos ut supra, & facta solita intimatione, elapsoque termino in ea contento, periti referunt, & Notarius recipit, & ponit in actis eorum relationes, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. peritus, medio juramento tactis &c. dedit suam relationem, prout in folio, tenoris &c. omni &c.

Vel si sunt concordes ambo periti, simul dant eorum relationem prout in folio, tenoris &c.

Si

Si verò quilibet peritus dat deperſe ſuam relationem, diſcordant, utpotè, quia unus calculat in majori, alter in minori ſumma, citatur pars adverſa hoc modo, videlicet.

A. C. N.

17 Citetur NN. exadverſo principalis, ad concordandum de tertio perito, & dandum liſtam confidentium, & diffidentium, quatenus &c. alias videndum, per Dominum deputari ex officio ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit ut ſupra, ex tunc Dominus mandavit dari liſtas ut ſupra, cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus mandavit dari liſtam, & alias prout in actis, ideo citetur idem ad illam dandum, alias videndum per Dominum deputari tertium peritum ex officio, quibuſcumque non obſtantibus ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum ſi partes concordant.

NN. Petiit ut ſupra. Ex tunc Dominus deputavit in peritum NN. de conſenſu partium, partibus præſentibus (vel niſi ad p. d. cum intimatione, ſi partes non ſunt ambæ præſentes.)

Decretum, ſi partes non concordant.

NN. Petiit ut ſupra. Ex tunc Dominus deputavit in peritum NN. niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter Dominus elegit peritum, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Et deinde citatur ad videndum mandari referre peritum, & obtento decreto, fit ſolita intimatio, ut ſupra. Poſt relationem omnium peritorum judex procedit ad ulteriora in cauſa, ſervatis ſervandis.

18 Quintò poſſunt opponi præjudicialia in partibus, hoc eſt nova conventio, ſeu tranſactio, ſolutio, vel quid ſimile medio juramento tactis &c. alias non relevaret, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. juramento tactis &c. alle-
L gavit præjudicialia L in partibus &c. & pendente termino &c. proteſtatus fuit, nihil innovari, alias &c. omni &c.

19 Antequam labatur terminus præjudicialium erunt producenda jura ad impediendum expeditionem mandati, ut infra, alias illud poſſet expediri.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. ad docendum de nova conventione, facto per compulſum produxit inſtrumentum publicum tranſactionis rogatum per acta NN. ſub die NN. tenoris &c. (*vel quid ſimile ſi adeſt*) & proteſtatus fuit nihil fieri, niſi viſis juribus per Dominum, & illo informato in die Notarii, alias &c.

20 Sed ſi reus producit jura, ut ſupra, prævia citatione ad dicendum contra, erit pro parte actoris facienda hæc proteſtatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. proteſtatus fuit non admitti
M aliqua jura M, in præjudicium obligationis Cameralis, proceſſus executivi, decreti facti, & mandati relaxati, & his ſalvis, & non alias &c. contra prætenſa jura dixit pro nunc generalia verbo, ſalvo jure &c. & pendente &c. alias &c. omni &c.

Quo caſu judex admittit dd. jura cum clauſula *ſine præjudicio*, ut ſupra, *& ſi, & in quantum, & non alias &c.*

21 Sextò poſſunt opponi omnes aliæ exceptio-
N nes N competentes, prout præſcriptionis, præ-
O ſumptæ ſatisfactionis, Novationis, O, Falſita-
P tis, P Solutionis, Q & ſimiles, ſi quæ ſint, & pro-
Q bari poſſint.

22 Septimò, quando quis convenitur uti hæres, ad evitandum executionem in bonis propriis, poteſt opponi ſe eſſe hæredem cum beneficio legis, & inventarii. videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. dixit non poſſe relaxari aliquod mandatum contra bona propria, nec in eis fieri executio, cum ipſe ſit hæres NN. cum beneficio legis, & inventarii, prout docuit per inſtrumentum publicum inventarii rogatum per acta NN. ſub die NN. prout in folio, tenoris &c. ideo proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, alias &c.

Et tunc, prout etiam quando agitur contra hæreditatem jacentem, & illius curatorem, non relaxatur mandatum, niſi contra bona hæreditaria.

23 Cæterum, ſi mandatum contra bona hæreditaria haud facile exequi poſſit, vel bona hæreditaria non ſint ſolvendo, tunc citatur hæres hoc modo videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverſo principalis hæres NN. exadverſo principalis ad docendum ſe adiviſſe hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, inventariumque legitimè confeciſſe, & de inventariatis rationem reddidiſſe, alias videndum mandari exequi mandatum contra perſonam, & bona propria, quibuſcumque non obſtantibus ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra xv. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali hæredi NN. exadverſo principalis, qualiter Dominus mandavit exequi mandatum contra perſonam & bona propria, quibuſcumque non obſtantibus & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

24 Quo caſu, niſi hæres docuerit, ſe inventa-
R rium legitimè confeciſſe, & de inventariatis rationem reddidiſſe, vel niſi rationem de inventariatis reddat, R obtinebitur exequatur mandati contra perſonam, & bona propria.

25 Oc-

25 Occurrit aliquando, quod pars aliquid relevans opponit, quod indiget discussione, unde judex ad maturius deliberandum, quid agendum sit pro justitia, solet non facto aliquo de-
S creto habere terminum pro servato S.

Est autem terminus pro servato assumptio dilationis decem dierum à judice oretenus facta ad deliberandum super causæ expeditione, à die reproductæ citationis computandorum, quo casu judex in d. termino potest, absque nova citatione, expedire causam ad libitum, & suum facere decretum, prout justitia postulat.

26 Quod si judex, aut pars voluerit, poterit nihilominus adversarius citari ad causæ expeditionem, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis ad videndum aperiri terminum pro servato habitum, & quodcumque decretum desuper necessarium & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Et hujusmodi citatio potest reproduci, & non reproduci, arbitrio D. judicis, & si ipse voluerit, poterit in ea, & non in prima citatione non interponere decretum.

Si reproducatur, decretum in pede illius, sin minus in pede primæ citationis obtinetur, ut infra, videlicet.

NN. Petiit ut supra. Ex tunc Dominus decrevit, & relaxavit mandatum pro scutis NN.
T nisi ad p. d. cum intimatione, T omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus relaxavit mandatum, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

27 At si causa requirat majorem discussionem, & non possit ideo expediri in publica audientia, dum termini observantur à judice sedente pro tribunali, sed necesse sit, illum informare in die informationis Notarii in camera, tunc ponitur à Notario causæ nomen principalis in lista sub numero currente, verbi gratia.

Num. N. Pro NN. contra NN.

Et datis à partibus judici informationibus facti, & juris in scriptis, allatisque ei per Notarium causæ, per diem ante juribus in actis productis, adveniente die, hora, & numero informationis informatur judex etiam in voce in camera, in contradictorio, & ita observatur in omnibus causis, etiam summariis, & ordinariis, ubicumque aliqua subest difficultas in quovis articulo, sivè principali, sive incidente.

Ad hoc autem, ut in causis executivis, pars compareat ad informandum, citatur ut infra, nisi adhuc duret terminus habitus pro servato, quo casu potest, etiam sine infrascripta citatione, vel cum illa, ad libitum informari, videlicet.

A. C. N.

28 Citetur NN. exadverso principalis ad comparendum coram Domino, & informandum in die informationis Notarii, quatenus &c. alias videndum expediri mandatum, alias decretum, & relaxatum, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Hæc citatio potest reproduci, & non reproduci ad libitum, prout dictum est supra de citatione ad videndum aperiri terminum pro servato habitum, non tamen potest reproduci, nisi in die Notarii, si sit juridica, alias prima die juridica post diem Notarii immediatè sequente erit reproducenda, & si obtinetur decretum, debet fieri solita intimatio.

Potest etiam dicta citatio fieri magis specialis ad solvendum, & ad id quod petitur, secundum facti contingentiam. Quod si quis nolit illam reproducere, vel etiam, si causa sit summaria, vel ordinaria, poterit ad effectum ostendendi judici extrajudicialiter, quod pars fuit citata ad informandum in die Notarii, citare hoc modo.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad informandum in die informationis Notarii; quatenus &c. alias &c. Instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

29 Verum si mandatum fuerit relaxatum, sed expeditio illius fuit retardata propter oppositiones exadverso factas, & judex vult partes iterum audire, citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum expediri mandatum, alias decretum, & relaxatum, quibuscumque non obstantibus, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit expediri mandatum, quibuscumque non obstantibus. & alias, prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

30 Si verò quis dubitat primum decretum, vel aliquem pati defectum, aut continere nullitatem stantibus oppositionibus, & productionibus exadverso factis, ad majorem cautelam poterit citare hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum expediri mandatum, alias decretum, & relaxatum, & quatenus opus sit de novodecerni, & relaxari quibuscumque non obstantibus, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit expediri mandatum quibuscumque non obstantibus, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Sed si ad coadjuvandas probationes anti-
V quas V fuit pro parte actoris facta nova produ-

ctio, ut supra, citatur hoc modo pro obtinendo Exequatur, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum mandari exequi mandatum, alias decretum, & relaxatum sub die NN. & quatenus opus sit, de novo decerni, & relaxari quibuscumque non obstantibus, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali qualiter Dominus mandavit, exequi mandatum, & alias, prout in actis. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

32 Et eodem modo citatur, & intimatur, si post expeditum mandatum, ante tamen illius executionem aliqua persona sit mutata, nam legitimata persona, & productis juribus, obtinetur Exequatur, citata parte, ut supra.

Aliquando reus, post oppositiones factas ante expeditionem mandati, obtinet supersessoriam, & citat hoc modo, videlicet.

A. C. N.

33 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum mandari supersederi in expeditione mandati, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

Vel.

NN. Petiit, ut supra, & obtinuit supersederi per dies NN. nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit supersederi, & alias prout in actis, instante NN. principali sive &c.

N. Notarius.

34 Quæ supersessoria potest obtineri etiam post expeditionem mandati, citando ad videndum mandari supersederi in illius executione, ut supra.

Idcirco, si actor prætendit revocationem supersessoriæ, amotis difficultatibus facti, & juris, si quæ sint, poterit citare hoc modo, videlicet.

A. C. N.

35 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum revocari supersessoriam nulliter, & indebitè extortam, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus revocavit supersessoriam, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius

Aliquando etiam reus, antequam expediatur mandatum, obtinet repositionem à decreto relaxationis, citando, ut infra, videlicet.

A. C. N.

36 X Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum instantem reponi X à quodcumque prætenso decreto præjudiciali relaxationis mandati nulliter, & indebitè extorti, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus reposuit, & alias, prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Et ob id, si actor videt, hujusmodi repositionem de jure non subsistere, citet etiam ipse ad videndum reponi, & allegatis rationibus opportunis, obtinebit, ut infra, videlicet.

A. C. N.

37 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum instantem reponi à quocumque prætenso decreto præjudiciali nulliter, & indebitè extorto, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus reposuit, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius,

Aliquando verò reus post expeditionem mandati obtinet illius revocationem, citando, ut infra, videlicet.

A. C. N.

38 Citetur NN exadverso principalis, ad videndum revocari mandatum nulliter, & indebitè extortum, cum omnibus inde secutis, & in expensis condemnari, ad p.d. instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus revocavit mandatum, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Ideoque si actor videt, hujusmodi revocationem de jure non subsistere, alleget rationes, & citet, ut infra, & obtinebit decretum, videlicet.

A. C. N.

39 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum instantem reponi à quocumque decreto præjudiciali revocationis mandati, & decretum necessarium, & opportunum fieri & interponi ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decre-

Decretum.

NN Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus reposuit, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Solet aliquando fieri citatio generalis ad audiendam judicis voluntatem, ad hoc ut judex possit decretum facere sibi benevisum, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

40 Citetur NN. exadverso principalis ad comparendum coram Domino, die NN. hora Audientiæ *(vel informationis Notarij, si illa sit juridica)* & audiendum ejus voluntatem, & loco voluntatis quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Etsi contingat vigore hujus citationis obtineri decretum, intimatur parti adversæ in forma juxta superius tradita.

41 Si tamen pars sit præsens, & in decreto quocumque dicatur, partibus præsentibus, vel procuratore exadverso præsente, non est necessaria alia intimatio, nisi judex mandet nihilominus decretum intimari.

Quod si actor, pendente supersessoria mandatum exequi fecerit, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

42 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum revocari executionem nulliter, & indebitè factam in spretum supersessoriæ, cum omnibus inde sequutis, & in expensis condemnari, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Et obtinetur *decretum*, videlicet,

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus revocavit executionem, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

43 Si verò quis post revocatum mandatum, illud nulliter, absque repositione à decreto præjudiciali, exequi fecerit, citatur hoc modo pro revocatione exequutionis obtinenda, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis ad videndum revocari exequutionem nulliter, & indebitè factam vigore mandati revocati, cum omnibus inde secutis, & in expensis condemnari, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus revocavit executionem, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

44 Nec poterit postea actor audiri, nisi refectis expensis; ideo si vult ad ulteriora procedere protestetur, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & sine præjudicio sui crediti, & quorumcunque aliorum suorum jurium, & non alias &c. ita quod &c. quatenus opus sit, renunciavit tantum executioni ad ejus favorem, & instantiam factæ super NN. de qua, seu quibus in actis, omni &c. Et pro expensis liquidis facto deposuit, penes me Notarium actuarium causæ Julium unum, offerens plus deponere, seu solvere, si plus taxatum fuerit, non solum ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Poterit etiam, si mandatum, vel executio fuerit à judice revocata absque alia renuncia, ubicumque expensæ sint reficiendæ, fieri depositum, & oblatio, de qua supra nè alias expensarum refectio impediat processum ad ulteriora, quo casu pariter onus taxare faciendi expensas ad partem adversam pertinebit, & interim ad ulteriora procedetur.

45 Cæterum si reus plures opponat exceptiones, ex quibus perneceſſe expeditio, seu executio mandati, & per consequens soluti in longum sit protrahenda, vel si ab initio dubitetur, nè lis in longum protrahatur, tunc, ut Reus in casu succumbentiæ teneatur etiam ad interesse ob retardatam solutionem, ab eo tempore, in casu, quo alias sine protestatione ad illud non teneretur, fiet contra eum hæc protestatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & ad partis adversæ memoriam reduxit, qualiter ipse est ejus creditor in scutis NN. sibi debitis occasione, de qua in instrumento in actis rogato, seu producto, sub die N. anni N. ad quod &c. Verum quoniam sua plurimum interest consequi dictum ejus creditum, cum ex illo emere intendat tot loca Montis fidei urbis *(seu aliud secundum facti contingentiam)* & jam invenerit dd. locorum venditorem, & dd. loca emenda, prout ex fide proxenetæ, quam facto per compulsum producit tenoris &c. Et nisi sibi solvantur dd. scuta NN. ob defectum pecuniarum dicta loca Montium emere non potest, cum pecunias otiosas penes se, non habeat, nec retinere soleat, prout medio juramento tactis &c. affirmavit, ideo requirit, admonet, & interpellat eundem adversarium ad solvendum dictam summam scutorum NN. alias protesta-
Y tur Y contra eum de omnibus, & singulis præmissis, & de fructibus, & interesse dictorum scutorum NN. ad rationem fructuum locorum dicti Montis fidei decurrendum, & donec per adversarium fiat dicta solutio, & de omnibus aliis damnis, expensis & interesse, quæ, ob retardationem dictæ solutio-

nis, sibi contingerens, & de aliis licitè protestandis, deducens &c. omne jus &c. & non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Deinde citatur idem adversarius, ut infra videlicet.

A. C. N.

46 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum contra protestationem, requisitionem, interpellationem, & jura producta, & repetita, necnon videndum illam admitti, & mandari afficere, & jurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, & mandari restitui, dimissa copia collationata, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit protestationem hodiè in Broliardo factam, & jura in eodem hac die producta, & petiit, & obtinuit, admitti, si, & in quantum, & mandari afficere, prout de jure, omni &c.

47 Exadversò reus protestatur, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. contra prætensam protestationem, & jura, dixit pro nunc generalia verba, salvo jure &c. & pendente &c. alias &c. omni &c.

Recognitio verò jurium prædictorum facienda erit juxta superius tradita, *hac eadem par. 1. cap. 2.*

Observationes.

A 48 EXceptio excommunicationis repellit à limine judicii, *cap. decernimus de sent. excom. in 6. Papien. in prax. in form. Jur. Test. §. protestante n. 18. & seq. Greg. decis. 64. n. 3. & ibi Beltram. n. 13. Burati. decis. 83. n. 6.* & non solum in causa, in qua fuit excommunicatus, sed etiam in alia, *Burats. decis. 536. n. 9.* & nunquam censetur exclusa, *Gallef. de obtig. Camer.* 49 *q. 17. n. 4. & ibi Zacch. n. 46.* nec debet † Judex excommunicatum audire, etiam reo volente, *Gallef. ubi supra n. 5.*

50 Conclusio tamen non procedit ad effectum excipiendi, nam excommunicatus Reus necessarius potest excipere, se defendere, & appellare, *cap. cum inter §. porro, de except. c. re vera 3. q. 9. ubi Glos. in verb. post excommunicationem, Rot. in Valentina pensionis 31. Januarij 1600. coram bon. me. Patriarcha Hierosolymit. impressa apud Marchesan. de Commiss. lactat. & lactat. p. 3. §. 2. fol. 353. n. 1. secun. nov. impress.* & pro defensione, & appellatione rescriptum impetrare, *cap. fin. de ex ep. c. 1. de rescrip. in 6. ubi Glos. in verb. Proces-*
51 *sus.* Cæterum si † contemnit absolvi, non debet audiri, etiam si sit reus necessarius, *Burati. decis. 536. n. 6.*

52 Parte tamen non opponente, processus, seu Acta facta ab excommunicato actore, etiam in alia causa valent, *cap 1. §. si verò, de ex. ep. in 6.* ubi dicitur, quod processus habitus cum excommunicato tenet, donec opponatur exceptio, ut postea, illo absoluto, causa reassumatur in statu, & terminis eisdem *Glos. in d. c. 1. in verbo Processus de rescrip. in 6. Grav. cons. 199. n. 12. vers. nam excommunicatus, Rot. decis. 2. alias 594. & decis. 57 alias 720. de sent. excomm. in antiq.* ubi quod ita servat Rota.

53 Secundò conclusio non procedit, postquam excommunicatus docuerit legitimè de absolutione, *cap. si cum nobis de sen. excom. Glos. in d. c. 1. in verb. Processus, de rescrip. in 6. & dixit Rot. coram bo. me. Comitulo decis. 15. n. 11.*

B Exceptio perjurii pariter à limine judicii re-
54 pellit, *cap. dilecti, ubi Felin. n. 2. & Butr. n. 10. de excep. l. si quis major. C. de transf. Rot. decis. 97. n. 8. par. 2. divers. Mantic. dec. 221. n. 1. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 146. n. 2. Gregor dec. 64. nu-*
55 *mer. 2. Cavaler. decis. 144. n. 1.* & † est exceptio litis finitæ *Grav. cons. 1. pro Generonum. 7. Ias. in l. si quis major. num. 24. in fin. C. de transact.* adeo
56 quod † perjurus jure suo privatus dicatur, *d. l. si quis major. C. de transf. Seraphin. d. privileg. juram. privil. 174. n. 10. Cavaler. d. decis. 144. n. 1.*
57 quinimò † perjurus cadit ab actione, accepta restituit, pœnam solvit, & omni commodo contractus privatus remanet, *d. l. si quis major, ubi omnes C. de transact.* & alii, & quos cumulat *Seraphin. de privil. 174. n. 18. vers. ult. infertur, Farin. de falsit. & simul. q. 160. n. 45.* ubi autem quis agit sine actione, processus una cum sententia, parte opponente, est ipso jure nullus, unde etiam resultat notoria injustitia, *Burat. dec. 151. & n. 3. & seqq.*

58 Primò tamen hæc conclusio in materia perjurii non procedit, parte non opponente, quia pars non opponendo, censetur exceptioni renunciasse, adeo quod processus iterum factus valeat, *Cravett. d. consil. 199. n. 12. Seraphin. d. privil. 174. n. 18. Lap. Paris. & alij quos allegat Pic. ad statut. urb. lib. 1. c. 151. Glos. 23. num. 51. Farinac. de Falsit. & simulat. d. q. 160. n. 185. Ia. è Beltramin. ad Gregor. d. dec. 64. n. 11. & seq.* ubi quod ita fuit dictum *in Hyspalen. Coadjutoriæ 13. Martij 1615. coram bon. mem. Vbaldo.* Licet
59 enim † pars non possit remittere perjurium, *Cravett. cons. 151. n. 9. Seraphin. d. privil. 174. n. 18.* potest tamen remittere pœnam, & id quod concernit ejus interesse, *Gravet. d. cons. 151. n. 9. Rot. decis. 19. n. 5. in fin. par. 1. divers.* & sic exceptionis oppositionem, *Seraphin. d. Privil. 174. n. 18.*

60 Et licet *Pic. ad statut. urb. Glos 23. n. 52.* crediderit, processum habitum cum perjuro non valere etiam parte non opponente, ea ratione, quia exceptio perjurii, licet non sit ante litem contestatam opposita, potest tamen opponi in quacumque parte judicii ante sententiam, ut ultra per eum allegato, tradit *Coccin. decis. 268. n. 5.*

61 Nihilominus acta facta ante oppositionem benè valent, & sustinentur *ex prædallegatis* Nec ad rem pertinet ratio à Pico adducta, quod non censeatur renunciatum exceptioni perjurii, nisi donec de ea fuerit oppositum, quod usque ad sententiam semper possit opponi: nam hoc debet intelligi ita & taliter, quod valeant gesta

ante

ante oppositionem, siquidem etiam exceptio excommunicationis semper potest opponi in quacumque parte judicii, & nihilominus processus habitus cum excommunicato valet ante oppositionem, ut postea, absolutione obtenta, causa in eodem statu reassumatur, *cap. 1. §. si vero de except. in 6. Glos. in cap. 1. in verb. processus de rescript, in 6. Cravett. cons. 199. num. 12.* cum
63 aliis prælegatis, data † autem instantia corruit argumentum, vulgato §. *Pavonum, & §. nam & Apes, Instit. de rer. divis. Coccin. dec. 123. num. 26.*

64 Potest tamen judex, si velit, repellere perjurum ex officio, nè ad ulteriora procedatur, etiamsi parte non opponente, ex allegatis per *Farinac. d. q. 160. n. 189. & seq.*

65 Secundo non procedit dicta conclusio, quando exceptio perjurii non probatur in continenti, sed requirit altiorem indaginem, *Seraphin. d. privil. 174. n. 16. Farinac. d q. 160. num. 190. nec*
66 quando † de ea clarè non constat, *Mantic. decis. 221. n. 2. & seq. n. 7.*

67 Tertio non procedit extra contractum, & causam, in qua quis est perjurus, *Felin. in c. 1. & 2. de except. Rom sing. 499. n. 2. & ibi Add. Bald. in repet. l. 2. n. 93 in fine ff. de jur. jur. Seraphin. d. privil. 174. n. 16. vers. 2. Rot. dec. 97. n. 10. par. 2. divers. Farin. de falsit. & simul. d. q. 160. n. 184.* Sed bene procedit in causa, in qua quis est perjurus, & in iis quæ d. causam tangunt, *Farinacc. d. q. 160. n. 180.*

68 Quarto non procedit, ubi promissio esset ex parte utriusque contrahentis illicita, & turpis, quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, *cap, quanto, de jur. jur. Pic. ad stat. urb. d. Glos 23. n. 33.* ubi plures congerit.

69 Quinto non procedit in defensione propriæ Ecclesiæ, *cap. dilecti, & ibi Doct. de except.* nec in defensione propria, *Butr. in d. c. dilecti n. 11.* nam
70 perjurus † uti reus necessarius, ad excipiendum, & se defendendum auditur, *Greg. dec. 64. n. 4. decis. 18. n. 25.*

71 Sexto non procedit, quando dolus, & læsio enormissima est jà detecta, *Pic. d. glos. 23. n. 23. Rota decis. 102 n. 9. par. 1. divers. Farinac. de Falsit. & simulat. d. quæst. 160. n. 285. & quæst. 162. n. 87.* detecta verò dicitur læsio, aut simulatio quando de ea constat per sententiam, *Greg. decis. 64. n. 8. Coccin. decis. 268. n 4.* ubi alias decisiones, de læsione enormissima loquentes, cumulat, prout etiam quando evidenter, & notoriè
72 de ea constaret, alias si antequam de ea † constet, objiciatur de perjuro, docendum est de absolutione, *Greg. d. decis. 64. n. 8. & 9.*

73 Septimo non procedit † postquam quis per viam Signaturæ gratiæ, obtinuisset à perjurio, parte citata, absolutionem à Papa, cujus manus ob incursum perjurii abbreviata non est, *Marches. de commiss. absol. jur. ad effect. agen. par. 3. §. 1. num 15. fol. 102. secundum nov. impres. Farinacc. qui alios cumulat. d. q. 160. n. 180. & n. 181.*
74 Secus † si quis obtinuisset absolutionem ab inferiore ipsius Papæ, nam tunc benè procedit conclusio, ut perjurus à limine repellatur, *Farinac. d. q. 160, n. 182* Etenim absolutoria à perjurio incurso non potest, nisi ex gratia Papæ concedi *Grav. cons. 1. pro genero n. 7. Marches. de commiss d. par. 3. §. 2. num. 35. fol. 214. Pic. ad stat. urb. glos. 23. num. 46.* ubi quod ita observatur in Practica, *Rot. in Romana nullitatis oblig. 5. Iulij 1604. coram bo. me. Ortembergo, impress. apud Marches. ubi supra §. 1. decis. 7. num. 3 fol. 207. Pacif. de Salu. decis. 95. in fin. secundum nov. impress. Pic. ad statutum urb. decis. 54. num. 7.* &
75 quia † ex contraventione est quæsitum jus parti, ideo in absolutione à perjurio necessaria est citatio partis, *Marches. de commiss. ubi supra §. 3. n. 12. fol. 234. & n. 17. fol. 235.* ubi quod ita servari vidit, *Pic. ad stat. urb. d. Glos. 23. num. 48.* Et de-
76 bet obtineri † absolutio à perjurio specificè, nam cum per illius incursum sit parti, ut supra, jus quæsitum, illud non censetur à Papa sublatum ex clausulis generalibus, *Marches. ubi supra de commiss. relax. jur. ad effect. agen. p. 3. §. 3. n. 51. & seq. fol. 240.*

77 Quilibet igitur nè perjurium incurrat, curet antea obtinere absolutionem à juramento, quæ ad effectum agendi passim ab Ordinario, sine Partis citatione, conceditur *Crav. cons. 7. n. 7. Pic. ad stat. urb. d. glos. 23. num. 47.* ubi alias de communi, & magis communi, & de observantia in praxi testantes, allegat, *Rota in Romana Dotis 4. Februarij 1609. coram bo. me. Penia, & in Signina Castrorum 2. Maij 1616. coram bo. me. Remboldo.*

78 Quæ quidem absolutio est necessaria, etiamsi instrumentum prætenderetur nullum defectum solennitatum statuti, *Greg. decis. 64. n. 6. & ibi Beltram n 14. Duran. decis. 18. n 25.* instrumen-
79 tum † tamen nullum tanquam factum sine solemnitatibus contra formam statuti non probat juramentum, *Pic. d. Glos. 23. n. 6.*

80 Et si plurjes fuit juratum, tot sunt obtinendæ absolutiones, quot sunt juramenta, *Rol. cons. 34. n. 5. lib. 1. Seraphin. de juram. privil. 83. nu. 46. Gramm decis. 66. num. 12. & seq. Pic. decis. 53. num. 3. decis. 54. n. 8. Rota apud Mar. hes. ubi supra d. par. 3. §. 1. decis. 6. n 2 & decis. 7. n. 3. vers. secundo fol. 207. Mantic. decis. 267. n. 8. Duran. decis. n. 9. & seq.*

81 Et ob id jurans solvere, absolutionem non petere, & impetrata non uti, debet prius obtinere absolutionem ab isto tertio juramento, *Rolan. d. cons. 34. n. 6. lib. 1. Seraphin. d. privil. 83. n. 46.* & deinde à secundo, & postea à primo, *Bald. in repet. l. 2. num. 91. ff. de jur. jur. Felin. in cap. Debitores in 3. quæst. num. 9. vers. Baldus autem de jur. jur. Rol. d. cons. 34. num. 5. & seq. Socc. cons. 59. n. 7. lib. 3. Rota in Placentina Castr. 4. Iulij 1601. coram bo. me. Cardinali Mellino apud Marches. de comm ss. relax. jur. ad eff. agen. d. par. 3. §. 1. decis. 3. fol. 205. secundum nov. impress.* alias absolutio non suffragatur, *Rot. in Clusina Pensionis 18. Iunij 1590. coram bo. me. Card. Platto, impress. apud Marches. d. par. 2. § 2. fol. 226. & in d. Placentina Castri coram bo. me. Cardinali Mellino Pic. d. decis. 53. num 3. & decis. 54. n. 8. & decis. 55. n. 2.*

82 Hæc tamen omnia fuerunt notabiliter limitata, ut non procedant in absolutione, quæ habet relationem ad instrumenta, in quibus juramenta continentur, *Rota in Aretina Commen-*

da

de Ven. 29. Iunij 1587. coram bo. me. Orano, & in d. Romana Dotis 4. Feb. 1609. coram bo. mem. Penia & in d. Signina Castrorum 2. Maij 1616. coram bo.

83 *mem. Remboldo*, nam † relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. esse toto. ff. de hæred. instit. cum aliis allegat. per Rot. in d. Signina Castrorum.*

84 Absolutio tamen non conceditur, nisi justa existat causa, ut doli, metus, vel alia similis, *Mantic. d. decis. 267. n. 9. Marches. de Commiss. re-*

85 *lax. jur. ad effect. agen. par. 3. §. 3. n. 20.* ubi † quod auditores Rotæ habent in facultatibus, in causis coram eis vertentibus, ut possint relaxare hujusmodi juramenta.

86 Sed A. C. si instrumentum contineat obligationem cameralem, potest illud exequutioni demandare, non obstante absolutione à juramento obtenta ad effectum agendi, cum habeat hoc in facultatibus, ut possit exequi hujusmodi instrumenta non obstante dicta absolutione, *Mohed. decis. 2. & decis. 3. de except. Marches. ubi supra dicta par. 3. §. 2. n. 48. fol. 215.* &

87 quod absolutio † à juramento non retardet executionem obligationis cameralis, latè *Pic. ad stat. urb. d. glos. 23. n. 50.*

88 Postquam autem quis incidit in perjurium, absolutio à juramento ad effectum agendi non relevat *Ruin cons. 66. num. 6. lib. 4. Marches. ubi supra d. par 3. §. 2. num 34. fol. 214. Seraphin. de juram. privil. 174. n. 9.* nisi potius obtineretur absolutio à perjurio, *Marches. ubi supra n. 35. fol. 224 Rot. in d. Romana nullitatis obligationis coram bo. me. Ortembergo apud Marches. d. par. 3. fol. 207. Andr. decis. 47. num. 2.* ubi alias decisiones cumulat, quæ non conceditur nisi à Papa *ex prælegatis.*

89 A Perjurio tamen quis de facili excusatur, prout si credidit absolutionem obtentam fuisse sufficientem, *Caputaq decis. 392. lib. 1. in manus. Rota in d. Signina Castrorum 2. Maij 1616. coram bon. me. Remboldo*, vel probabiliter dubitavit,

90 credendo non contravenire pactis, nam † perjurium non incurritur sine dolo, & perfidia, *Mantic. decis. 221. n. 5. & 6. Rota in d. Signina Castrorum* ubi aliæ decisiones allegantur, & quælibet

91 † causa etiam levis excusat à perjurio, sicut à dolo. *Mantic. d. decis. 221. n. 6. Rota decis. 34. n. 3. post cons. Farinac. lib. 2. & in d. Signina Castrorum coram bo. me. Remboldo.*

92 Ad effectum verò excipiendi in curia absolutio non datur, *Pic. ad stat. urb. d. glos. 23. n. 53.*

93 Vel quia exceptio requirat indaginem, quæ ob id in summaria causæ cognitione repellitur, ut per *Marches. de commiss relax jur. ad effect. agend. d. par. 3. §. 3. n. 22 fol. 235. secundum nov. impress.*

94 Vel quia † sufficiat illam obtinere ad effectum agendi, cum Reus in sua exceptione sit actor, ut per *Pic. ubi supra d. n. 53.* Vel quia Perjurus Reus necessarius excipiendo, & se defendendo audiatur, *Greg. decis. 64. num. 4. Duran. decis. 18. n. 25.*

C Exceptiones contra personam, † quo quis sit

95 minor, Filius familias, Bannitus, vel alias non habeat legitimam personam standi in judicio, semper possunt opponi ad eum repellendum, Nam non sunt contra instrumentum, sed contra personam actoris, *Galles. de oblig. Camer. q. 17. n. 3.* cum aliis allegatis supra hac eadem, *par. 1. cap. 5. lit. P.* Et hujusmodi exceptio inhabilitatis personæ nunquam censetur excluſa, *Zacch. ad Galles. d. q. 17. n. 4.*

D De legitimatione personarum satis dictum est supra *d. c. 5.* De recognitione vero jurium, dictum est supra *cap. 2.*

E Juramentum calumniæ, licet sit de essentia

96 in quolibet judicio *tot. tit. C. de jur. jur. prop. calum & extra. & in 6. de jur. Cal. Vant. de nullit. ex defect. proces. n. 29.*

97 Nihilominus, si non petatur, non est necessarium, & processus sustinetur, *cap. 1. de jur. Cal. in 6. Vant. de nullit. ex defect proces. n. 29. Marant. de ord. judic. par. 2. tit. de jur. Cal. n. 2. l. jusjurandum §. qui jusjurand ubi Glos. in verb. exigatur. ff. de jurejur. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 2. n. 3. & ib Gravat. n. 11. & n. 16. Speculat. de juram. Cal. cap. 2. n. 4. Seraph. de juram. privil. 115. n. 8. Greg. dec.*

98 *157. n. 1. & ibi Beltram. n. 3.* quamvis † enim non possit expressè remitti, quia est introductum ob publicam utilitatem, *l. 3. §. sed quia, C. de jur. jur. propt. Cal. Marant. de ord. judic. d. n. 2. Gravat. ad Vestr. d. n. 11.* potest tamen tacitè remitti *ex prallegatu.*

99 Quod si fuerit petitum, & non præstitum sententia, & processus subjacebunt vitio nullitatis *cap. 1. de jur. Cal. in 6. Vant. de nullit. defect. proc. d. num. 29. Rota decis. 3. de jur. Cal. in antiq. & post Zacch. de oblig. Camer. dec. 101. n. 1. Cavaler. decis. 414. n. 2.* nam † petitum non potest omitti,

100 *Cavaler. dec. 349. n. 1.* & antequam præstetur denegatur audientia, *l. 1. C. de jurejur. propter Cal.*

101 & tenetur † jurare tam actor, quam reus. *Marant. de ord. judic. ubi supra n. 1. Papien. in form. libell. act. real. § per Sacramentum n. 1 & 2.* & in primis quidem jurat actor, & deinde reus, *l. 3.*

102 *§. fin. autem, C. de jur. Cal.* Alias † si actor recusat, non solum denegatur ei audientia, sed etiam cadit à jure suo, reus verò habetur pro confesso, *Marant. de ord. jud. ubi supra n. 6. Papien. in d. § per Sacramentum n. 2. Masuer. in prax. tit. de confess. n. 4. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 59. n. 1. & 2. post Iason. in repet. l. admonendi n. 84. ff.*

103 *de jur. jur.* & debet jurare † tam principalis, quam procurator *Papien. ubi supra num. 6. Salust.*

104 *Tiber. d. lib. 1. cap. 59. num. 3.* Potest tamen † jurari in qualibet parte judicii ante sententiam

105 *Papien. ubi supra n. 3.* & ob id sufficit, † quod præstetur hujusmodi juramentum in terminis substantialibus *Rota post Zacch. de oblig. Camer.*

106 *dec. 101. n. 2.* Procurator verò † si habet mandatum speciale à Domino, debebit jurare in animam ipsius Domini. *Papien. in d. §. per Sacramentum n. 6. Gravat. ad Vest. d. lib. 5. cap. 2. n. 15.* alias in animam propriam jurare tenebitur,

107 *ut per eundem Gravat. d. n. 15.* Nam quicquid † sit de jure, Procurator habens mandatum generale ad lites, admittitur ad jurandum de Calumnia *Rota post Zacch. de oblig. Camer. d. decis. 101. n. 3. & seqq.* ubi aliæ decisiones cu-

108 mulantur, † Omissio autem juramenti calumniæ expressè exacti retardat, & impedit etiam executionem obligationis cameralis, *Rota in Romana Domorum 16. Iunij 1604. cor.*

bo.

bo.mem. Lucæ, Cavaler. d. decis. 414. num. 3.

109 Si tamen fuit oppositum, jurati de calumnia, & postea processum ad ulteriora, non repetita protestatione in quolibet actu, censetur ab ea recessum, & nihilominus processus, sententia, & decretum in hoc casu, sine juramento 121
calumniæ sustinetur, *Mohed. decis. 2. de judic. Rota decis. 779. n. 5. par. 1. diverf. Cavaler. decis. 349. n. 6.*

110 Similiter, si terminus ad jurandum de ca- 122
lumnia fuit servatus in terminis substantialibus, etiam à solo procuratore ad id mandatum habente dicitur sufficienter de calumnia juratum, etiamsi juramentum fuerit expressè petitum, 123
Salust. Tiber. d. lib. 1. cap. 59. n. 5. ubi quod ita fuit dictum, *in causa Romana restitutionis contractus coram bo.me. Penia, Rota post Zacch. de oblig. Camer. d. decis. 101. n. 2. & seq.*

111 Denique licet juramentum calumniæ sit petitum, illius omissio non causat nullitatè, quando constat de bono jure, *Ias. in l. admonendi in* 124
secunda lectura n. 84. ff. de jur. jur. Baid. in cap. 2. n. 7. vers. Item in isto de probat. Gravat. ad Vestr. lib. 5. c. 2. n. 13. Rot. in Lucana Parochial. 12. Maij 1603. coram bo.me. Penia, & dec. 45. n. 6. par. 1. recent. & apud Zacch. de oblig. Camer. dec. 131. n. 6. & post. Cenc. de Cens. dec. 215. n. 6.

F De specificatione summæ, & calculis facien- 125
112 dis, satis dictum est supra *cap. 6. litera N.* quod parte id petente, non potest procedi ad ulteriora, nisi specificata summa, & factis calculis: sed hoc non procedit, quando post protestationem 126
factam pars, quæ calculari petebat, fuit iterum citata, & mandatum relaxatum, quibuscumque non obstantibus, cum intimatione exequuta in forma, præsertim si summa erat liquida, *Rot. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 44. n. 1.*

G Peritis † in arte standum est, *l. septimo mense*
113 *ff. de stat. Hom. l. 1. in prin & ibi DD. ff. de Ventr. inspic. Paris. conf. 96. n. 31. & seq. lib. 1. Rot. decis. 353. n. 1. par. 2 recent. Cavaler. dec. 114. n. 2. &*
114 *dec. 220. n. 6. Greg. dec. 125. n. 9.* adeo ut periti † præferantur testibus, *Greg. dec. 161. n. 8. & ibi Beltramin. n. 10.*

Sed magis creditur illis, qui negotio interfuerunt, quàm aliis, *Cavaler. d. dec. 220. n. 7.* & 127
115 parte † existente contumace in eligendo suum peritum, judex eligit illum ex officio, *Rot. post Zacch. de oblig. Camer, dec. 81. n. 3. in fin. & n. 4.*

116 Standum est relationi juratæ † peritorum hinc inde electorum, *Greg. dec. 161. n. 7.* etiam circa liquidationem expensarum, & donec non doceatur de errore, *Greg. dec. 49. n. 1. Rot. dec.* 128
428. num. 8. par. 3. recent. & relationi periti de consensu partium electi, *Cavaler. dec. 488. n. 1. Rota dec. 109. n. 6. par. 4. rec.* & relationi periti à Rota electi, *Greg. dec. 536. n. 1.* Debent tamen
117 periti † referre in actis, & cum juramento, alias relatio non valet, *Rot. dec. 630. n. 4. p. 2. rec.* &
118 electi ad cognoscendum jura, non debent partibus esse suspecti, *Ferentill. ad Burat dec. 611. lit-*
119 *tera B, vers. Tertium requisitum n. 16.* Debent † 129
periti referre, judex autem judicare, *Coccin. decis. 422. n. 8.*

120 In discordia peritorum eligitur tertius, *Card.* 130
Tusc. littera C, conclus. 286. n. 30. & seq Marches. de Commiss. appell. ab interloc. par. 1. §. 1. nu. 115. & seq. fol. 210. secundum nov. impress. Rota decis. 612. n. 1. par. 1. & dec. 149. n. 1. in fin. par. 4. recent. Buratt. dec 58. n. 1. Ferentill. ad Buratt. dec. 70. n. 14. & partibus existentibus in mora eligendi tertium, eligitur à judice ex officio, *Marches. de Commiss. appell. ab interloc. d. par. 1. §. 1. nu. 148. fol. 1215.*

Sententia peritorum nunquam transit in judicatum, ita quod judex potest quandocumque admittere alium ad æstimandum, nisi quis promiserit stare cuicunque relationi peritorum, *Seraphin. dec. 513. n. 2. & seqq.* & potest † quandocumque revocari, *Card. Tusch. d. conclus. 286. n. 31. & seq.* & ob id etiam sententia lata de peritorum consilio in judicatum nunquam transit, & per electionem aliorum peritorum potest revocari quandocumque, *Rimin. Iun. conf. 335. n. 7. lib. 3. Rot. in Romana pretij Fiani 14. Iun. 1610. coram bo.me. Card. Lancellotto, quæ est dec. 38. n. 5. impress. apud Marches. de Comm. rest. in integr. par. 2. §. 3 fol. 236. secundum nov. impress.*

Non tamen datur dicta nova revisio, nisi semel, ne detur processus in infinitum, *Card. Tusc. d. concl. 286. n. 35.* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Burat. d. dec. 70. n. 14.*

Sed hoc primò non procedit, quando primi periti fuerunt adhibiti, & retulerunt super capite diverso à secundis, quia tunc est locus ulteriori peritorum deputationi, *Rota in d. Romana pretij Fiani, apud Marchesan. ubi sup. sub n. 6.*

Secundò non procedit, quando judici clarè, & manifestè constaret, quod relatio peritorum esset erronea, quia tunc judex illam tanquam erroneam, sequi non deberet, sed esset retractanda per electionem aliorum peritorum, per doctrinam *Bart. in l. 2 num. 1. vers. An hoc sit verum, & num. 4. vers. Quæro quid in computatione, C. de jur. Fisc. lib. 10. Rot. dec. 554. n. 4. in fin. par. 2. recent. Buratt. dec. 56. n. 7.* Et in hoc casu benè potest procedere opinio *Ioannis de Amic. cons. 103. n. 15. & seq.* & aliorum quos cumulat *Rota in dicta Romana pretij Fiani, apud Marches. ubi supra n. 5.*

Tertiò non procedit, quando relatio peritorum fuit nulla, nam quod nullum est, nullum producit effectum, *Seraph. d. decis. 513. num. 5. & seq.* & in hoc etiam casu, sine difficultate potest procedere dicta opinio *Io. de Amic. & aliorum*, quos refert *Rota in dicta Romana pretij Fiani ubi supra.*

Nulla autem relatio peritorum signanter existit, si de electione, & deputatione illorum non apparet, *Duran. dec. 142. n. 3. & seq.* Prout etiam quando est facta sine præsentia, vel citatione partis, *Rot. dec. 554. n. 1. par. 2. recent. Buratt. dec. 56. n. 1.* quem in hoc sequitur etiam *Cavaler. dec. 527. n. 2.* & quando partes non intervenerunt, vel non fuerunt citatæ in examinatione negotii *Greg. dec. 545. n. 9. & ibi Beltram. n. 12. Buratt. d. dec. 56. n. 2.* & quando facta est † ab uno tantum & non ab alio, si duo fuerant deputati, *Gregor. d. dec. 545. n. 8.*

Quinimo in mensuratione † Terrarum, aut Domus

Domus requiritur non solum citatio partis, sed etiam quod in citatione exprimatur dies, & hora certa, alias citatio, & per consequens etiam relatio peritorum, est nulla, *Alex. cons. 33. viso n.*

131 *9. lib. 6. Duran. dec. 142. n. 5.* quod † procedit in omni alia denunciatione, seu interpellatione extrajudiciali, *l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam, Imol. in l. qui ante Kalendas n. 3. ff. de verb. oblig.* quod nemo est qui neget, secundum *Alex. cons. 33. viso n. 9. lib. 6. Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 71. in fin.* licet secus sit in citatione judiciali, ex quo tunc cessat ratio inductionis perpetuæ servitutis, *ex latè alleg. supra hac eadem p. 1. c. 2. littera B,* & hæc est distinctio, *Imol. in d. l. qui ante Kalendas n. 3.*

132 Relationi verò tertii periti, servatis servandis factæ parte præsente, vel citata, standum est *l. item si unus §. final. ubi Glos. in verb. auctoritati. ff. de recept. arbitr. Soccin. cons. 54. n. 2. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 335. & seq. lib. 2. Cavaler. dec. 484. num. 1.*

133 Etiam si iste tertius discordet ab aliis duobus, *Glos. in d. l. item si unus §. fin. in verbo auctoritati, ff. de recept. arbitr. Rot. dec. 294. n. 2. par. 1. rec. Cavaler. d. dec. 484. n. 1.* ubi alias auctoritates, & decisiones allegat.

134 Sed contrarium, quod imo si tertius discordet ab aliis duobus, nulli sit standum, sed deveniendum sit ad aliorum peritorum electionem tenere videtur *Rot. decis. 554. n. 3. par. 2. rec. iterum impress. apud Buratt. decis. 56. n. 5. & ibi latè Ferentill. n. 7. & seq. littera C.*

135 Pro concordia videtur posse distingui, quod aut primi periti inter se discordes, non deducunt adhuc eorum relationem in actis, aut illam deducunt servatis servandis; Primò casu standum sit relationi tertii; Secundo verò casu tertius teneatur adhærere sententiæ unius ex duobus, alias illi non sit standum, *Card. in c. suspicionis, de offic. Deleg.* quem refert, & sequitur, *Gabr. de arbitr. conclus. 1. n. 3. & Surd.* qui dicit, vidisse ita observati de facto, quem refert *Ferentill. ad Buratt. d. dec. 56. n. 8. in fin.*

136 Vel melius videtur distinguendum, quod aut tertius peritus fuit assumptus, ex dispositione legis, vel statuti, vel judice cogente, & tunc standum sit relationi tertii, non detur processus in infinitum, *d. l. item si unus §. fin. ubi Glos. in verb. auctoritati, in fine,* cum aliis concordantibus supra allegatis; Aut tertius peritus fuit electus de voluntate, & consensu partium, & tunc si ille discordat ab aliis duobus nulli sit standum, *Gabr de Arbitr. conclus. 1. n. 4. Ferentill. ad Buratt. d. dec. 56. n. 8.*

137 Sed imo videtur, quod etiam si tertius de consensu partium electus discordet ab aliis duobus, nihilominus illius relationi standum sit, ut per *Rot. dec. 354. n. 1. par. 1. recent.* cujus contrarium tenet *Buratt. d. dec. 56. n. 5.*

138 Pro concordia videtur posse distingui, quod aut primi duo periti sunt inter se discordes, & fuit electus tertius de consensu partium, qui servatis servandis, & citata parte dedit ejus relationem, quæ etiam ex aliis in actis deductis justificatur, prout in casu *dictæ decisionis 354. n. 2. & seq.* & tunc standum sit relationi tertii, etiam si discordet à singulis duobus, *d. decis. 354. n. 1.* Aut d. Tertius Peritus dedit ejus relationem parte non citata, nec præsente, & sic nulliter, & non solum dicta relatio non justificatur aliunde, sed potius detegitur erronea ex relatione duorum priorum peritorum in aliquo concordantium, prout in casu *Burat. d. dec. 56. n. 1. & 2. & n. 5.* & tunc non sit standum relationi tertii, sed deveniendum ad electionem aliorum peritorum juxta *d. dec. Buratt. 56. per tot.*

139 Alias autem tertius † in casu concordiæ duorum non potest cogi ad referendum, *Socin. cons. 54. n. 2. lib. 1.* nec illius electione, aut deputatione est opus, *Coccin. decis. 36. n. 2.* Quinimò duobus † concordantibus, illis, & non tertio est credendum, *Socc. d. cons. 55. n. 1. & seqq. Rota decis. 554. n. 4. par. 2. recent. Buratt. dec. 56. n. 9.*

140 *Cavalerius* verò *d. dec. 527. n. 2.* non adversatur *d. decis. 354. n. 1. par. 2. recent.* quia non sequitur tradita per *Buratt. d. decis. 56. n. 4.* Sed benè sequitur conclusionem ibi à *Buratto firmatam sub n. 1. & 2.* quod scilicet æstimatio, & relatio non possit juridice fieri à tertio perito, sine citatione, aut præsentia partis.

H Ad hoc ut judex, dum non vult, aut non potest

141 facere decretum juxta petita per actorem, possit nihilominus ad favorem ejusdem facere aliud decretum, sibi benevisum absque nova citatione, solent practici addere in citatione, illa verba *& quodcumque Decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi*, quorum virtute solet judex ad favorem actoris facere decretum, quod sibi videtur magis justitiæ convenire, & ita quotidie observat praxis, & cucuria.

I Dum judex interponit suum decretum mandando eligi peritos, aut peritos eligendo ex

142 officio, potest illud facere, vel nisi ad p. d. cum intimatione, vel simpliciter cum intimatione, prout sibi magis videtur, & placet, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 35. n. 1.* Cæterum si in eo di-

143 cit, † ad primam, non potest ad ulteriora procedi, nisi lapsa die juridica post executam, & reproductam intimationem, sed si in eo tantum dixit cum intimatione, potest statim intimatione executa, & reproducta ad ulteriora procedi in causa, etiam si prima dies juridica subsequens non sit adhuc elapsa, & ita observatur in dies.

L Citato debitore in forma cameræ, aut alia

144 simili obligato, ad docendum de nova conventione, solutione in partibus facta, aliisque præjudicialibus, si obligatio est contracta, seu solutio est destinata in partibus, solet judex decernere, & relaxare mandatum, nisi infra quindecim *(vel aliud tempus, secundum loci distantiam, sibi benevisum)* Jurato de calumnia, alias non jurato de calumnia, nisi ad p. d. cum intimatione, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. c. 56. n. 1.*

145 Ideoque † si quis alleget præjudicialia in partibus medio juramento tactis &c. habebit ut supra, dilationem secundum loci distantiam ad probandum suas exceptiones, qua dilatione pendente, nihil penitus erit exadverso innovandum, *l. sive pars, C. de dilat.*

146 Advertendum tamen est, quod præjudicialium

lium terminus incipit currere à die facti Decreti, & executæ intimationis illius, etiamsi per plures dies posteà præjudicialia fuerint allegata, & ita quotidiè observatur sine contradictione.

147 Observat etiam praxis, quòd si Judex † facit Decretum, *nisi infra decem*, aut *nisi infra quindecim*, quia ita qualitas causæ quod expostulare sibi videtur, si ista dilatio sufficiat ad docendum de nova conventione secundùm loci distantiam, non datur posteà alia dilatio ad docendum de præjudicialibus, etiamsi allegentur, ut suprà, sed si illa non sufficit, suppletur in eo tantùm quod deficit.

M Si pars in termino ad dicendum contra Jura
148 protestetur, non admitti in præjudicium obligationis Cameralis, Decreti facti, & mandati relaxati, & Judex admittat sine præjudicio præmissorum, hujusmodi admissio non nocet obligationi Camerali, nec Decretum jam factum, aut mandatum relaxatum circumducit, non solùm quia protestatio conservat jus protestandi, ex allegatis suprà, ac eadem par. 1. cap. 2. litera T.

149 Sed etiam quia † clausula, sine præjudicio, præservat obligationem Cameralem, & Decretum factum, & cætera in eo statu, in quantum Jus permittit, *l. Idem fiet, c. 27. in princ. ff. de test. tut. Marches. de Comm. ff. appell. ab obligatione Camer. par. 1. §. 1. n. 164. fol. 708.*

150 Et reddit †, quicquid petitur, conditionale, adeò, quòd non inferatur præjudicium, & perinde sit quoad præjudicium inferendum, ac si actus factus non fuisset, *ad l. Testamento Centuria 51. §. 1. ff. de manumiss. test. Put. dec. 32, num. 1. lib. 2. Mart. de claus. par. 1. claus. 158, num. 2. Marescott. var. resolut. libro 2. cap. 137. num. 1. & seqq.* Et

In terminis † hujusmodi admissionis Jurium
151 cum dicta clausula, sine præjudicio, ut suprà, quòd in nihilo censeatur præjudicatum Decretis factis, & mandato relaxato, in quantum Jus permittit, observatos ex praxi inveterata hujus A. C. Tribunalis absque contradictione.

152 Secùs tamen est in conclusione in causa, quæ fit, & de jure requiritur in causis ordinariis; nam si facta conclusione Judex admittat jura, circumducitur conclusio in causa, & terminus habitus pro servato, etiamsi Judex admittat dd. Jura cum clausula, sine præjudicio conclusionis in causa, & termini pro servato habiti, prout recedendo à decisis *sub die 1. Julii, coram bon. mem. Ottembergo, tenuit Rota in eadem causa Romana pecuniaria, seu restitutionis in integram coram eodem Ottembergo die 15 Decembris 1610. quæ est impress. decis. 9. apud Marchesan. de Commiss. appell. ab interlocut. parte prima, §. primo, fol. 1222 Beltramin. ad Gregor. decisione 140. num. 16. & n. 17.*

153 Ratio diversitatis esse potest, quia in Curia observat praxis, quòd pars citetur unico contextu ad concludendum, concludique videndum in causa, & audiendum sententiam diffinitivam, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. primo, num. 12.* Ideò si terminus ad hæc fuit habitus pro servato, & hujusmodi termino pendente Judex admittat jura, etiam cum dicta clausula, sine præjudicio, sententia posteà lata remanet sine
154 citatione, & sic nulla, † Licèt enim de stylo, quando pronunciatur prout in cedula, aut terminus fuit habitus pro servato, Notarius non adnotet diem subscriptionis sententiæ, sed omnia ponat sub die, in qua cadebat citatio ad sententiam, *Rota in dicta Romana pecuniaria, apud Marsches. ubi suprà, n. 1. & 2.*

155 Tamen † quando aliùde apparet in scriptis, ea die non fuisse pronunciatum, sententia est nulla, *l. 1. & 2. C. de sentent. ex brevic recit. Rota in dicta Romana Curia a-*
156 *pud Marchesan. ubi suprà, numero 2.* Et ciarum est, quòd eò ipso, quòd fuerint admissa jura sine præjudicio conclusionis in causa, seu termini habiti pro servato, probatur, quòd sententia non fuit lata in termino citationis, & quod adhuc, tempore dictæ admissionis jurium lata non erat, unde remanet penitùs nulla defectu citationis, *Rota in dicta Romana Pecuniaria, num. 3. Beltram. ad Greg. d. decis. 140. n. 17.*

157 At quando in casu, de quo agitur, fuerunt admissa jura cum clausula, sine præjudicio Decreti facti, & Mandati relaxati, supponitur, quòd jam Decretum esset factum in termino citationis, & mandatum esset relaxatum servatis servandis, unde tunc cessat omnino ratio suprædictæ nullitatis.

158 Potest etiam dici, quòd alia sit ratio diversitatis inter casum, & casum; nam conclusio in causa fuit adinventa ad præcludendam viam productioni testium, & jurium, & ideò per eam Judex sibi, & parti ligat manus, quoad novorum testium, & jurium productionem, & admissionem, *Cap. Cùm dilectus 9. & ibi Gloss. in verbo concluso, de fid. Instrum. Marant. de ord. Judic. parte secunda, act. 15. numero primo. Asin.*
159 *in prax. §. 23, cap. 1. num. 1.* Et † sic ex hoc manifestè patet, quòd actus conclusionis in causa est omnino de sui natura contrarius productioni testium, & jurium, adeò quòd, posito uno de dd. contrariis, perneccsse alterum destruatur, & simul manere non possunt, & per consequens, clausula, sine præjudicio, quando actus sunt, ut suprà, incompatibiles, nihil prodest, *Alexan. cons. 84, num. 9. lib. 4.* quem sequitur *Gregor. decis. 240. num. 9. Rota decis. 1. de testibus in nov. & in Romana Pecuniaria apud Marches. ubi suprà, Beltramin. ad Gregor. ad decis. 140. n. 17.*

160 At decretum relaxationis mandati non est actus de sui natura, ita contrarius productioni, & admissioni novorum jurium, nec ad id inventus, adeò, ut ex dicta clausula, sine præjudicio præservari non valeat, quatenus id jus permittat, prout est conclu-

sio in causa ex allegatis, sed nova productio, & admissio cum dicta clausula est in hoc casu adinventa, ut si Judex videat Decretum injustum ex noviter deductis, possit ab illo reponere, vel mandatum revocare juxta praxim, de qua per *Salust. Tiber. lib 1. cap. 27, n. 12.*

161 Cæterùm quod dictum est suprà, conclusionem in causa per admissionem novorum jurium revocatam censeri, non procedit, quando Judex ignoraret, conclusionem in causa fuisse factam, quæ tamen limitatio non est de facili admittenda, *Alex. cons. 84, num. 9, & seq. lib. 4. Rot. dec. 1. de test. in nov. Beltram.*

162 *ad Greg. qu. 140, num. 17.* Requiritur † tamen ad hoc, ut conclusio dicatur revocata, aliquod Judicis decretum, cùm id non pendeat à partium voluntate, *Rota dec. 227. n. 2. in fin. p. 1. recent.*

N 163 Exceptio firmat regulam contrariam in casibus non exceptuatis, *l. Quæsitum, §. Denique, ff. de fund. instruct. Cavaler. dec. 65, n. 3. & dec. 612. n. 49. Coccin. dec. 157, n. 4. & dec 316. num. 5. Gregor. dec. 257, num. 4. Buratt. dec. 391. n. 3. & dec. 841*

164 *num. 3.* Et declarat, quid in regula comprehendatur, *Gregor. d. decis. 254, num. 6,* & includit sub regula casus similes exceptuatis, *Burat. d. dec. 359. n. 3.*

165 Obligatio Cameralis non admittit exceptiones extrinsecas à contractu, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 14. num. 2. Coccin, decis. 162, num. 2. & dec. 189. num. 1.* Nec retardatur il-

166 lius † executio ab exceptionibus illiquidis, *Rota post Zacch. de oblig. Cameral. decis. 114, num. 3. & 8. & decis. 155, num. 3. Mantica dec. 221. num. 7, & seq. Buratt. dec. 807. num. 3.* Nec ab exceptione turbida, *Rota post Zacch. dec. 49, num. 1. decis. 51. num 8. Buratt. decis. 206. num. 24.* Nec ab exceptione ambigua, seu dubia, *Mantica d. decis. 221, num. 7. & seq.* Nec à pe-

167 titione † restitutionis in integrum, præsertim si fuerit præventum in petitione exequutionis, *Rota post Zacch. ubi sup. dec. 32. Burati. decis. 945, n. 4.*

168 Exceptio discussionis ad effectum, ut prius fiat exequutio in bonis, deinde in persona, non admittitur stante obligatione Camerali, *Rota post Zacch. dec. 118. num. 7. Buratt. decis. 441, num. 8. Andr. decis. 29. num. 9. Duran. decis. 394. num. 60.* Quinimò stante d. obligatione, illicita est variatio ex allegatis supra *hác eâdem p. 1. cap. 2. lit. F. vers. Non est tamen omittendum.*

169 Nec etiam ad Cameralis obligationis executionem impediendam admittitur exceptio requisens altiorem indaginem, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1, cap. 14. num. 3. & cap. 34, ante finem, Rota post Zacch. de obligat. Camerali, dec. 26. num. 2, decis. 42, num 9. decis. 48, num. 2. decis. 71, num. 4. decis. 105, num. 6. decis. 108, num. 2. decis 114. num. 2, & nu. 8, & decis. 121. num. 18. Coccin. decis. 162, num. 2. & decis 189. num. 1. Cavaler. decis. 71. num. 5. Buratt. decis. 295. num. 14. Gregor. decis. 234, num. 1, & decis. 406. num. 17. Andreas dec. 31, n. 2,* prout nec talis exceptio impedit executionem instrumenti Guarantigiæ, *Buratt. dec. 214, n. 24.* nec aliud judicium executivum, *Burat. dec. 296, n. 11.*

170 Dicitur autem exceptio requirere altiorem indaginem, quando illa non potest expediri infra tempus, in quo potest expediri processus principalis, *Bart. extravag. ad reprimendum in verbo summariæ, post num. 4. Salust. Tib. in praxi lib. 1. c. 34. n. 14. in fin.*

171 Hinc est quòd exceptio, quòd contractus sit factus sine causa, cùm requirat altiorem indaginem, non admittitur ad retardandam executionem obligationis Cameralis, *Zacch. ad Gallesi. ubi suprà, q. 17, n. 99, Rota post Zacch. dec. 103, n. 3, & seqq.*

172 Regula est, quòd exceptio ad hoc, ut retardet executionem obligationis Cameralis, debet esse ex tribus, quæ tantùm contra illam opponi possunt, videlicet novæ conventionis, seu novationis, solutionis, & falsitatis, *Gallesi. de obligat. Cameral. quæst. 17. num. 3,* & ibi *Zacch. num. 2, & seqq. Rota post eumdem Zacch. decis. 27, num. 1, decis. 36. num. 1 decis. 42, num. 4. decis. 62, num. 1. decis. 70. num. 2. decis. 71, num. 1, decis. 82. num. 2, decis. 89. num. 3. dec. 92. num. 1. dec. 114. num. 1. dec. 133. n. 1, & seq. dec. 148, n. 1. & dec. 155. n. 2. Coccin. dec. 161, n 1.*

173 Primò tamen hæc regula non procedit, datâ incompetentiâ Judicis, vel inhabilitate personæ actoris, *Gallesi. de oblig. Camer. qu. 17, n. 1. & seqq. & n. 7.*

174 Secundò non procedit, datâ nullitate Instrumenti obligatione Camerali vallati, de cujus executione agitur, *Gallesi. ubi suprà num. 6. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 121, num. 33. Rota post Zacch. ubi suprà, dec. 36. num. 1. & seq.* præsertim si nullitas sit patens, *Buratt. dec. 422, n. 14.*

174 Tertiò non procedit in exceptione apparente ex verbis instrumenti ex ipsius inspectione, *Zacch. ad Gallesi. d. quæst. 17, num. 8, Coccin. decis. 275. num. 2.* Exceptiones namque dum ex ventre Instrumenti oriuntur, impediunt executionem obligationis Cameralis, *Zach. ad Gallesi. ubi suprà, num. 59. Cassad. dec. 20. num. 3. de rescript. Seraph. decis. 43. num. 5. Rot. post Zacch. ubi suprà, decis. 8. num. 1. decis. 14. num. 2. decis. 36, num. 2. decis. 38. num. 4. decis. 114. num. 5. Cavaler. decis. 456,*

175 *num. 1.* Unde infertur, † quòd exceptio quòd debeat fieri compromissum, quando oritur ex ventre, admittitur ad impediendum executionem obligationis Cameralis, *Cavaler. dec. 456. num. 1.* Quod procedit, etiamsi hujusmodi exceptio requirat altiorem indaginem, *Zacch. ad Gallesan. de obligat. Camerali, quæstione 17. num. 61. Marchesi. var. resol. lib. 2. c. 121 num. 36. Rota post Zacch. decis. 8. num. 1. Seraph. dec. 430. n. 5.*

177 Secùs tamen esset, si exceptio requireret probationes extrinsecas per testes, & aliud genus probationis, quia tunc non diceretur oriri simpliciter ex ventre Instrumenti ad hoc, ut impediret exequutionem Cameralis obliga-

obligationis, etiamsi requireret altiorem indaginem, & in his terminis procedit *Rota post Zacch. ubi suprà, decis. 42, num. 8. & 9. & dec. 114. n. 5. & seq.* quod est etiam de mente *Zacch. d. q. 17 n. 91.*

178 Quartò, non procedit, si dies solutionis nondum venit, vel conditio, sub qua debitum est contractum, non est adhuc purificata, *Gallesius. d. q. 17. n. 9. vers. Itaq;*, nam obligatio conditionalis ante illius purificationem nihil ponit in esse, *Coccin. dec. 73, n. 1. & dec. 146, n. 5.*

179 Quintò non procedit in exceptione, quæ oritur ex natura rei, prout est exceptio cedendarum rei non traditæ, rei non liberè traditæ, & econtrà pretii non soluti, & hujusmodi, *Gallesius. d. q. 17, n. 10. & ibi Zacch. n. 66, & 69.* nam exceptio, quæ oritur ex natura actus, admittitur in omni judicio, *Rota post eundem Zacch. dec. 39. n. 4.*

180 Et quòd exceptio Cedendarum retardet executionem obligationis cameralis, tradit *Rota post Zacch. dec. 22, n. 5. Buratt. dec. 281. n. 10, & dec. 470 n. 1.* adeò quòd hujusmodi exceptio, nec etiam censeatur rejecta à statuto rejiciente omnes exceptiones, nec comprehendatur sub renunciatione facta omni legum auxilio, *Ferentil. ad Buratt. d. dec. 420. n. 8. lit. A*, ubi plures cumulat auctoritates.

182 Et de exceptione rei non traditæ, quòd illa admittatur ad retardandam executionem obligationis cameralis tradit *Rota d. dec 33. n. 1, & 2, par. 1, recent. Cavaler. dec. 348, n. 11.*

183 Et de exceptione rei non liberè traditæ, quòd retardet executionem obligationis Cameralis, *Rota post Zacch. dec. 127. n. 3. Greg. dec. 295 n. 5.*

184 Hoc tamen non habet locum, si habentes interesse consentiant, & pretium sit investiendum, *Zacch. d. q. 17, n. 70.* nec quando emptor nullum potest damnum pati, *Greg. dec. 295, n. 3,* & ibi *Beltram. n. 5.*

185 Sextò non procedit non adimpletis ab actore promissis, sicque potest opponi de re non tradita, vel pretio non soluto, ut post *Corn. Covar. & Dec.* quos allegat, & sequitur *Gallesius. de oblig. camer. qu. 17, n. 7,* nam exceptio non implementi retardat executionem obligationis Cameralis, *l. Julianus, §. offerri, ff. de act. empt. Zacch. ad Gallesius. d. q. 17, n. 47. Rota post eumdem Zacch. dec. 113. n. 15 dec. 116. n. 1, dec. 139. n. 2, dec. 145. n. 1, & decis. 148. n. 11. Mantic. dec. 221. n. 1,* sive non implementum sit in totum, sive in partem, *Rota post eumdem Zacch. dec. 45, n. 2. Coccin. dec. 33. n. 3. Cavaler. dec.*

186 *338. n. 1.* ubi quòd hæc † exceptio obstat etiam Cessionario, etiamsi non implementum sit in minimo, *Rota dec. 53. n. 1, par. 3, recent. Cavaler. decis. 307. n. 1.*

Hoc tamen locum non habet in eo, qui primò contravenit, nam ille non potest hujusmodi

187 exceptionem opponere, *Rota post Zacch. ubi suprà dec. 70, n. 17, dec. 81, n. 9, & dec. 139. n. 4, & seq.* Nec

188 quando † tempus præfixum non est elapsum, *Rota post eumdem Zacch. dec. 1. num. 10.* Nec quando exceptio non est clara, *Cavaler. dec. 217 n. 5.*

189 Septimò non procedit deficiente causa, ob quam fuit contracta obligatio, vel ea reducta ad non causam, *Gallesius. d. qu. 17, num. 12, & ibi Zacch. num. 78.* quia deficiente causa deficit obligatio, & impeditur exequutio, ex cumulatis per *Zacch. d. q. 17, n. 78, & seq. Rota post eumdem Zacch. dec. 80 n. 1, dec. 89. n. 1, dec. 104, n. 4. & seq. Coccin. dec. 65, n.*

190 2, debet † tamen causæ defectus in his terminis esse evidens, *Zacch. ubi suprà, n. 84.* Et versari circa causam finalem, aliàs non relevat, ut per eumdem Zacch. ubi suprà, num. 85. & seq.

191 Octavò non procedit in exceptione compromissi necessarii, quia illa retardat executionem obligationis Cameralis, *Mantic. dec. 221, nu. 10,* etiam si necessitas hujusmodi oriatur ex pacto, & conventione, quòd fieri debeat compromissum, *Cavaler. dec. 456. n. 1.* Secùs † est in

192 compromisso voluntario, *Lancellot. de Attent. par. 2, cap. 11. n. 171. Mantic. d. dec. 2, n. 11.* Quod tamen ultimum procedit data cautione de satisfaciendo laudatum, & cum limitationibus, de quibus per *Lancell. ubi suprà, n. 472, & seqq.*

193 Nonò non procedit in exceptione retentionis, nam ista admittitur ad impediendam exequutionem obligationis Cameralis, etiamsi quantitas non sit liquidata, *Gallesius. de oblig. Camer. q. 18. n. 12, & seq. & ibi Zacch. n. 19.*

194 Decimò non procedit in exceptione præsumptæ satisfactionis, quia illa admittitur, & retardat executionem obligationis Cameralis, *Zach.*

195 *ad Gallesius. q. 17, n. 36.* Et obstat † Administratori non reddenti rationem de administratis, *Rota post Zacch. ubi suprà dec. 13. num. 7, & in Sulmonen. pecuniaria 10 Junii 1624. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien.* Quod tamen locum non habet, quando non constat, tot pecunias pervenisse ad manus Administratoris, ex quibus satisfactio præsumi possit, ut per *Zacch. d. q. 17. num. 38 Rota post eumdem Zacch. dec. 26, n. 9. Seraph. decis.*

196 *1455, num. 5.* Prout † nec quando constat, Administratorem remanere debitorem in aliqua certa summa, quam offert compensare; nam in reliquis executio non retardatur, *Zacch. d. quæst. 17, num. 39. Rota post eumdem Zacch. d. dec. 13, n. 8.*

Undecimò non procedit in exceptione simulationis probata, quæ impedit executionem

197 obligationis Cameralis, *Rota post Zacch. dec. 119. n. 3.*

Duodecimò non procedit in exceptione Sequestri; nam & illa impedit executionem obligationis Cameralis, *Gallesius. de oblig. Camer. q. 29*

128 *n. 3, & ibi Zacch. n. 7.*

199 Decimo-tertiò non procedit in exceptione rei judicatæ, etenim & illa admittitur ad Cameralis obligationis executionem retardandam, *Zacch. ad Gallesius. ubi suprà, q. 18. num. 16.* quinimò hæc exceptio admittitur in quocumque judicio, *Rota post eundem Zacch. decis. 89, n. 7, & seq.*

200 Decimo-quartò non procedit in exceptione præscriptionis, quia & illa retardat obligationis Cameralis executionem, *Gallesius. de oblig. Camer. q. 19, n. 10, & ibi Zacch. n. 17.*

201 Sed hoc recipit declarationem, nam cùm in obligatione Camerali adsit juramentum, ex quo omnes obligationes Camerales sunt ju-

ratæ, *Rota decis.161.n.1.par.2. diverſ.* per juramentum † actio de Jure communi perpetuatur ultra triginta, & uſque ad quadraginta annos, *Cappell.Toloſ.deciſ.220. & ibi Addentes, Galleſ.dicta quæſt 19.num.10. Galganett. ad Stat.urb. cap.158.ante finem,col.297,n.40,verſ.an hoc ſtatutum lib.1.Boſius de ſtatut. urb.præſcr. gloſſ.19.n.27 & ſeq. Rot.poſt Fenzon.ad ſtatut.urbis, deciſ.159.*

202

203 Cæterum ſtatutum urbis, *d.cap.158.lib.1.* ſpatio ſexdecim annorum inducit præſcriptionem, etiam contra contractum juratum, ſeu camerali obligatione vallatum, *Rota poſt Fenzon. ad ſtatut.*

204 *urb.dec.146.& deciſ.149.* Nam dictum ſtatutum tollit fidem Inſtrumentis, adeò quòd ex illis, nec etiam juramentum probatur, *Galgan. ad ſtatut. urb. lib.1.dicto cap.158.ante fin. verſ. An hoc ſtatutum procedat, Put.dec.111.num.2, lib.1. in correct. Fenzon.ad ſtatut.urbis,d.lib.1.cap.158.num.38. Rota poſt eundem Fenzon. dec.159. verſ. At quoniam ſtatutum.*

205 Quæ quidem ſtatutaria 16. annorum præſcriptio procedit etiam contra forenſes, etiam in Inſtrumentis, & chirographis alibi confectis, dummodò tamen petitio fiat in urbe, ut articulo maturè diſcuſſo, recedendo *à deciſione Caputaquen.207.par.3.* reſolvit *Rota poſt Fenzonium ad ſtat.urb.deciſ.145. quæ eſt deciſ.764.par.4. diverſ.* quam ſecuta eſt etiam *Rota in Sulmonen. Pecuniaria,10 Junii 1624. coram bon.mem. Seleucien.*

206 Hoc tamen non habet locum, ſi ſolutio fuiſſet deſtinata in certo loco extra Curiam, tunc (*licèt de hac limitatione nulla eſſet facta mentio in dicta Sulmonen.pecuniaria*) Nihilominus, quoad præſcriptionem eſſet attendendum inter forenſes ſtatutum illius loci, & non ſtatutum urbis, etiamſi petitio fieret in urbe, *Bart.in l. cunctos populos,n.18, C.de ſacroſ.Eccleſ.Rot. poſt Zacch.de oblig.Camer.deciſ.78,n.3,& ſeqq.& n.7, & in civitatis Caſtelli bonorum 27, Jun.1572, coram bon.mem. Cardinali Lancellotto ſenore, quæ eſt dec.580.par.1. diverſ.* ubi quod ita fuit in aliis cauſis deciſum, quam deciſionem ſecuta eſt etiam *Rota poſt Fenzon.d.deciſ.145.necnon etiam d.deciſ.764,n.3.par. 3 diverſ.* & noviſſimè dixit *Rota in Ravennaten. Cenſus, Sabbati 29 Novemb.1639.coram* R.P.D. *Dunozetto,& Veneris 26 Aprilis 1641. coram* R.P.D.

207 *meo Bichio.* Neque † ex eo quòd adſit obligatio cameralis, & ob id quis poſſit ubique conveniri, poteſt dici, quod ſolutio, in certo loco deſtinata, ſit ubique locorum facienda, *Rot. poſt Zach.d.dec.78,n.6,& ſeq.*

208 Quòd ſi ſolutio ſit deſtinata in pluribus locis alternativè, tunc eſt in arbitrio creditoris convenire debitorem in uno ex locis deſtinatis, quo caſu locus petitionis, ejusque ſtatutum erit attendendum, *Rota poſt Zach.d.dec.78, num.3. & ſeq.*

209 Nec etiam habet locum d. ſtatutaria 16. annorum præſcriptio in cenſibus, ſeu annuis præſtationibus, quia ſtatutum urbis lib.1.c.158. expreſsè excipit contractus cenſuum, & ſubſequens cap.159.non comprehendit contractum juratum ex allegatis per *Fenzon. ad ſtatut.urb. d. cap.158,n.54, & per Rotam poſt eundem Fenzon. deciſ.159,& in Romana fructuum cenſuum 13 Jun. 1603.coram bon.mem.Card.Millino,* & eò magis,

210 † quia ſtatutum non habet locum in actione reali, quæ pariter pro cenſibus competit, *Fenzon. ad ſtatut.urb.d.c.158,n.51, & ſeqq.Rot. poſt eundem Fenzon.dec.143.& dec.144.*

111 Circumſcripto autem ſtatuto, juxta opinionem, quam ſequitur Rota, non ſufficit una præſcriptio in iſtis annuis præſtationibus, & propterea poſſunt peti fructus cenſuum per ſpatium triginta annorum ante litem motam, quia in illis ceſſat præſcriptio, *Rota in d.Romana fructuum cenſuum,13 Junii 1603.coram Card.Millino,* cum aliis cumulatis per *Fenzon.ad ſtatut.urbis, d.c.158 n.54.*

212 Forenſibus tamen in caſibus, in quibus intrat d. ſtatutum, ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ex capite probabilis ignorantiæ d. ſtatuti, *Caputaq, d.deciſ.207,n.5.* niſi illa conjecturis contrariis, aut culpa, ſeu negligentia creditoris excludatur, *Rot. in d. Sulmonen. pecuniaria,coram bon.mem.Seleucien.* in caſu autem, † in

213 quo, ut ſuprà, non excluditur, competit reſtitutio in integrum, etiam ſi elapſum ſit quadriennium ad illam petendum, quia conſtito de bono jure, & cauſis reſtitutionis in integrum, quadriennium de ſtylo non attenditur in Curia, *Burat. d.dec.352,n.7,* ubi alias deciſiones cumulat, *& dec.604,n.17.*

214 Decimo-quinto, non procedit, quando obligatio cameralis fuit vulnerata per ſententiam: nam exceptio vulnerationis Inſtrumenti, cameralì obligatione vallati, illius executionem impedit, *Saluſt.Tiber.in prax.lib.1.c.23,il primò, n.17 Mareſc.variar.reſolut.lib.1,cap.121,n.37. Zacch.ad Galleſ.quæſt.38,num.18,& ſeqq. Rot.poſt Zacch.de oblig.Camer.deciſ.36,n.6,verſ.2.ſallit, dec.45,n.4, dec.58.num.2,deciſ.59,n.2. & dec.76,n.1,* etiamſi aliter nullitas opponi non potuiſſet, *Mareſc.var. reſ.d cap.121,n.37, Rota poſt Zacch.d.dec.36.n.6.*

215 Dicitur autem vulnerata obligatio cameralis, quando lata eſt prima ſententia, ſeu factum primum decretum contra inſtrumentum, prout quando illud fuit declaratum nullum, *Rota deciſ. 74,n.1, poſt Zacch. de oblig.Camer.* & quando reus fuit abſolutus ab impetitis, vel fuit pronunciatum Inſtrumentum non eſſe exequendum, *Zacch.ad Galleſ.de oblig.Camer.quæſt.37,nu.6. & ſeqq.Rota poſt eumdem Zacch.deciſ.58,n.1, deciſ.95,*

216 *n.6, Coccin.dec.78.n.11.* Secùs † ſi fuit prius relaxatum mandatum, aut lata prima ſententia pro Inſtrumento; nam tunc revocato Decreto, aut ſententiâ, vulneratur Decretum, ſeu ſententia, non autem ipſum Inſtrumentum, ſeu obligatio cameralis, *Saluſt.Tiber.d.lib.1,cap.13,il primò,n.17, verſ.Verumtamen, Rota poſt Zacch.dec.59,n.3.Coccin.dec.78,n.11,verſ.Aut Judex.*

217 Animadvertendum tamen eſt, quòd quando Judex, revocando Decretum, aut ſententiam dirigit verba ſententiæ revocatoriæ tantummodò contra primum Decretum, ſeu primam ſententiam, tunc benè prædicta procedunt: ſed ſi Judex dirigit verba ſententiæ revocatoriæ, etiam

contra

contra Instrumentum, declarando illud nullum, vel non esse exequendum, vel absolvendo ab impetitis, tunc obligatio Cameralis adhuc remanet vulnerata, *Rot. post Zacch. d. decis. 76, numer. 2.*

218 Cæterum, si sententia lata contra Instrumentum Camerali obligatione vallatum sit nulla, non vulnerat obligationem Cameralem, *Rota post Zacch. ubi supra decis. 4. n. 8, & dec. 95, nu. 2, Buratt. dec. 96, n. 8, & decis. 94, n. 6,* & idem juris est in Sententia notoriè injusta, nam nec illa vulnerat obligationem Cameralem, *Rota post*

219 *Zacch. decis. 45, n. 6.* Nec Sententia † quæ est lata in alia causa, & est sine Actis, & ob id non facit fidem, *Rota post Zacch. decis. 159, n. 4.*

220 Sed distinguendum videtur: Nam aut Sententia lata contra Instrumentum est lata in alia causa, prout in causa Criminali in contumaciam, & tunc si Sententia est nulla, vel sine Actis, non vulnerat obligationem Cameralem, *Buratt.*

221 *decis. 76, n. 8, & dec. 94, n. 7, Rot. post Zach. decis. 159. n. 8.* Aut Sententia est lata super meritis causæ, prout absolutoria ab impetitis, & tunc, Aut ab hujusmodi Sententia fuit appellatum, & ex hoc per indirectum remanet obligatio Cameralis vulnerata, cùm causa sit effecta appellabilis, & sicut licuit appellare Actori, ita etiam licere debet Reo, ratione æqualitati servandæ, unde non potest procedi ad executionem, nisi

222 postquam Sententia, quæ est contra Instrumentum lata, fuerit revocata per tres conformes, *Coccin. dec. 78, n. 3, & seq. & nu. 5, Rot. post Zacch. dec. 45, n. 1, & seqq & dec. 76, n. 3, & seqq.* Aut † à d. Sententia nulla, seu notoriè injusta non fuit appellatum, & tunc cessat d. ratio æqualitatis servandæ, & aliæ rationes dictæ decisionis, *Coccin. decis. 78, n. 3, & seq. & n. 6,* Et intrat ratio, quia quod nullum est, nullum producit effe-

230 ctum, de qua in *Elboren. Pensionis 9. Junii 1595. coram bo. me. Corduba impress. post Zacch. ubi supra decis. 106, n. 2,* Instrumentum, seu obligatio Cameralis non remanet vulnerata, *Rot. post Zacch. dec. 45, n. 5, & n. 6, in fin. & dec. 106, n. 2, & dec. 158, n. 8, Buratt. dec. 94, n. 7.*

In casibus autem, in quibus Sententia vulne-

223 rat obligationem Cameralem, sublata Sententia vulnerante, cessat vulnus, & proceditur ad executionem, *Rot. post Zacch. decis. 76, n. 3, & de-*

224 *cis. 159, n. 7.* Et idem procedit † si Papa mandet, ut procedatur ad executionem vulneratione non obstante, *Rota post Zacch. ubi supra decis. 60, num. 1.*

Decimo sextò, Denique omnis exceptio, quæ

225 aliàs non esset admittenda ad impediendam executionem obligationis Cameralis, si est relevans, admittitur, quando est probata, quod procedit in omni Judicio, *Menoch. de adipisc. rem. 4, quæst. 67, n. 15. casu n. 605, & seqq. & nu. 892, & seqq. Zacch. ad Gallis. q. 18, n. 12, Rot. post eumdem Zacch decis. 4. n. 1. & in Romana de Maresciottis 20 Novemb. 1613. vers. circa secundam coram bo. me. Card. Sacrato,* & idem Juris est, si possit probari incontinenti, *Zacch. ad Gallesi. ubi supra q. 17, nu. 101, Ferentill. ad Buratt. decis. 76, n. 24,* ubi plures decisiones cumulat.

226 Ex hac decima sexta limitatione infertur

Primò, quòd licèt exceptio læsionis non admittatur ad impediendam exequutionem obligationis Cameralis, *Zacch. ad Gallesi. q. 19, nu. 7, Rota post eundem Zacch. dec. 70, num. 16, dec. 139, n. 14, decis. 147, n. 5, & decis. 148, n. 5, Gregor. decis. 120, n. 17, Buratt. decis. 783, n. 15,* etiamsi sit enormissima, *Zacchias ubi supra q. 17, nu. 75, Buratt. dec. 914, n. 3,* Nihilominus, si non requirat altiorem indaginem, postquam est probata, admittitur, & illam retardat, *Zacchias ad Gallesi. d. q. 17, n. 75, & seqq. Rot. post eundem Zacch. decis. 114, n. 2, & decis. 148, n. 5, Buratt. dec. 783, numer. 18.*

227 Secundò infertur, quòd exceptio Usurariæ pravitatis, licèt non admittatur ad impediendam executionem obligationis Cameralis, si tamen est evidens, & indubitabilis, admittitur, *Rot. post Zacchiam, ubi supra decis. 126, n. 3, & nu. 13, Duran. decis. 11, n. 24.*

228 Tertiò infertur, quòd licèt exceptio, quòd obligatio sit facta per errorem, non admittatur ad impediendam dictæ Cameralis obligationis executionem, quia requirit indaginem, *Zacch. ad Gallesi. de oblig. Camer. d. q. 17, n. 88, Rota post eundem Zacch. decis. 148, n. 2,* Secus tamen est, si incontinenti probetur, & error sit clarus, & evidens. *Zacch. d. q. 17, n. 89, & seq. Rota post eundem Zacch. d. dec. 148. n. 3.*

229 Quartò infertur, quòd exceptio Simulationis non admittitur ad retardandam obligationis Cameralis executionem, *Cavaler. dec. 312, nu. 5,* Sed hoc procedit, si non est probata, secus si sit probata, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1, cap. 14 nu. 3,* vel si incontinenti probetur, *Gregor. dec. 295, nu. 16, & ibi Beltram. n. 18,* vel si est clara, & potest incontinenti probari, *Rot. post Zacch. decis. 114, n. 6, & n. 7.*

230 Quintò infertur, quòd exceptio remissionis affectus non retardat executionem Cameralis obligationis, *Zacch. ad Gallesi. de oblig. Camer q. 18, n. 10, Rota post eundem Zacch. dec. 42, n. 1,* Sed hoc non habet locum quando hæc exceptio est probata, *Zacch. d. q. 18, n. 11, Rot. post eundem Zacch. dec. 105, n. 7.*

231 Sextò infertur, quòd licèt exceptio non numeratæ pecuniæ non impediat executionem obligationis Cameralis, *Zacch. ad Gallesi. ubi supra q. 20. n 1, & n. 5,* secus tamen postquam illa est probata, *Salust. Tiber. d. lib. 1, cap. 14, n. 3, vers. imò Zach. d. q. 20, n. 7.*

232 Septimò infertur, quòd exceptio Compensationis non retardat executionem obligationis Cameralis, *Gallesi. de oblig. Camer. q. 18, n. 6, & ibi Zacch. n. 8, Afflict. dec. 163, n. 2, & seqq. & dec. 381 n. 2, & seq. & ibi Ursil. n. 1.*

Quod signanter procedit, quando debitum quod prætenditur compensari, esset contractum ante obligationem Cameralem, *Duran. dec. 157 n. 9, & dec. 404, n. 11.* prout etiam quando ille, qui se in forma Cameræ obligavit, quoad debitum, quod petitur compensari, est tertius, nam tunc non admittitur compensatio, *Zacch. ad Gallos. d. q. 18, n. 9.*

233 Primò tamen hoc non habet locum, si probetur, quòd creditum, cujus prætenditur compensatio, esset pariter privilegiatum, & liqui-

dum,

dum, *Zacch. ad Gallef. d. q. 18, n. 15, Duran. decif. 32, n. 1, & n. 6.*

234 Secundò non habet locum d. ſeptima illatio ſi probetur, quòd quis ſit pauper, vel onere Filiorum gravatus, & ſic quòd ſubſit æquitas, quia tunc admiſſio hujus exceptionis plurimum reſidet in arbitrio Judicis, *Galleſ. de obligat. Cam. q. 18, n. 7, & ibi Zacch. nu. 17*, ubi alios cumulat, *Afflict. d. decif. 163, n. 3, & 4, Urſil. ad Afflict. d. dec. 381, n. 1.*

235 Tertiò non habet locum, ſi probetur, quòd debitum, quod petitur compenſari, eſt contractum poſt d. obligationem Cameralem, *Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 121, n. 54*, cum aliis cumulatis per *Zacch, ad Galleſ. d. q. 18, n. 18.*

236 Exceptioni tamen Compenſationis cenſeretur renunciatum per ſuſceptionem termini, ſi ille ſuſceptus fuiſſet, *Buratt. deciſ. 144, n. 6.*

O Exceptio Novationis, ſeu novæ conventio-
237 nis, eſt ex tribus impedientibus executionem obligationis Cameralis, *Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 64, n. 1, & dec. 89, n. 3, & dec. 114, n. 1 & dec. 148, n. 1, & dec. 155, n. 2.*

238 Sub nova conventione continetur pactum de non petendo, & ideo exceptio hujuſmodi pacti tamquam prima ex tribus, impedit executionem Cameralis obligationis, *Rota poſt Zacch. ubi ſupra d. dec. 70, n. 2, & dec. 82, n. 2, & dec. 116 nu. 2.*

P Exceptio Falſi eſt præjudicialis, & ſi eſt clarè
239 probata incontinenti, retardat executionem Inſtrumenti Camerali obligatione vallati, *Rot. poſt Zacch. ubi ſupra dec. 4, nu. 1, Buratt. dec. 77, n. 1, & dec. 109, n. 14*, Falſitatis cauſæ etiam exceptio, ut impediat executionem obligationis Cameralis, ſimiliter debet eſſe cõcludenter probata, *Zacch. ad Galleſ. q. 17, n. 92, Rota poſt eumdem Zacch. de-*
240 *ciſ. 134, n. 12.* Hæc falſitatis exceptio † eſt una ex tribus, quæ impediunt executionem Cameralis obligationis, *Galleſ. q. 17, n. 2*, cum aliis allegatis ſupra *ſub littera* N.

241 Obſervandum tamen eſt, quòd in civilibus ſuſpicio falſitatis haberur pro falſitate, *cap. afferte mihi gladiũ. de præſump. dec. Caval. 455, n. 1, Buratt. deciſ. 611, n. 4*, ubi *Ferentil. n. 15*, alias plures congerit auctoritates.

Q Solutione ejus quod debetur, tollitur omnis
242 obligatio, *l. nulla, & l. nihil intereſt C. de ſolut. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. ubi Gloſ. in verbo tollitur, Bart. conſ. 67, in fin. lib. 1, Caval. dec. 99, num. 2.*

243 Exceptio ſolutionis eſt una ex tribus impedientibus executionem obligationis Cameralis, *Galleſ. de oblig. Cam. q. 17, n. 2, & ibi Zacch. nu. 2, & ſeqq.* Ubi quòd hæc exceptio debet eſſe clara, & non turbida.

244 Qui producendo tres ultimas ſolutiones continuatas, ex eis oſtendit ſe tribus ultimis annis ſolviſſe, retro ſemper ſolviſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, *l. quicunque, C. de apoc. publ. lib 10, Maſcard. de probat, concluſ. 1320, Gabr. de præſumpt. concl. 11, num. 1, Menoch. præſumpt. 139 l. 3. par. 1, Card. Tuſc. littera S. concluſ. 346, n. 4, & ſeqq Dec. conſ. 658, n. 15, & ſeq Gratian. diſcept. 716, n. 12, & ſeq. Rot. deciſ. 3. de locat. in novis*, Quod procedit etiam in Penſione Eccleſiaſtica *Gig. de penſ. q. 81, Gabr. d. concluſ. 11, num. 6, Dec. d. conſ. 658, n. 15, Menoch. d. præſumpt. 139, n. 10*, & etiam in ſolutionibus ſemeſtralibus, trimeſtralibus, & bimeſtralibus, ex identitate rationis, *Gabr. d. concluſ. 11, nu. 14. Menoch. d. præſ. 139, n. 13*, qui de communi teſtatur, *Myſing. obſer. cent. 5, obſer. 39, nu. 2, Ricc. in Collect. dec. par. 1, deciſ. 25, verſ. & quidem ſolutione*, & alios congerit *Gratian. d. diſcept. 716 num. 12, & ſeqq.* qui etiam de communi & veriori opinione teſtatur.

245 Solutio verò pro reſiduo liberat à toto debito, *Caſtr. in l. ſi ex pluribus num. 2, ff. de ſolut. l. 2, ubi Caſtr. n. 3, Jaſ. n. 7, & Alex. n. 4, C. de Hæred. inſtit. Rota Januen. dec. 16, num. 9, & deciſ. 27, n. 4, & n. 5*, ubi quod idem Juris eſt, ſi ſolutio fiat pro complemento, *Cavaler. deciſ. 228, n. 2.*

246 Declarare, in quam cauſam ſolutio fiat, ſpectat ad Debitorem, *l. 1, & l. Creditor 102, §. cum de ſorte, ff. de ſolut. l. 1, C. de ſolut.*

247 Et ſi debitor non declarat, poteſt Creditor declarare, in quam cauſam ſolutionem recipiat, dummodo declaret in ipſo actu receptionis, *l. 1, §. quoties verò, ff. de ſolut. d. l. 1, C. de ſolut.* ſecus ex intervallo, *l. 3, in princip. ff. de ſolut.* Debet tamen Creditor declarare, prout declararet in re propria, & ſic prout magis expediat Debitori, *d. l. 1, §. dummodo ſic conſtituat ff. de ſolut.*

248 In dubio autem ſolutio cedit in cauſam duriorem, *l. 1, 3, & 4, in princ. ff. de ſolut. Alex. conſ. 39 nu. 2, lib. 7, Dec. in l. ſi in duabus 104, in fine. ff. de reg. jur. Rota deciſ. 113, nu. 3. par. 1, diverſ. Cavaler. deciſ. 99, n. 3.*

Hoc tamen primò non procedit, ſi in ipſa ſolutione Debitor ſolvens declaravit, in quam cauſam cedere debeat ſolutio, vel quando conſtat Partes conſenſiſſe, ut cedat in aliam cauſam, *d. l. Creditor, §. cùm de ſorte, ff. de ſolut. Cavaler. dec. 165, n. 3.*

249 Cauſa verò durior dicitur illa, quæ in ſe continet obligationem Cameralem, *Seraphin. deciſ. 1454, n. 2*, cum aliis congeſtis per *Zacch. de oblig. Camer. q. 17, n. 6.*

B Inventarium in dubio præſumitur ritè, & re-
250 ctè factum, & ob id facienda eſt interpretatio pro validitate illius, *l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſth. cap. niſi. de præben. l. cum Teſtamento, §. hæc verba, & ibi Bald ff de Hæred. inſtit. Crav. conſ. 1, pro Genero num. 475, Alex. conſil. 13, nu. 6, verſ. & præcipuè lib. 1, Creſcent. deciſ. 6, de præſumpt. Mant. dec. 344, num. 8, Rota dec. 9, numer. 1, par. 2, diverſ. & deciſ. 561, num. 14. par. 1, & dec. 597, n. 1, in fine par. 4, recent.* Quæ † præſumptio cæteris omnibus antefertur, *Rota deciſ. 9, num. 25, par. 2, diverſ.*

252 Inventarium autem legitimè confectum præſervat Hæredem adeuntem in eo ſtatu, in quo erat ante aditam Hæreditatem, adeò quòd nullum damnum patiatur, *l. fin. §. & ſi præſatam & §. in computatione C. de Jur. delib. Coccin. deciſ. 151, n. 1, & 2.*

253 Tenetur tamen Hæres cum beneficio l. & Inventarii opponere, & docere de Inventario, quod ſuffragetur, & reddere rationem de bonis in Inventario deſcriptis, aliàs proceditur contra ejus Perſonam, & bona propria eadem via executiva, quæ competebat contra Defunctum,

Bald.

Bald, in l fin. §. & si præfatam n. 3, ubi hanc Praxim docuit, *C. de jur. delib. Fanuc. de invent. par. 5, & alii*, quos refert, & sequitur, *Rot. decis. 39, n. 8, & seq par. 6, recen.* Hanc eandem Praxim ponit
254 *Salust. Tiber. lib. 1, c. 45, num. 17.* Quæ passim observatur in hoc A. C. Tribunali, citato hærede de inventario opponente, ut supra, ad docendum se adivisse cum beneficio inventarii, & inventarium legitimè confecisse, & de inventariatis rationem reddidisse, quinimo eadem praxis, etiam in Sacro Rotæ Auditorio admissa fuit, *Rota d. decis. 39, n. 9, par. 6, recent.* ubi alias decisiones congerit.

S 255 Judices Romanæ Curiæ sæpè, ad effectum melius deliberandi, quod decretum faciendum sit pro justitia, solent habere terminum pro servato, quo casu habent spatium decem dierum ad faciendum decretum, seu sententiam proferendam absque eo, quòd pars denuò citetur, tenentur tamen Judices, tam civiles, quàm criminales, sive ordinarii, sive delegati, & quicunque sint, etiam Prælati Romanæ Curiæ, in causis in officio Archivii Romanæ Curiæ commissis, istos terminos pro servatis habitos, ut supra, declarare infra decem dies, aliàs circumducuntur & necessaria est nova citatio, *Pius IV. const. 85, Cùm ab ipso, vers. idem Judices secun antiq. impress. Paulus V in reform. Trib. Urb. const. 71, Universi agri, in vers. Judices quicumque.*

256 Hoc tamen non procedit in Auditoribus Rotæ, qui in hoc suis facultatibus utuntur, *Paulus V, d const. 71, d. vers. Judices quicunque*, nam Auditores Rotæ tenentur publicare eorum decreta, seu sententias infra quindecim dies à die termini pro servato habiti, & in ultima audientia anni infra mensem, *Pius IV. const. 83, in Trono, vers. Item sententiæ. secun antiq. impress. Paulus V. d. const. 71, vers. Item sententiæ.*

257 Secundò non procedit in Curia Capitolina, nam in ea non habetur terminus pro servato, nec pronunciatur prout in cedula, sed ejus loco fit, *Diffandi*: est autem *Diffandi* quædam monitio, quam facit Judex in termino citationis pro sequenti die Juridica, *Statut. Urb. l. 1, c. 51*, nam nihil aliud est monitio, quàm quædam citationis prorogatio, *Seraph. dec. 583, n. 1, in fin. Rot. dec. 141, n. 11, par. 6, recent.*

258 Cæterum si Judex in d. prima die juridica, & sic in termino diffusionis, decretum non faciat, & causam non expediat, circumducitur, & expirat diffusio, & est necesse iterum citare partem, in cujus citationis termino iterum Judex si vult, potest in primam diem juridicam sequentem citationem diffundere, & ita quotidie observat Praxis, & debet intelligi, *Luc. Pet. in Prax lib. 1, cap. 8, n. 19.*

259 Requirit tamen monitio, seu diffusio hujusmodi, partis præsentiam, de qua Notarius in diffusione ipsa attestetur, *Fenzon. ad Statutum Urbis lib. 1, cap. 51, n. 32.*

260 At quando terminus ab A. C. seu alio Judice habetur pro servato, Notarius nihil scribit in pede citationis, sed postea, cùm Judex facit decretum illud, omnia ponit sub die, pro qua cadebat citatio, *Rot. post Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 161, in princ.*

261 Et ob id per admissionem novorum jurium non obstante quacunque protestatione, & quòd admissio sit facta cum clausula, sine præjudicio termini pro servato habiti, circumducitur termi nus habitus pro servato, & decretum remanet nullum defectu citationis, cùm constet ex actis, quòd tempore admissionis novorum jurium adhuc factum non erat, *Rota decis. 705, n. 3, par. 3, diversi. lib. 3, & in Romana Pecuniaria sua restitutionis in integrum 15. Decembr. 1610, coram bo. me. Ottembergo, quæ est decis. 9, impress. apud Marches. de Commiss. appell. ab interloc. p. 1, §. 1, fol. 1222, & post Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 161, & in Fesulana prioratus 15. Novembr. 1610, coram bo. me, Card. Marcomontio.*

T 262 Citato debitore ad solvendum, Judex facit sutum decretum, nisi infra tres, si verò quis in forma Cameræ obligatus consensit in mandatum exequutivum unica citatione præcedente, decernit, & relaxat mandatum, nisi ad p. d. cum intimatione, potest tamen Judex dare longiorem dilationem, & facere decretum, nisi infra quatuor, nisi infra sex, aut aliud tempus sibi benevisum, *Salust. Tiber. in Prax lib. 1, c. 72, n. 15, & seqq. & n. 17, & cap. 53, n. 6.* Quod procedit in omnibus decretis, licèt enim, exceptis nonnullis de quibus supra, & infra suo loco dicetur, omnia ferè decreta fieri solent nisi ad p. d. Semper tamen Judex potest dare longiorem dilationem prout sibi pro justitia videbitur expedire, & ita passim observatur in praxi.

V De productione facta ad coadjuvandum probationes antiquas dixi supra *hac eadem par. 1, cap. 6, littera F.*

X 263 Omnes Romanæ Curiæ Judices possunt sæpius eorum decreta interlocutoria revocare, & reponere ab eis partem in statu, in quo erat ante factum decretum: sive sint Judices ordinarii, sive delegati, prout signanter A. C. in causis exequutivis quandocunque reponere consuevit, quia licèt decretum, quoad partem transeat in judicatum, secus tamen est quoad Judicem, & ob id. si ipse vider, Decretum de jure non subsistere reponit, *Salust. Tib. in Prax. lib. 1, c. 27, n. 12, & seqq. & n. 18, & c. 23, n. 1, & seqq. & n. 5, Gallef. de oblig. Camer. q. 36, n. 26, & seqq. usque ad numerum 32, Mandos. in form. 9, Commiss. in verb admittat. Rota in Romana pecuniaria coram bo. me. Card. Platto impress. apud Marches. de Commiss. nullit. Sanat. par. 3. §. 2. quæ est decisio 4, n. 4. fol. 43.*

264 Judex verò ordinarius non solùm potest reponere à decretis, ut supra, sed etiam cognoscere de nullitate suæ sententiæ, *Capyc. decis. 1, n. 26 Salust. Tiber. d. lib. 1, cap. 53, n. 3, Scacc. de appell. q. 19, remed. 1. conclus. 3, n. 18, & conclus. 6, nu. 73, & n. 79, & seqq.* Ubi quòd in Curia Judices ordinarii sunt Camerarius, Auditor Cameræ, Gubernator Urbis, Vicarius, Servator, Marescialjus, & Auditor contradictarum, extra Curiam verò Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & similes, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & similes.

Requi-

Requisita Pauli de Castro.

Y 265 INtereſſe lucri ceſſantis ei, qui non eſt mercator ſolitus negotiari, non debetur, niſi tria probet. Primò, quòd debitor ſit in mora ſolvendi. Secundò, quòd habuerit occaſionem lucrandi, & merces emendas in promptu, illasque emere voluerit. Tertiò, quòd ob pecunias non habitas, & pecuniarum defectum occaſionem lucrandi, & emendi amiſerit, & ſic niſi facta proteſtatione ſolemni cum his requiſitis, illisque probatis juxta doctrinam *Pauli de Caſtro in l.3,§.fin.num.3.ff.de eo quod certo loco*, ſecundùm opinionem, quam ſervat Rota. *Seraph.dec.88,nu.* 271 *3,& dec.1114,num.1,& deciſ.1420, Rot.dec.371,num.1,par.1, & dec.90, num.3,par.2,diverſ.Cavaler.dec.345,nu.7, Rota in Romana Societatis 23.Junii 1600.coram bo.mem. Card.Millino impreſſ. apud Saluſt. Tiber.in praxi lib.1,cap.23, & in Romana Cenſus 29. Novembris 1593. coram bo.mem.Card.Pamphilio,impreſſ. apud eumdem Saluſt.Tiber.d.lib.2,cap.25, & deciſ.96,poſt conſil.crimin.Farin lib.1,& in Bononien. Dotis 24, Maii 1600 coram bo.mem.Card. Lancellotto,& in Romana fructuum,& intereſſe 10.Decembris 1614 coram nunc S. D. N. Innocentio X. quæ eſt deciſ.7, impreſſ.poſt Zacch. de Societ. offic. Rota dec.246, numer.18,par.5,recent.* ubi alias deciſiones allegat.

266 Et quòd etiam mercator, & ille, qui eſt ſolitus negotiari, teneatur probare dd. requiſita *Pauli de Caſtro*, & ſic d. intereſſe verè, & concludenter, & non ſufficiat probatio præſumptiva ex eo, quòd quis ſit ſolitus negotiari, niſi etiam probetur, quòd occaſio lucrandi fuerit amiſſa ob pecunias non habitas, tradit *Mohed.dec.3,de Uſur.* Et quòd non ſufficiat probatio præſumptiva ex eo, quòd quis non ſit ſolitus retinere ſuas pecunias otioſas, niſi etiam probetur lucrum amiſſum ob d. ſolutionem à debitore non factam, tradit *Rot.in d.Bononien.dotis coram Card. Lancellotto, Ferentill.ad Buratt.dec,767,n.3.* Et quòd nec etiam ſufficiat alia probatio præſumptiva ratione loci, in quo ſit facilè inveſtire pecunias, dixit etiam *Rota in dicta Bononien. Dotis coram Cardinali Lancellotto.*

267 Fides autem Proxenetæ, quòd quis invenerit loca emenda, de qua per *Seraph.dec.1240.* debet eſſe legitimè recognita, aliàs nihil relevat, *Rota d.dec.7,n.7,poſt Zacch.de Societ.offic.*

268 Quòd ſi proteſtatio fiat contra debitorem, ut ſupra, juxta doctrinam *Pauli de Caſtro*, vel debet fieri à Creditore principali, vel Procuratore ad hoc mandatum ſpeciale habente, prout requiritur in his, quæ conſiſtunt in animo ipſiusmet Principalis, *Rot.poſt Zacch.de Societ.offic.d. deciſ.7,nu.5.*

269 Contrarium verò quòd lucrum ceſſans poſſit probari per probationes præſumptivas, tenet *Paul.de Caſtro ſibi contrarius in l. continuus §.cùm ita,n.5,ff.de verb. oblig. & in l.cunctos populos poſt num.15,ver. Ego dico, C. de Summ. Trinit.& fid. Cath.Cagnol in l.curabit num.66 & ſeq. C. de act. empt.* ubi quòd ita vidit præcticari, & judicari per Excell.Senatum Ill.Ducis,& Principis ſui,& alii quos refert,& ſequitur *Rota Januen. dec.1, nu.45,& dec.139,nu.8,& ſeq.* ubi quòd ita practicatur in Civitate Januæ, in qua omnes ſunt ſoliti negotiari, & nemo ſolet tenere pecunias otioſas, *Scac.de commerc.& camb.par.2,q.7, ampliat.8, n.244.* Et quòd hæc opinio ſignanter locum habeat in mercatore ſolito lucrari, tenent plures, quos refert *Card.Tuſc.lit.L,concluſ. 454,n.24*, ubi quòd hanc partem uti veriorem tenuit etiam *Rota Florentin. 26.Januarii 1555.* 270 mota ex eo † quia probatio concludit à communiter accidentibus, *gloſ comm. recepta in l. neque natales, in verbo cùm nihil, verſ.ſi verò, C.de probat.* Et quia conjecturæ in materia intereſſe ſufficiunt, *l.unica, & ibi Bart.n.33, in fine, & omnes C. de ſent.quæ pro eo quod inter*, cum aliis de quibus per *Tuſc.d.n.24.*

Obſervandum tamen eſt, illud tertium requiſitum, quòd videlicet quis amiſerit occaſionem lucrandi, & emere non potuerit, ex quo pecuniæ ſibi non fuerunt à debitore ſolutæ, videtur recta via improbabile, & ad probandum impoſſibile, ad quod nemo tenetur, cum conſiſtat in animo, & corde, unde cùm ſolus Deus ſit ſcrutator cordium, videtur, quòd debeat ſufficere proteſtatio, & probatio conjecturalis, ex qua 272 transfertur onus probandi contrarium, quòd ſcilicet quis habuerit pecunias otioſas, in adverſarium, ut latè advertit *Scac.de commerc.& camb.* 274 *p.2,q.7,ampliat.8,n.256.& ſeq.* ubi reſpondet d. doctrinæ *Pauli de Caſtro*, quòd illa ultima verba, quia pecunias non habuit, non potuit emere, non ſunt verba articuli probandi, ſed ſunt verba quæ ex probatione præcedentium infert *Caſtrenſis*, quem ita eſſe intelligendum ait, ne ex allegatis ibi *ſub numero præcedenti* reprehendi mereatur.

Et hæc *Scacciæ* opinio comprobatur. Primò, 275 quia ea, quæ conſiſtunt in animo, cùm directè probari non poſſint, probantur per juramentum, & per conjecturas, *cap.Si verò aliquis il.2, de ſent.excomm.gloſ.in cap.ſignificaſti il primo in verbo ſi ita eſt. de homicid. Rom. conſ.76.n.5, Seraph.de privil.jurament.privil.4,n.152,& ſeqq.& n.192,* prout ſimiliter juramento probantur ea, quæ ſunt difficilis probationis, *Seraph.privil.33,n.178* 276 *& privil,35,n.6.* Quod habet locum etiam in intereſſe, quando illud non eſt omninò incertum, ſed in potentia propinqua, tunc enim juramentum deferri poſſe ad illud probandū, tradit *Seraph privil.31,n.122*, in caſu autem noſtro, probatis aliis requiſitis, de quibus ſupra, videtur intereſſe reddi quaſi certum, ac proinde probandum d. tertium requiſitum in animo conſiſtens, & difficillimæ probationis, admittendum juramentum, ex trad. per *Jaſ. in l.3,§.fin.n.7.ff.de eo* 277 *quod cert.loco*, ubi dicit quòd lucrum ceſſans probatur per conjecturas, & quòd ratio eſt, ſecundum *Angelum*, quia lucrū ceſſans non eſt ens, & non entium propriè non ſunt cauſæ, & ideo non poſſunt propriè probari, *l.Actori ff.de probat.* unde ſequitur, quòd lucrum ceſſans non poſſit probari, niſi per conjecturas, & *Jaſonem* refert, & ſequitur, *Rota Januen.d.dec.139.n.9.*

Cæterum fructus recompenſativi, ſeu intereſ- 278

ſe

resse ex æquitate, *l. curabit*, C. *de act. empt.* debetur ab emptore venditori, cui pretium non solvit, absque dd. requisitis *Paul. de Castro*, quia Æquitas non patitur, ut quis habeat rem, & pretium, *Rota dec.* 371. *n.* 1. *par.* 1. *divers. & post Cenc. de Censib. decis.* 124. *n.* 5. *& latius dec.* 13. *n.* 1. *cum sequen. par.* 5. *recentior. Duran. dec.* 34. *n.* 1. *& seq.* ubi quod hæc æquitas habet locum etiam pro rata pretii non soluti, *& n.* 10. *& seqq.* ubi quod hoc procedit, etiam si fuerit concessa dilatio ad solvendum, & conventum, quod interim solvatur interesse recompensativum ad eandem quantitatem, ex veriori, & receptori DD. sen-
279 tentia, † secus extra pretium rei emptæ, quia cessat æquitas, *Cavaler. decis.* 270. *n.* 4. prout
280 quando debitum consistit in sola pecunia, quæ non facit fructus, sicut res empta; nam tunc fructus non debentur, nisi interveniant requisita *Pauli de Castro*, Rota *in d. Bonon. Dotis* 24. *Iunii* 1600. *coram bo. mem. Cardinale Lancellotto.*

281 Et sicut æquitas *d. l. curabit*, habet locum in emptore, qui retinet rem & pretium, donec pretium rei sibi venditæ, & traditæ solvat; ut teneatur ad fructus, quos ex re empta percepit, & percipere potuit; sic etiam procedit in venditore, cui pretium fuit solutum, ut ad fructus recompensativos justos tamen, & verisimiles non excessivos, teneatur, donec rem venditam tradat emptori, *Scacc. de Commerc. & Camb. par.* 2. *quæst.* 7. *ampl.* 8. §. 1. *n.* 171. *Rot. decis.* 340. *n.* 5. *&*
282 *seq. par.* 1. *divers.* Ubi † quod æquitas, *d. l. curabit*, habet locum in omni contractu correspectivo, tam nominato, quam innominato, *Scaccia d. p.* 2. *quæst.* 7. *ampliat.* 8. §. 1. *n.* 173.

SVMMARIVM CAP. IX.

1 *Reus, ob defectum exceptionum, solet se defendere inhibitionibus, & impedimentis.*

2 *Citatio ad exhibendum inhibitiones, & justificandum ejusque formula, & processus.*

3 *Exequatur, quod obtinetur, parte non justificante impedimenta, & ejus formula.*

4 *Charta dotalis ad impediendam executionem obtineri quomodo possit.*

5 *Charta dotali, vel simili inhibitione ostensa, debet citari pars ad justificandum, ut possit ad ulteriora procedi.*

6 *Citatio ad justificandum, chartam dotalem, & ejus formula, & processus.*

7 *Charta dotali, & aliis impedimentis non justificatis, obtinetur Exequatur, illa, & quibuscumque non obstantibus.*

8 *Charta dotali justificata, non potest fieri executio in bonis in ea contentis pro debito viri, sed potest citari mulier ad declarandum.*

9 *Citatio ad declarandum, in quibus bonis viri suas dotes consequi velit, & ejus formula, & processus.*

10 *Mulier, si vult, declarat in quibus bonis viri dotem consequi velit, & quomodo.*

11 *Muliere declarante, in quibus bonis velit consequi dotes, si alia supersunt, potest in eis fieri executio, alias procedetur ad æstimationem omnium bonorum viri ad effectum, &c.*

12 *Cautela* Angeli, *ne fiat executio in bonis, quæ quis possidet, uti propria, vel uti tertius, & ejus formula.*

13 *Citatio ad dicendum contra protestationem, seu cautelam* Angeli, *ejusque formula, & processus.*

14 *Cautelæ* Angeli *tanta est virtus, ut in bonis in ea contentis non possit fieri executio, nisi probetur ex adverso, contenta in ea non esse vera.*

15 *Cautela* Angeli, *utens tantum post executionem factam, ferè nihil agit, & quare.*

16 *Citatio ad justificandum cautelam* Angeli, *ejusque formula, & processus.*

17 *Cautela* Angeli *utens post executionem, & citatus illam non justificans, nihil agit, alias secus.*

18 *Cautela* Angeli *spreta, executio facta est nulla cum inde secutis.*

19 *Citatio ad videndum revocari executionem in spretum Cautelæ* Angeli *factam, & ejus formula, & Processus.*

20 *In casu quo Cautela* Angeli *est justificanda, Hæres beneficiatus, debet docere de Inventario legitimo & reddere rationem, ut illa suffragetur.*

21 *Inventarium potest fieri extra judicium, & apud acta in judicio.*

22 *Citatio ad videndum adiri cum beneficio Inventarii, & inventarium confici, ac illius, & inventarii extrajudicialis formulæ, & n.* 23.

23 *Decretum in inventario potest interponi ante, & post inchoatum, ac etiam post completum Inventarium, & quomodo.*

24 *Citatio judicialis ad videndum adiri cum beneficio inventarii, ac inventarium confici in judicio, ac dictæ citationis, & inventarii formulæ, & processus.*

25 *Inventarii formula, ut plurimum in tribunali A. C. frequentata.*

26 Ang. in l. à divo Pio §. si super rebus ff. de re jud. *tradit cautelam passim in praxi receptam, ne possit fieri executio contra possessorem.*

27 *Executio facta in bonis expressis in protestatione facta ad cautelam* Angeli, *est nulla.*

28 *Protestatio juxta cautelam* Angeli, *post factam executionem pro qua præsumitur, non relevat.*

29 *Inventarium non facere, & minus legitimè, paria sunt.*

30 *Hæres cum beneficio inventarii ritè facti non tenetur ultra vires hereditarias.*

31 *Hæres sciens se hæredem, infra tres menses, & absens infra annum, debet deliberare, an velit adire.*

32 *Hæres si statim velit adire, debet postquam, se talem scivit, & adivit, infra* 30. *dies inventarium incipere, & infra alios* 60. *illud perficere.*

33 Tex. in l. fin. §. sin autem C. de jur. delib. *declaratur, ut tempus ad conficiendum inventarium currat à die, quo hæres adivit, ex magis communi contra* Phanuccium.

34 *Hæredi malitiosè differenti adire currit tempus à die scientiæ hæreditatis sibi delatæ.*

35 *Hæredi petenti terminum unius anni à Principe, vel novem mensium à judice ad deliberandum, currit tempus à die scientiæ.*

36 *Ex Bulla Pij IV. hæres tenetur deliberare, adire, & inventarium conficere præsens infra duos menses, absens citra montes infra* 4. *& ultra montes infra sex menses, à die obitus debitoris.*

37 *Pendente termino ad deliberandum, & inventarium conficiendum, hæres non potest molestari.*

38 Hæres, si non opponat de pendentia termini ad deliberandum, & inventarium faciendum, poterit benè molestari etiam illo pendente.

39 Introducta causa discussionis judex potest consignari facere bona creditoribus, data cautione non obstante pendentia termini ad deliberandum ex Bulla Pij IV.

40 In requirentibus celeritatem, ut est exoneratio conscientiæ, hæres potest conveniri pendente termino inventarij.

41 Hæres conventus actione reali, ut possessor, cogitur, ut quilibet possessor, respondere non obstante pendentia termini inventarii.

42 Hæres debet apponere in inventario venerabile signum crucis.

43 Omissio signi crucis non vitiat inventarium.

44 Stante statuto, vel consuetudine quod inventarium ex omissione signi crucis reddatur nullum, illius omissio vitiat inventarium.

45 Signum crucis apponitur post additionem hæreditatis in ipso inventario.

46 Inventarium dicitur inchoatum per signum crucis in eo appositum.

47 Creditores, & legatarij ad confectionem inventarij sunt citandi pro die, hora & loco certis.

48 Inventarium est actus de sui natura extrajudicialis.

49 Citatio in extrajudicialibus requiritur pro die & hora certa.

50 Creditores, & legatarij certi sunt citandi domi dimissa copia, incerti per affixionem, quod sufficit.

51 Citatio contra incertos quandoque fit per proclama, quandoque per contradictas, quandoque per edictum, & non rarò per affixionem.

52 Citatio unica sufficit tam contra certos, quàm contra incertos.

53 Confectio inventarij est modici præjudicij.

54 Inventarium potest fieri judicialiter apud acta.

55 Citatio sine die in actis factis in figura judicij cadit ad p.d. secus in extrajudicialibus, & quare.

56 In inventario requiritur descriptio bonorum, jurium, & actionum.

57 Æstimatio rerum descriptarum non est de necessitate ponenda in inventario.

58 Omissio descriptionis bonorum sine dolo, non præjudicat.

59 Solemnitates inventarij fuerunt inventæ, ne bona hæreditaria occultarentur.

60 Solemnitates in inventario non sunt necessariæ cessante metu dolosæ occultationis bonorum.

61 Inventarium conficere non est necesse, quando cessat præsumptio dolosæ occultationis.

62 Omissio dolosa probanda est ab allegante.

63 Bona qualitas personæ ad doli exclusionem plurimum attenditur.

64 Inventarium de bonis stabilibus conficerenō est opus, sed sufficit illorum simplex descriptio, & quare.

65 Inventarium solemne de mobilibus modici momenti facere non est necesse, & quare.

66 Fraus in modicis non præsumitur.

67 Magna qualitas personæ facit recedere à juris regulis, & statutis.

68 Protestatio de addendo omissa, in inventario posita, excludit præsumptionem doli.

69 Clausula, & protestatio de addenda omissa operatur, ut inventarium præsumatur de omnibus bonis.

70 Causa quælibet etiam illegitima excusat à dolo.

71 Hæres qui dolosè aliqua bona describere in inventario omisit, non amittit ejus beneficium, ex communi.

72 Hæres omittens dolosè aliquam rem mobilem describere in inventario, amittit falcidiam, & tenetur ad duplum rei non descriptæ.

73 Hæredis subscriptio in inventario est necessaria.

74 Inventarium factum apud acta non eget subscriptione hæredis.

75 Hæredis subscriptio de generali consuetudine recessit, & suppletur ex decreto, & præsentia judicis.

76 Hæredis subscriptio in inventario facta apud acta suppletur ex cogitu notarii.

77 Tres testes loco creditorum, & legatariorum absentium in inventario requiruntur.

78 Inventarium, quo ad creditores, & legatarios citatos semper valet, etiam sine tribus testibus loco illorum.

79 Quoad citatos etiam non præsentes decreto, vel confectioni inventarii, omnia sunt solemniter gesta.

80 Defectus trium testium loco absentium suppletur ex præsentia judicis.

81 Decretum judicis, in inventario requisitum potest interponi, tam in principio, quam post principium, vel in fine illius.

82 Inventarium sine decreto judicis valet, si est factum cum ejus præsentia.

83 Instrumentum inventarii debet rogari à Notario coram testibus cum expressione loci, in quo actus geritur.

84 Inventarium factum apud acta in judicio non indiget testibus.

85 Acta de sui natura extrajudicialia in judicio facta non indigent testibus, & quare.

86 Acta de sui natura extrajudicialia, prout testimentum, confectio urnæ, & præsentatio si fiant in judicio, non indigent testibus.

87 Mobilia, de quibus conficitur inventarium, debent videri à testibus, vel à judice.

88 Stabilia, & mobilia, modici momenti, de quibus fit inventarium, non est necesse videri à testibus, vel à judice.

89 Mobilia à testibus, vel judice videri non est necesse, stante magna legalitate personæ hæredis, sed benè stante illius suspicione.

90 Bona à testibus, vel judice videri non est necesse quando inventarium conficitur apud acta, & quare.

91 Defectus subscriptionis hæredis, & trium testium loco absentium, in inventario apud acta suppletur ex auctoritate & præsentia judicis.

92 Defectus enunciationis duorum testium in inventario apud acta ex decreto, auctoritate, & præsentia judicis suppletur quoad citatos.

93 Citati ad videndum confici inventarium non possunt allegare absentiam testium, sicut non citati hoc facere valent.

94 Inventarium factum apud acta absque enunciatione testium sine difficultate sustinetur, si ex inspectione aliorum Inventariorum constat in loco adesse hujusmodi stylum.

95 Bona inventariata, si adfuit tempus sufficiens præsumantur visa ante perfectionem inventarii.

96 Ne-

96 Necessaria ad actum validum conficiendum præsessisse, semper censentur.

97 Necessaria omnia præparata fuisse, supponendum, antequam deveniretur ad confectionem inventarii, si id commodè fieri potuit.

98 Inventarium apud acta, præparatis notulis per prius in folio, potest in instanti perfici.

99 Hæres à die aditæ competit, absque judicis decreto, administratio rerum hæreditariarum, & dantur 30. dies ad inchoandum, & alij 60. ad perficiendum inventarium.

100 Hæres in tempore 90. dierum ad conficiendum inventarium potest plura facere in fraudem creditorum (si malignari velit) absque eo quod testes in eo adhibendi sint de hoc consij.

101 Vt inventarium dicatur factum apud acta, quæ requirantur.

102 Præsentia judicis semel probata in confectione inventarij apud acta, præsumitur continuata usque ad finem.

103 Continuata, & adherentia censentur ejusdem naturæ.

104 Prosecutio facit duo censeri unum.

105 Continuatio præsumitur cum eisdem qualitatibus, & retentis ijsdem terminis.

106 Præsentia alicujus in inventario semel probata præsumitur continuata, etiam si illa postmodum non enunctetur.

107 Actus præcedens, & illius initium attendi debet ad judicandam qualitatem sequentis.

108 Si prosecutio habet necessariam consequentiam à principio, attenditur principium.

109 Actus de sui natura extrajudicialis factus in judicio, judice præsente, vel mandante, non requirit testes ad sui validitatem.

110 Ea nostra facimus, quibus nostram auctoritatem impartimur.

111 Obligatio facta judice mandante dicitur facta, apud acta, ac si judex fuisset præsens.

112 Prosecutio, & executio in omnibus tribuitur mandanti.

113 Præsumendum in dubio pro validitate Actus, & inventarij.

114 Præsumptio est unica circa omnia, ut omnia in inventario præsumantur ritè gesta.

115 Præsumptio pro validitate actus præfertur cæteris.

116 Rotæ decis. 72. par. 2. diversi procedit quando judex mandavit fieri inventarium cum omnibus solemnitatibus juris, & fuit factum sine illis, alias secus.

117 Rotæ decis. 72. part. 2. diversi. procedit in inventario extrajudiciali, quod non fuit cœptum, nec prosecutum coram judice, sed coram solo Notario per viam instrumenti.

118 Subscriptio hæredis, in inventario facto apud acta, non requiritur.

119 Mandatum judicis non dicitur factum in figura judicij, nisi citatis citandis.

120 Creditores citati in inventarij confectione, non possunt allegare absentiam.

121 Inventarium cœptum, & prosecutum, apud acta citatis citandis, non indiget enunciatione testium.

122 Decisiones Rotæ 72. par. 2. diversi. & Romana fructuum dotis, coram bon. mem. Seleucien. procedunt in ijsdem terminis.

123 Inventarium factum apud acta citatis citandis, ex sola judicis præsentia semel enunciata, potest sustineri.

124 Scrupulosæ solemnitates, & subtilitates DD. in materia inventarij recesserunt ab aula.

125 Inventarium hodie, quomodo sufficiat confici, ut valeat.

126 In foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ in materia inventarij magis ipsa veritas, quam scrupulosæ subtilitas attenditur.

127 In terris Ecclesiæ videtur servanda in confectione inventarij illa justitia naturalis, ne bona surripiantur.

128 Ius canonicum simpliciter approbavit confectionem inventarij.

129 Solemnitas subtilis, quæ in confectione inventarij requiritur de jure civili, non requiritur de jure canonico.

130 Sacri canones amplectuntur simplicitatem, & veritatem, rejecta subtilitate juris.

131 Si hæreditas non potest aliqua tergiversatione celari, cessat præsumptio legis super subtractione, etiam ubi servatur jus civile.

132 Vbi constat de veritate, cessat introductio inventarij.

133 Veritas, quod alia bona non extent, probatur per inventarium executoris, & per simplicem descriptionem.

134 Descriptio facta ab usufructuario prodest proprietario.

135 Inventarium factum ab uno prodest alteri.

136 Mens legis inventarij est, ne creditores, & legatarij damnum sentiant ob hæredis malignitatem.

137 Forma legis impleta per æquipollens, menti legis magis, quam verbis inserviendum.

138 Forma impleta per æquipollens satisfactum formæ dicitur, præsertim si causa est pia.

139 Si æquipollens subauditur, forma dicitur adimpleta.

140 Decretum judicis supplet defectum solemnitatum in inventario.

141 Ius civile Romanorum in urbe ortum ibidem observatur sic jubente statuto.

142 Solemnitates in inventario, quæ sint necessaria in curia Capitolina.

143 Solemnitates in inventario sufficit adhibuisse, quando illud fuit inchoatum per appositionem signi crucis.

144 Solemnitates de stylo loci solitas, sufficit in inventario adhibere.

145 Stylus circa solemnitates inventarij inducitur per decennium.

146 Stylus conficiendi inventarium, redditur notorius ex inspectione aliorum inventariorum.

147 Ex attestationibus Curialium, & Notariorum.

148 Inventaria cum pluribus solemnitatibus ostendere, non est satis, nisi probetur alia inventaria fuisse invalidata sine illis.

149 Stylus conficiendi inventarium non est formiter probandus cum suis requisitis.

150 Stylus, & leges alicujus fori debent attendi, si de validitate actorum in eo factorum disceptetur.

151 *Stylum loci in confectione invent. observatum nolle attendere, est absurdum omninò vitandum.*

152 *Hæres hæredi beneficiati gaudet beneficio inventarij confecti à primo hærede, ne teneatur ultra vires hæreditarias primi defuncti, & num. 155.*

153 *Statutum* Cortonen. *aufert beneficium inventarii, non tamen clericis, & religiosis, & eorum hæredibus.*

154 *Inventarium conservat hæredem in eo statu, in quo erat ante additionem, ac si non adivisset.*

155 *Hærede conficiente inventarium hæreditas dicitur jacens.*

156 *Clericatus probatur ex literis testimonialibus ordinarij.*

157 *Statutum corrigens jus commune, est strictissimè interpretandum.*

158 *Statutum reducens ad jus commune est latissimè interpretandum.*

159 *Sufficit simpliciter docere de qualitate requisita à statuto ut illius dispositioni sit locus.*

160 *Quasi possessio clericatus transfert onus probandi contrarium in adversarium.*

161 *Sola quasi possessio clericatus sufficit, quoad privilegium fori.*

162 *Omissio certæ diei in citatione ad videndum confici inventarium, reddit inventarium nullum.*

163 *Allegans tenetur concludenter probare suæ intentionis fundamentum, etiamsi consistat in negativa.*

164 *Standum est relationi Nuntij dicentis, se citasse personaliter cum cedulis, nisi contrarium probetur.*

165 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse.*

166 *Præsumitur pro actis factis à persona in judicijs versatissima, & pro decreto judicis.*

167 *Citatio præsumitur facta cum omnibus requisitis substantialibus, & ad diem certam, præsertim si illius virtute emanavit judicis decretum.*

168 *Citatio sine die intelligitur ad primam diem.*

169 *Castrensis d. stinctio consil. 254. n. 3. lib. 2. communiter reprobatur.*

170 *Citatio sine termino valet, & citatus debet comparere, quam primum potest.*

171 *Citatio pro singulis diebus, & haris sustinetur per paucos dies, & pro toto termino probatorio.*

172 *Index non impartitur officium suum, nisi petenti.*

173 *Inventarium factum apud acta cum judicis decreto, sustinetur sine subscriptione testium, & partium.*

174 *Inventarium dicitur factum apud acta, quando hæres ad id comparuit coram judice sedente pro tribunali, & judex decretum interposuit.*

175 *Decreti judicis interpositio per necesse arguit ejus præsentiam.*

176 *Inventarium, in quo deficiunt testes, si est factum secundum stylum loci, sustinetur.*

177 *Inventaria cum solemnitatibus extendere non sufficit nisi doceatur, inventaria facta sine illis fuisse invalidata.*

178 *Decretum à judice tam in principio, quam in fine inventarij, validè interponi potest.*

179 *Subscriptio hæredis in inventario facto apud acta, & cum decreto judicis, non est necessaria.*

180 *Dec. fio 72. par 2. divers. in quibus terminus procedat, & num. seq.*

181 *Inventaria facta diverso modo non probant stylum, secus si sunt facta eodem modo.*

182 *Creditor exigens ab hærede beneficiato ad bonum computum sui crediti, censetur inventarium approbasse, si in illius confectione fuerat citatus.*

183 *Dolus eliditur ex ætate decrepita, & bona qualitate personæ, & debet clarè probari.*

184 *Præsumitur contra eum, qui distulit impugnare inventarium mortuo hærede, & post decennium.*

185 *Iuris articuli excusant partes ab expensis judicij.*

186 *Restitutio in integrum ad inventarium omissum, conficiendum datur ex justa causa, etiam majori.*

187 *Restitutio in integrum datur ad inventarium non ritè factum supplendum, seu de novo conficiendum.*

188 *Restitutionis beneficium est transmissibile ad hæredes tam minorum, quam majorum.*

189 *Læsio est justa causa restitutionis in integrum.*

190 *Probabilis aliqua ignorantia concurrere debet in majore pro justa causa, ut illi detur restitutio in integrum.*

191 *Error facti alieni, de quo quis non habuit notitiam, præbet justam causam restitutionis in integrum.*

192 *Error communis facit jus.*

193 *Error juris valde dubij ad instar ignorantiæ facti præbet justam causam restitutionis in integrum.*

194 *Restitutio in integrum ad conficiendum novum inventarium ex clausula generali, etiam majoribus conceditur.*

195 *Læsio filij in acceptando simpliciter hæreditatem patris, probatur ex confessione creditorum ipsius Patris, & in quo consistat læsio.*

196 *Justa causa restitutionis in integrum est legitima ignorantia, sine qua illa non datur major.*

197 *Statutum* Pisanum *disponens hæredem adeuntem cum beneficio inventarij non teneri servare in eo solemnitates juris, non habet locum in hærede pupillo, sed contrarium, num. 199.*

198 *Ignorantia articuli valde dubij, æquiparatur ignorantiæ facti, ut sit satis ad obtinendam restitutionem in integrum.*

199 *Satis dicitur fieri per pupillum, quod fit per tutorem ejus personam repræsentantem.*

200 *Statuta etiam correctoria recipiunt interpretationem à jure communi.*

201 *Pronomen, ipse, est personalissimum.*

202 *Inventarium potest confici per procuratorem specialem.*

203 *Inventarium confectum à tutore nomine pupilli, ei suffragatur.*

204 *Pupillus non debet esse deterioris conditionis majore, & adulto.*

205 *Legitimè ignorans meretur restitutionem in integrum, postquam scivit id, quod ante nesciebat.*

206 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum non currit, nisi à die scientiæ.*

207 *Scientia non probatur ex confessione dubia, quæ non facit probationis gradum.*

208 *Inventarium factum à matre tutrice nomine pupilli, potest dici factum ab ipso pupillo.*

209 *Confessio sub nube colligenda debet ad consultatis commodum intelligi.*

210 *Re non in egressa cessat remedium restitutionis ad faciendum novum inventarium.*

211 *Alie-*

211 *Alienans bona fide substantias defuncti non excluditur à beneficio restitutionis ad faciendum inventarium reddita creditoribus ratione.*

212 *Qui tenetur aliqua bona præcisè alteri relaxare adempta per alienationem facultate relaxandi excluditur à beneficio restitutionis ad faciendum inventarium, alias secus.*

213 *Hæres beneficiatus est verè Dominus rerum hæreditariarum, in cujus arbitrio est, satisfacere creditoribus, vel ex rebus, vel ex rerum pretio.*

De impedimentis. Pars Prima. Cap. IX.

1 SOlet sæpè reus, quando exceptiones ab eo oppositæ non sufficiunt ad mandati expeditionem impediendam se tueri inhibitionibus, & aliis impedimentis; ideo si ipse hujusmodi impedimentis se defendit, vel de hoc verisimiliter dubitatur, potest citari hoc modo, videlicet.

A. C. N.

2 Citetur NN. exadverso principalis, ad exhibendum quascunque inhibitiones, significationes, Cartas dotales, Moratorias, Quinquennales, Nongravetur, & alia quæcunque impedimenta, si habet, & justificandum, alias videndum illa moderari, & mandari exequi mandatum, illis, & aliis quibuscunque non obstantibus, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter Dominus mandavit exequi mandatum, quibuscunque non obstantibus, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

3 Et elapsa prima die juridica post executam intimationem, si pars adversa non justificat dicta impedimenta, obtinetur Exequatur a tergo mandati, tenoris sequentis.

De mandato Illustrissimi, & Reverendissimi D. A. C; seu R. P. D. NN. ejus in civilibus locumtenentis, & ad instantiam NN. retroscripti Exequatur retroscriptum mandatum pro summa in eo contenta, & expensis, ac pro aliis Juliis quatuor cum dimidio, pro expensis præsentis Exequatur, Inhibitionibus, Nongravetur, & aliis impedimentis quibuscunque non obstantibus, quia dicto NN. citato, & intimato, Illustriss. Dominus ita mandavit, hac die &c.

N. Notarius, Locus † Sigilli. N. Locumt.

4 Aliquando debitor ad impediendam executionem producit inhibitionem, seu cartam dotalem suæ uxoris, vel quid simile, hoc modo, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. facto, per compulsum produxit Cartam dotalem NN. suæ uxoris cum inhibitione NN. judicis NN. per acta NN. prout in folio tenoris &c. Et protestatus fuit non exequi aliquod assertum mandatum in bonis, de quibus in dicta inhibitione, fit mentio, attento quod sunt oblata pro restitutione d. dotis, & nihil fieri, nisi d. NN. citata pro omni &c. ac servatis servandis, & verificatis verificandis, alias &c.

5 Ubicumque igitur opponitur præfata vel alia similis inhibitio, sive producatur a debitore sive ab illius uxore in actis ante expeditum mandatum, sive præsentetur, & ostendatur Executori, quando vigore mandati expediti ad executionem faciendam perrexit, semper antequam ad ulteriora procedatur, & antequam fiat executio, erit mulier citanda, ut infra videlicet.

A. C. N.

6 Citetur NN ex adverso principalis, pro omni suo prætenso jure, & interesse, quatenus &c. ad justificandum prætensam Cartam dotalem, & inhibitionem, alias videndum declarari, illam non afficere, & mandari exequi mandatum quibuscumque non obstantibus, ad p. d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, pro omni &c. quatenus &c. qualiter Dominus mandavit exequi mandatum, quibuscumque non obstantibus, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

7 Et si elapsa prima die juridica post intimationem executam, Carta dotalis, seu inhibitio justificata non fuerit, obtinebitur Exequatur, & poterit exequi mandatum, non obstante d. Carta dotali, prout etiam exequi potest, ut supra, citatis citandis, quibuscunque inhibitionibus, & impedimentis non justificatis non obstantibus.

8 Si verò Carta dotalis fuerit justificata per instrumenti dotalis productionem, aut alias legitimæ, non poterit in bonis in ea contentis fieri executio pro debito viri, sed poterit citari mulier ut infra, videlicet.

A. C. N.

9 Citetur NN. pro omni &c. quatenus &c ad declarandum in quibus bonis sui viri velit consequi suas dotes, alias videndum mandari exequi mandatum contra bona dicti ejus viri, quibuscumque non obstantibus, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, pro omni &c. quatenus &c. qualiter D. mandavit exequi mandatum contra bona NN. ejus viri, quibuscumque non obstantibus, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

10 Ex-

10 Exadverso Mulier potest declarare, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. Procurator NN. & declaravit dictam ejus principalem velle consequi suas dotes super domo NN. cum omnibus mobilibus in ea existentibus, & etiam super vinea NN. Item super prædio, lèu casali NN. Item super censu NN. ideo protestatus fuit non exequi aliquod mandatum relaxatum contra NN. super dictis bonis, alias de nullitate &c.

11 Et tunc si adsunt alia bona, ultra ea, super quibus mulier declaravit velle retinere, & consequi suas dotes, poterit super illis fieri executio mandati: sed si non adsunt alia bona, tunc erit necesse devenire ad electionem peritorum, juxta superius tradita hac eadem *par. 1. c. 8. lit. G.* Et ad æstimationem omnium bonorum viri, ad hoc ut detracta dote, possit super bonis, quæ supererunt exequi mandatum.

Cautela Angeli.

12 Ad impediendum ne fiat executio in propriis bonis, si mandatum fuit relaxatum contra bona hæreditaria alicujus, vel contra aliquem hæredem cum beneficio legis, & inventarii, fuit
A per *Angelum* adinventa celebris cautela, A quæ quotidie observatur in practica, vulgo *cautela Angeli* nuncupata, cujus virtute ne fiat executio in iis bonis, quæ quis possidet uti propria, vel uti tertius, fieri solet in actis hæc protestatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & dixit se possidere uti propria infrascripta bona videlicet *(hic inseratur tenor bonorum cum suis vocabulis, ac certis finibus, & demonstrationibus)* Ideo protestatus fuit ne super illis fiat aliqua executio, occasione prætensi mandati relaxati contra NN. *(seu contra bona hæreditaria NN.)* ad vulgatam praxim, & cautelam *Angeli*, & nihil contra ea innovari, ac nihil fieri, nisi servatis de jure servandis, & verificatis verificandis, alias de nullitate, omni &c.

13 Et ne adversarius de præmissis valeat ignorantiam allegare, est citandus ad dicendum contra d. protestationem, hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis pro omni &c. quatenus &c. ad dicendum contra protestationem, requisitionem, & interpellationem, necnon videndum illam admitti, & mandari afficere, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit protestationem hodie in Broliardo factam, & petiit, & obtinuit, ut supra admitti si, & inquantum, & mandari afficere, prout de jure omni &c.

14 Hujus cautelæ & protestationis tanta est vis, & efficacia, ut contra eum, qui illa usus est, & bona in ea contenta non possit ad ulteriora procedi in executione mandati, nec via executiva nisi exadverso contrarium probetur, quod scilicet contenta in ea non sint vera, & in jure non subsistant.

15 Cæterum, nisi quis dicta cautela usus fuerit ante executionem mandati, parum sibi prode-
rit, si illa post factam executionem utatur, nam
B cum tunc pro executione B præsumatur, est dicta cautela ab utente justificanda, & ob id qui illa usus fuit, poterit citari hoc modo, videlicet.

A. C. N.

16 Citetur NN. exadverso principalis, ad justificandum prætensam protestationem, & cautelam *Angeli*, alias videndum declarari illam non afficere, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter D. declaravit assertam cautelam *Angeli* non afficere, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

17 Et si dicta cautela non fuerit justificata, elapsa prima die juridica, post executam intimationem, poterit ad ulteriora procedi in executione facta: si vero fuerit justificata, non poterit in illis bonis, quæ quis uti tertius vel uti propria. vel alio jure possidet, ad ulteriorem procedi executionem, nec contra illum qui dicta cautela usus est. agi executivè, nisi in forma cameræ, aut alia forma executiva esset ad id obligatus.

18 Quod si quis non obstante protestatione, & cautela, de qua supra, mandatum nihilominus in bonis in ea contentis exequi fecerit, executio facta post protestationem erit nulla, cum omnibus inde secutis, & poterit citari ad videndum eam revocari hoc modo, videlicet.

A. C. N.

19 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum revocari executionem nulliter, & indebitè factam contra *cautelam Angeli* in bonis per instantem possessis, cum omnibus inde secutis, & in expensis condemnari, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum.

N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus revocavit executionem, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

20 Prætendens autem, se hæredem cum beneficio legis, & inventarii, in causa quo *Cautela Angeli* est, ut supra, justificanda, tenetur inven-
C tarium legitimè factum exhibere C, & ulterius citatus de inventariatis rationem reddere, juxta superius tradita *cap. 8. lit. R.* alias ei non suffragaretur.

21 Potest inventarium ritè, & rectè fieri; tam extrajudicialiter, quam judicialiter.

Si quis velit illud validè conficere extrajudicialiter, poterit citare interesse habentes, & illud conficere, ut infra, videlicet.

A. C. N.

22 Intimetur infrascriptis, & omnibus, & singulis aliis

aliis, sua quomodolibet interesse putantibus, habentibus, vel prætendentibus in hæreditate, & bonis q. NN. pro omni &c. qualiter obiit q. NN. & illius hæreditas fuit ex testamento *(seu ab intestato)* delata infrascripto instanti, qui illam intendit adire cum beneficio legis, & inventarii, cum protestatione quod non intendit, de proprio in aliquo teneri ultra vires hæreditarias; ideo citentur iidem ad comparendum die NN. hora NN. in domo NN. coram Domino, &c. ad videndum, instantem per Dominum admitti ad d. aditionem cum beneficio legis, & inventarii, & per eundem sic admissum d. hæreditatem cum d. beneficio aditi, inventariumque bonorum d. q. confici, & confici mandari *(vel, inventariumque bonorum d. q. NN. inchoari & mandari perfici)* aliaque fieri in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad d. diem NN. & horas singulas, instante NN. nomine, de quo in actis, sive &c.

N. Notarius.

NN. assertus creditor q. NN.

NN. assertus legatarius q. NN.

Qua citatione executa contra legatarios, & creditores certos, domi dimissa copia, contra incertos verò, vel per contradictas, per edictum publicum, vel per affixionem ad valvas curiæ. & in acie Campi Floræ, juxta superius tradita *hac eadem par. 1. cap. 3. & 4.* die, & hora de qua citatione, una cum judice, & Notario ad locum destinatum accedat, & adeat, & inventarium conficiat, ut infra videlicet.

In Dei nomine Amen. Anno &c. Constitutus coram NN. judice &c. sedente &c. meq. Notario & testibus infrascriptis, NN. eidem D. judici exposuit, sibi delatam fuisse hæreditatem q. NN. ab intestato *(vel ex testamento rogato pro acta NN. die NN.)* & dubitans de viribus d. hæreditatis, nolens in ea se incaute immiscere, deliberavit illam adire, prout in termino citationis pro hac die, & hora executæ contra interesse habentes, prout in ea, quam mihi Notario consignavit, præsenti instrumento inserendam, tenoris &c. Accusata illorum contumacia, petiit, & obtinuit à d. D. Judice ipsum instantem admitti ad d. aditionem hæreditatis d. q. NN. cum beneficio legis, & inventarii. Qui sic admissus adivit d. hæreditatem q. NN. cum beneficio legis, & inventarii, & non aliter, nec alio modo &c. Et petiit, ut in d. citatione, omni &c

23 Hic advertendum est, quod decretum judicis potest in inventario interponi tripliciter, videlicet ante inchoatum inventarium, post inchoatum inventarium, & post completum inventarium.

Ante inchoatum inventarium judex potest decretum suum interponere, ut infra videlicet.

Ex tunc illustrissimus Dominus sedens &c. mandavit d. inventarium confici, & alia fieri juxta petita, de, ac super quibus omnibus, & singulis, ad majus robur, & cautelam, suum decretum, & auctoritatem, qua in hac parte fingitur, interponit, supplendo defectus si qui forsan essent, non solum, ut supra, sed & omni alio meliori modo &c.

Et tunc conficiatur inventarium, videlicet.

Successivè eodem die d. NN. incipiendo inventarium præfatum, Ven. Signum Crucis ejus propria manu apposuit, ut infra, videlicet.

† NN. *manu propria*, fuerunt reperta, & in hæreditate d. q. NN. infrascripta bona, videlicet.

Inventario delli beni del q. NN. ritrovati nella sua hæredità. Prima nella Casa di sua habitatione, nella sala, sei sedie di corame &c. Et sic de singulis.

Si protestò, e protesta il d. NN. che se alcuni delli beni descritti nel d. inventario, non si dovevano descrivere, si habbiano per non descritti, e se beni di sorte alcuna si fossero dovuti descrivere nel detto inventario, e non vi fossero descritti, si habbiano per descritti, si come si protestò, e protesta volerli deschrivere subito, che di essa havera certa noticia, e così, non solo come sopra, ma in ogni altro miglior modo &c.

Deinde hæres subscribat ut infra videlicet.

Jo NN. hærede del q. NN. con benefitio di Legge, e d'inventario, affermo di haver fatto il sopradetto inventario delli beni del q. NN. con buona fede, e senza fraude alcuna, & in fede &c. mano propria.

Deinde adhibeantur tres testes loco creditorum, & legatariorum absentium, qui subscribant, videlicet.

Jo NN. fui testimonio à quanto di sopra in luogo delli creditori, e legatarii assenti, & affermo d. inventario delli beni ritrovati nell'hereditá del q. NN. esser fatto con buona fede, e senza fraude alcuna, & in fede &c. mano propria. Et sic de singulis.

Tandem Notarius, adhibitis aliis duobus testibus, coram illis publicet inventarium, videlicet.

Acta fuerunt omnia, & singula suprascripta, in urbe in Regione NN. in domo NN. juxta bona NN. præsentibus ibidem NN. & NN. testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis habitis, & rogatis.

Ego NN. Notarius publicus &c. de præmissis rogatus, in fidem &c. manu propria.

Post inchoatum verò inventarium, quando citatio fuit facta ad videndum illud inchoari, & mandari perfici ut supra, hæres potest adire, & judex decretum interponere, ut infra videlicet.

NN. adivit hæreditatem d. q. NN. cum beneficio legis, & inventarii, & non alias, aliter, vel alio modo &c. Et d. inventarium incipiendo, Ven. Signum Crucis ejus manu propria apposuit, ut infra, videlicet. † NN. *manu propria*, & petiit, ut supra in citatione omni &c.

Et tunc Illustrissimus Dominus sedens, visis &c. prædicta admisit si, & in quantum &c. Et mandavit d. inventarium perfici, & alia fieri juxta petita, de, ac super quibus omnibus, & singulis, ad majus robur, & cautelam, suum decretum, & auctoritatem, qua in hac parte fingi-

fungitur, interposuit, supplendo defectus si qui forsan essent &c. non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Quando verò decretum interponitur in fine inventarii, potest adiri hæreditas, & decretum interponi, ut infra videlicet.

NN. adivit hæreditatem d. NN. cum beneficio legis, & inventarii, & non aliter, nec alio modo &c. & petiit, ut supra in citatione, omni &c.

Ex tunc Illustrissimus D. mandavit d. inventarium confici *(vel perfici)* omni &c.

Completo inventario hæres potest petere, & judex decretum interponere, ut infra, videlicet.

Super quibus omnibus, & singulis d. NN. hæres cum beneficio legis, & inventarii q. NN. petiit per d. D. judicem suum decretum, & auctoritatem interponi, & pronunciari d. inventarium fuisse legitimè factum, non solum ut supra, sed omni &c.

Ex tunc illustrissimus Dominus, de & super omnibus, & singulis præmissis, suum decretum, & auctoritatem, qua fungitur in hac parte, interposuit, & d. inventarium legitimè factum, prout esse de jure debet, pronunciavit, supplendo defectus, si qui forsan essent &c. non solum præmisso, sed omni alio meliori modo, &c.

24 Si verò quis voluerit inventarium validè conficere judicialiter in judicio apud acta, & non extrajudicialiter per viam instrumenti, ut supra, poterit citare interesse habentes, adire, & conficere inventarium, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Intimatur omnibus, & singulis infrascriptis, & aliis quibuscumque, sua quomodolibet interesse putantibus, vel habentibus, vel prætendentibus in hæreditate, & boni q. *NN.* pro omni &c. Qualiter obiit q. *NN.* & illius hæreditas fuit ex testamento *(seu ab intestato)* delata infrascripto instanti, qui illam adire intendit cum beneficio legis, & inventarii, cum protestatione quod non intendit de proprio in aliquo teneri ultra vires hæreditatis. Ideo citentur iidem ad videndum, instantem per Dominum admitti ad d. additionem cum beneficio legis, & inventarii, & per eumdem, sic admissum, d. hæreditatem cum d. beneficio adiri, inventariumque bonorum d. q. NN. confici, & confici mandari *(vel, inventariumque bonorum d. q. NN. inchoari & perfici mandari)* & alia fieri in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. nomine, de quo in actis, sive &c.

N. Notarius.

NN. assertus creditor q. NN.

NN. assertus legatarius q. NN.

Executa citatione, ut supra, tam contra legatarios, & creditores certos, quam contra incertos, obtinetur decretum, videlicet.

NN. habita notitia de hæreditate q. NN. sibi delata ab intestato *(vel ex testamento rogato per acta NN. die NN. cum quo decessit)* & nolens in ea se incautè immiscere, illam delibera-

vit adire, prout, accusata contumacia dd. citatorum, adivit cum beneficio legis, & inventarii, & non alias, nec alio modo, & petiit, & obtinuit, ut supra, omni meliori modo &c. ac supleri defectus, si qui forsan essent, omni &c.

Successivè coram Domino, meque etc. eadem die fuit confectum d inventarium, et incæptum à d. NN. hærede, Signo Ven. Crucis ejus manu præmisso, videlicet. † NN. *manu propria*, et repertum, in hæreditate d. q. NN. adesse infrascripta bona, prout in sequenti folio per NN, hæredem producto, tenoris, videlicet. *Tenor folii.*

Inventario delli beni, mobili, immobili, semoventi, debiti, è crediti ritrovati nell' hæredita del q. NN. Prima nella Casa di sua solita habitatione Nella sala, sei scabelli di noce etc. *& sic de singulis &c.*

Et protestatus fuit solemniter d. NN. hæres d. NN. cum beneficio legis, et inventarii, quod si aliqua bona, ex descriptis in supradicto inventario, non essent apponenda habeantur pro non appositis, etsi aliqua alia bona, ultra superius descripta, essent in eo apponenda, habeantur pro appositis, prout illa apponere velle protestatus fuit, statim atque de illis certam notitiam habuerit, & ita &c. non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

Et licet testes in actis judicialibus, non sint necessarii, si quis nihilominus ex abundanti illos in inventario adhiberi voluerit, poterit Notarius subdere post dictam protestationem.

Et hæc præsentibus NN. & NN. testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis habitis, atque rogatis.

Ego NN. Notarius actuarius de præmissis rogatus, in finem manu propria &c.

Si verò citatio fuerit facta ad videndum inchoari inventarium, et illud mandari perfici, ut supra, poterit hæres adire, et inventarium inchoare, & judex decretum interponere, ut infra, videlicet.

NN. habita notitia, ut dixit de hæreditate q. NN. sibi ab intestato *vel ex testamento ultimo, cum quo decessit, rogato pro acta NN. die NN.* delata, nolens in ea se incautè immiscere, deliberavit illam adire, prout, accusata supradictorum citatorum contumacia, adivit cum beneficio legis, & inventarii, & non alias, aliter, nec alio modo &c. Et incipiendo d. inventarium apposuit signum Ven. Crucis ejus manu propria, videlicet. † NN. *manu propria*, & petiit, & obtinuit, ut supra, ac supleri defectus, si qui forsan essent, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo &c.

Successivè eadem die incontinenti coram D. meq. etc. prosequendo confectionem inventarii cœptam, fuit inventum in hæreditate d. q. NN. adesse bona descripta in sequenti folio, quod d. NN. hæres cum beneficio legis, & inventarii facto produxit, tenoris &c.

Inventario delli beni &c. cum protestatione solemni, de addendo omissa, & aliis, de quibus supra proximè dictum fuit.

Si verò quis maluerit decretum judicis apponi post d. protestationem, et completum inven-

Inventarium,poterit adire, & petere, & Judex Decretum interponere,ut infra,videlicet.

NN.adivit hæreditatem q.NN. sibi ab intestato (*vel ex Testamento rogato per acta NN. die NN.*)delatam cum beneficio legis,&inventarii, & non aliter,nec alio modo,&c. Et petiit ut supra,omni,&c.

Ex tunc Dominus mandavit dictum inventarium confici,omni,&c.

Vel.

NN,adivit hæreditatem q NN. sibi ab intestato (*vel ex Testamento rogato per acta NN.*) delatam, cum beneficio legis,& inventarii, & incepit dictum inventarium à Venerabili signo Crucis, ejus manu præmisso, videlicet. † NN. *manu propria, &c.*& petiit,ut supra,omni,&c.

Ex tunc Illustrissimus D. mandavit dictum inventarium perfici,omni,&c.

Completo inventario, & apposita protestatione de addendo omissa, de quâ supra, hæres poterit petere,ut infra videlicet.

De ac super quibus omnibus,& singulis præmissis d.NN. hæres præfatus petiit per D. Judicem suum Decretum, & auctoritatem interponi,pronunciando d. inventarium legitimè factum,cum suppletione defectuum, si qui forsan essent,omni,&c.

Ex tunc D.sedens,&c. Visis,&c,de ac super omnibus,& singulis præmissis suum Decretum & auctoritatem, qua in hac parte fingitur, interposuit,& d.inventarium esse legitimè factum pronunciavit,supplendo defectus, si qui forsan essent, non solum ut supra,sed omni alio meliori modo,&c.

Ergo N.Notarius actuarius de præmissis rogatus in fidem,&c.manu propria,&c.

25 *Formula inventarii, ut plurimum in Tribunali A.C frequentata.*

In Dei Nomine Amen,Die N. Anni N. Indictione N.Pontificatus N.Anno N.

Coram R.P.D. NN. A.C. in civilibus Locumtenente,Romanæque Curiæ,&c.Judice ordinario,& competente, pro Tribunali sedente &c.in domo suæ solitæ habit.&c. hora audientiæ,ut moris est, ad jura redden. &c. & causas partium,hinc inde collitigantium, audien.cognoscen.deciden. fineque debito determinan. meque Notario, &c. ac Testibus infrascriptis, præsens,& personaliter constitutus.

NN.in Romana Curia,& NN.hæredis NN. Procurator,prout de ejus mandato procuræ docuit per Chirographum ab eodem NN. suo principali,ut apparet,subscriptum, quod mihi &c.consignavit,tenoris,&c. Et d.Reverendiss. D.Locumtenenti pro Tribunali,ut supra sedenti,&c. exposuit NN.de mense NN.anni NN.seu &c.sicut Altissimo placuit, in Civitate NN.ex hac ad meliorem vitam migrasse, condito prius per ipsum testamento, in quo ejus hæredem universalem instituit d.NN.per acta NN. sub die NN.anni NN.seu,&c.

Et propterea hæreditatem ejusdem NN. ad ipsum NN. ejus principalem ex d. testamento delatam esse,ipsumque ejus principalem de vitibus,ac debitis,& creditis hæreditatis prædictæ non esse informatum,ideo ne ipso ullo unquam tempore de ejus proprio,& ultra vires hæreditatis teneatur prætensis creditoribus supradictæ hæreditatis,nec molestari possit,consultè d.hæreditate cum beneficio Legis,& inventarii adire & acceptare deliberavit.

Quare citatis per Sanctiss.D.N.Papæ Cursores NN.& NN.& aliis descriptis in citatione desuper executa pro die,& hora supradictis,omnibusque aliis,etc.Creditoribus d.NN.si qui sint, necnon NN. et aliis ab Urbe absentibus,prout in citatione supradicta, et alia citatione per audientiam literarum contradictarum,quas mihi, etc.consignavit,tenoris, etc. quibus adveniendis, volens d.nomine præmissorum executionem obtinere.

Hinc igitur est, quòd coram d.Reverendiss. D.Locumtenente,et Judice,meque,etc. præfatus NN.nomine quo supra, factis relationibus d.citationis, illisque receptis, accusavit contumaciam omnium,et singulorum citatorum non comparentium, et petiit, et obtinuit à prædicto Reverendiss.D.Judice,d. NN. admitti ad aditionem dictæ hæreditatis NN. cum beneficio Legis et inventarii.Qui d.nomine admissus protestatus fuit d.ejus principalē,nolle teneri prorsus in aliquo, nisi dumtaxat pro viribus dictæ hæreditatis, ac propterea illam ex nunc adivit cum d.beneficio legis, et inventarii eodemque beneficio omninò uti velle,et frui declaravit, et cum eo d.hæreditatem habere intendit, et adit, et non aliàs,aliter,nec alio modo, etc. Et tunc præmisso Ven. signo Sanctissimæ Crucis ejus manu factæ invensarium omnium, et singulorum d.hæreditatis bonorum inchoavit,promittens d.nomine illud continuare et perficere, et in eo describere fideliter omnia,et singula bona ad d.hæreditatem spectantia, et quomodolibet apponenda,ut infra videlicet.

Inventario delli beni ritrovati nell'heredità del q.NN.*Una Casa posta,&c.*in d.Casa nella sala,dodici sedie di corame usate etc. et sic de singulis.

Protestans d.NN.eodem nomine,quòd si aliqua bona in inventario apposita fuerint, quæ apponenda non sint, pro non appositis habere intendit,et similiter, si quæ non fuerint apposita,quæ venirent apponenda,cùm primum ad ejus notitiam devenerint, præsentti inventario fideliter,et legaliter describi,adnotari, et addi facere curabit,præmisso,et omni alio meliori modo,etc.

Super quibus omnibus,et singulis præmissis tamquam ritè, rectè, et legitimè gestis, et factis, causa,ut asserit,cognita,ipse Reverendiss. D.Judex,ut supra pro Tribunali sedens, suam suique officii supradicti auctoritatem pariter, et Decretum interponendum fore,et esse duxit,et interposuit,supplendo,etc.non solum etc. sed etiam omni alio,etc. rogans &c.

Actum Romæ in domo solitæ habitationis dicti Reverendissimi D. Locumtenentis in regione N,præsentibus NN.et NN.Testibus,etc.

Observationes.

[A
26 ANgelus de Perusio *in l. à Divo Pio § si super rebus, n. 1, ff. de re jud.* scribit, quòd si possidens aliqua bona suspicatur, ne alius petat executionem sententiæ super rebus à se possessis, protestari debet in actis coram Judice contra Victorem, ne faciat aliquam executionem, vel novitatem super illis, quia suæ sunt vel à se possessæ, & tunc super eis executio fieri non poterit, & ita quotidie practicatur; Hanc *Angeli* cautelam refert, & sequitur *Jo. de Imol. in d. l. à Divo Pio, §. si super rebus, num. 15, versic. & ex hac glossa, & ibi Jas. nu. 9, versic. ex ista glossa, Alex. nu. 5, & Castren. nu. 2, ff. de re jud. Bald. in l. ob Maritorum, n. 5, C. ne Uxor pro Marit. Greg. dec. 22, n. 2, quæ decis. est etiam impressa apud Salust. Tiber. in Prax. lib. 3, post cap. 17.*

27 Et ob id, si de facto fuerit post d. protestationem in bonis in ea expressis facta executio, erit contrario imperio, uti nulla, revocanda, *Ang. in dicta l. à Divo Pio §. si super rebus num. 1*, ubi quod hæc est justa petitio, & debet super ea procedi summariè, ut patet in litera, & quòd executio facta pendente d. protestatione sit nulla, & ideo revocanda, tradit etiam *Jas. in d. §. si super rebus, n. 9, & ibi Alex. etiam n. 9, Bald. in d. l. ob Maritorum n. 5, Gregor. d. decis. 22, n. 2.*

B Postquàm executio est facta, dicta Cautela
28 seu protestatio non relevat, quia pro executione præsumitur, quòd sit ritè, & rectè facta, *l. ab ea, in secundo responso, ff. de probat. lib. 2, C. de Offic. civil. jud. Surd. decis. 106, Rot. dec. 293. numer. 6, par. 1, recent. Buratt. decis. 277, num. 9*, adeo quòd neganti validitatem incumbit onus probandi, *Rot. d. decis. 293, num. 6, & seq. par. 1, recent.* & ita in terminis d. cautelæ *Angeli* passim observat Praxis.

C Inventarium ad hoc ut suffragetur, debet es-
29 se legitimè factum, cùm aliàs paria sint Inventarium non facere, & minus legitimè facere, *l. fin. §. si verò postea quàm, in fin. C. de jur. delib. § si verò postea non fuerit, in Auth. de Hæred. & Falc. Natt. cons. 574, numer. 6, & seq. lib. 3, Menoch. cons. 471 numer. 19, Greg. decis. 496, num. 2, & ibi Beltram. lit. A.*

Si verò fuerit legitimè factum, præservat hæ-
30 redem in eo statu, in quo erat ante aditam hæreditatem, adeo quòd non teneatur satisfacere Creditoribus, & legatariis Defuncti ultra vires hæreditarias, *l fin. §. & si præfatam, & ibi DD. C. de jur. delib, Menoch. cons. 178, numer. 15, Buratt. decis. 521. numer. 9, & decis. 395, Rota decis. 331, numer. 1, par. 5, recent. Ferentill. ad Buratt. decis. 154, numer. 8, & decis. 395, numer. 5.*

Ad hoc autem, ut inventarium sit ritè, & rectè factum, plura requiruntur.

31 Primò, quòd hæres infra tres menses, à die quo sciverit se esse hæredem, & si fuerit absens, infra annum à die mortis Testatoris, vel ejus, de cujus hæreditate agitur, deliberet, an velit adire, *l. fin. §. similique modo, & §. fin autem à locis C. de*
32 *Iur. delib.* vel si non putet sibi deliberationem hujusmodi necessariam, sed statim adeat hæreditatem, vel sese immiscеat, infra triginta dies à die quo, ut supra, sciverit sibi delatam hæreditatem, & adiverit computandos, inventarium incipiat, & infra alios sexaginta dies perficiat, *l. fin. §. fin autem dubius, ubi glos. in verbo delatum, & in §. si verò postquam, C. de jur. delib. Socc. Iun. cons. 19, n. 20, lib. 3*, ubi de magis communi opinione testatur *Cavaler. decis. 310, n. 6.*

33 Et licèt *Phanucc. de invent. par. 1, numer. 4, & seqq.* istam opinionem acriter reprehendat, ex quo textus, ut ipse asserit, est clarissimus, *in d. §. fin autem dubius* quòd d. tempus incipit currere à die scientiæ, non à die aditæ, nihilominus quicquid dicat *Phanucc.* verior videtur opinio magis communis, nam textus *in d. §. fin autem dubius*, loquitur cum præsuppositu, quòd quis nolit uti termino ad deliberandum, sed statim adeat à die scientiæ; & sic, licèt dicat inventarium infra triginta dies, post delatam hæreditatem numerandos inchoandum, debet intelligi retentis iisdem terminis, in casu in quo hæres adivit, statim atque scivit, hæreditatem sibi fuisse delatam, absque aliqua dilatione ad deliberandum, *ibi, non putet sibi necessariam deliberationem, sed adeat hæreditatem*, & ob id textus non est ita clarus, ut dicit *Phanuc.* ita ut non possit à subsequenti *§. si verò postquàm* & à Glos. magis communiter recepta suppleri & declarari.

Nec dicatur cum *Fachin. contr. lib. 4, cap. 35*, textum *in d. §. si verò*, non loqui de tempore, à quo initium sumere debet inventarii confectio: quia contrarium est verius, & innuunt, si rectè ponderentur singula verba illius textus, ibi, *si verò postquàm adierint, inventarium facere distulerint, & datum jam à nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit.*

Hæc tamen magis communis opinio non prodit.

34 Primò, quando hæres malitiosè differt adire hæreditatem, quia tunc sibi currit tempus à die scientiæ delatæ hæreditatis, *Bart. & DD. in d. l. fin. § fin autem dubius, & ibi Adden. ad glos. in verbo, delatam, C. de Iur. delib. Rolan. de invent. par. 3, q. 2, n. 6*, cum aliis allegatis per *Phanucc. d. par. 3, n. 3, vers. Bart. & sequaces.*

35 Secundò non procedit, quando hæres petit terminum unius anni à Principe, vel novem mensium à Judice, ad deliberandum, juxta *text. in d. l. fin. §. sed quia quidam, C. de Iur. delib.* quia tunc pariter tempus ad inventarium conficiendum currit à die scientiæ, *Glos. in d. §. sed quia quidam, in verbo, ut beneficio. Rolan. de invent. d. par. 3, q. 12, n. 1, post Corn. in d. l. fin. §. fin autem hoc aliquis n. 12, & seqq. C. de Iur. delib.* quia tunc perinde est, ac si ab initio Hæres adisset, ut per *Glos. in d. §. sed quia, in verbo, ut beneficio.*

36 Cæterum vigore Bullæ *Pii IV. super reformat. Sign. Iust. quæ est ejus const. 84, Cum inter. §. & à die obitus. secun. ant. impress.* Hæres tenetur deliberare, hæreditatem adire, & inventarium conficere, præsens infra duos menses, absens citra mon-

montes infra quatuor, & Absens ultra Montes, infra sex menses, à die obitus Debitoris, *Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 1, c. 55, n. 1, & ſeqq.*

Pendente tamen termino, ut ſupra, dato ad
37 deliberandum, & competente ad Inventarium conficiendum, non poteſt Hæres à Creditoribus, & Legatariis moleſtari, *l. fin. §. Jonec. & §. & ſi præfatam C. de Jur. delib Pius IV. d. conſtit. 84, §. cauſa diſcuſſionum, & §. ſeq. Saluſt. Tiber. d. lib. 1, c. 55, n. 7, & ſeqq. & n. 13, in fin.*

38 Sed Primò hoc non procedit, ſi Hæres hanc exceptionem non opponat, *Saluſt. Tiber. d. lib. 1, cap. 55, n. 7.*

39 Secundò non procedit ſtante *d. Bulla Pii IV. in §. & interim*, nam illius virtute, ſi fuerit introducta cauſa diſcuſſionis, interim Judex poteſt conſignari facere bona Debitoris Creditoribus liquidis, data tamen cautione idonea de reſtituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo æqualibus.

40 Tertiò non procedit in his quæ concernunt exonerationem Conſcientiæ, aut celebrationem Miſſarum pro anima Teſtatoris, nam hæc celeritatem requirunt, ne Anima illius detrimentum patiatur, & ob id Hæres in hoc caſu poteſt conveniri etiam pendente tempore Inventarii, *Buratt. deciſ. 144, n. 11, & deciſ. 395, n. 1.*

41 Quartò non procedit, quando Hæres non conveniretur, ut Hæres, ſed actione reali vel hypotecaria, ut quilibet poſſeſſor; nam tunc Hæres cogeretur, ut quilibet poſſeſſor, reſpondere, *Franc. deciſ. 352, n. 4, & ſeq.*

42 Secundò, Ad Inventarium ritè & rectè conficiendum requiritur, quod in eo apponatur ab Hærede venerabile ſignum Crucis, *l. fin. §. fin autem dubius, verſ. ſubſcriptionem ibi*, Venerabili ſigno Crucis antea manu Hæredis præpoſito, *C. de Jur. delib.*

43 Sed cùm appoſitio ſigni Crucis ſit modica ſolemnitas, ejus omiſſio non vitiaret Inventarium, *Bart. in l. fin. §. cùm igitur n. 3, in fin.* ubi dicit, Omnes ita tenere, *C. de Jur. delib. Jaſ. in d. l. fin in prin n. 4, verſ. 7, requiritur*, ubi de communi, *C. de Jur. delib. Rot. deciſ. 72, n. 12, par. 2, diverſ. Cavaler. deciſ. 558, n. 3.*

44 Hoc tamen non procederet, ſi in loco, in quo fit Inventarium, eſſet Statutum, vel Conſuetudo, quòd ſignum Crucis in Inventario omninò apponeretur, aliàs Inventarium non ſubſiſteret, nam ſi conſuetudo eſſet legitimè inducta, & ita ſæpius judicatum & obtentum, quòd Inventarium, ſine ſigno Crucis factum, eſſet invalidum, in contradictorio Judicio, juxta tradita per *Bart. & DD. in l. de quibus ff. de Leg.* utique omiſſio ſigni Crucis in hoc caſu vitiaret Inventarium.

45 Apponitur autem ſignum Crucis in ipſo Inventario poſt additionem Hæreditatis, non autem in ipſa additione, quia in ea non requiritur, ſed benè in Inventario, *l. fin. § cùm igitur, verſ.*
46 *Ven ſigno Crucis, C. de Jur. delib.* Unde † Inventarium dicitur inchoatum per ſignum Crucis in eo appoſitum, *Montic. poſt tract. de Invent. in l. fin. n. 60, C. de jur. delib. Mantic. deciſ. 189, n. 1.*

47 Tertiò requiritur, quòd Legatarii, & Creditores citentur ad diem, horam, & locum certum, *l aut qui aliter §. 1, ff. quod vi aut clam. Montic. de Invent §. ſeptimo principaliter n. 15, & ſeq. Rolan. de Invent. par. 3, cap. 23, Phanuc. de Invent. par. 4, n. 18, Abb. conſ. 73, num. 7, lib. 2, Card. Tuſc. concluſ. 349, n. 5, Theſaur. quæſt. 77, n. 22, Sal, Tib. lib. 1, c. 55, n. 6.*

48 Nam Inventarium eſt actus de ſui natura extrajudicialis, *Bald. in l final. §. cùm igitur n. 13, C. de Jur. delib. Rolan. de Invent par. 3, c. 22, Rot. deciſ. 331, n. 4, par. 5, recent.* Et in extrajudicialibus †
49 requiritur citatio pro die, & hora certa, *Alex. conſ. 33, viſo n. 9, lib. 6*, cum aliis allegatis ſupra *cap. 8, lit. G. verſ quinimò.*

50 Sufficit tamen quòd Legatarii, & Creditores certi citentur domi dimiſſa copia, Incerti verò per affixionem. *Jaſ. in l. fin. in prin. verſ. 5, requiritur, C. de Jur. delib. Montic. de Invent. §. 7, principaliter n. 16, Roland. de Invent par. 3, c. 22, & cap. 23*
51 *Cavaler. deciſ. 508, n. 2.* Quinimò citatio contra Incertos aliquando fit per Proclama, quod ſufficit contra eos, etiam ſi ſit generalis, *Bart. in l. 3, §. ſi cauſa ff. de bonor. poſſ. Boccac. de Remiſſ. c. 10, n. 68, verſ. & citatio*, ubi loquitur in terminis. Aliquando verò fit per Contradictas; interdum per Edictum publicum, & non rarò per Affixionem,
52 *Saluſt. Tiber. in Prax. d. cap. 55, n. 5.* Et unica † citatio ſufficit, tam contra certos quàm contra Incertos, *Montic. de Invent. d. §. 7, n. 17, Rolan. de Invent. d. par. 3, cap. 21, Put. deciſ. 266, n. 4, & ſeqq. in*
53 *correct. lib. 3, ubi ſub n. 7*, dicit, quòd confectio † Inventarii eſt actus modici præjudicii.

54 Poteſt tamen Inventarium † fieri etiam judicialiter in Judicio apud Acta, citatis Creditoribus, & Legatariis coram Judice ſedente in loco ſui ſoliti Tribunalis, *Guid. Pap. de Invent. num. 23, Rolan. de Invent. par. 3, c. 51, ad fin. Rot. deciſ. 72, n.*
55 *38, par. 2 diverſ.* Quo caſu † citatio ſuſtineretur etiam ſine die, nam tunc citatio ſine die intelligitur ad p. d. *Boccac. de Remiſſ. cap. 10, nu. 68, Put. deciſ. 19, de Jud.* cum aliis cumulatis ſupra *hac eadem par. 1, cap. 2, lit. B.* Et rationem diverſitatis inter citationem judicialem, & extrajudicialem reddit *Joan. de Imol. in l. qui ante Calendas num. 3, verſ. quia poteſt duci. ff. de verb. oblig.* quia videlicet citatio judicialis magis arctat, cùm fiat authoritate judicis, qui præſumitur velle expedire actum, quàm citius poterit, cùm hoc ſpectet ad ejus Officium, unde ſi fiat hæc citatio ſine die, non inducit perpetuam ſervitutem, & ſic ceſſat abſurdum, At ſecus eſt in citatione extrajudiciali, de qua in *l. aut qui aliter. §. 1, ff. quod vi, aut clam.* hæc enim fit authoritate Partis, quæ non præſumitur velle expedire actum cum primùm poterit, cùm id pendeat à mera ipſius voluntate, & ideo ſine die, non valet tamquam omninò incerta, & inducens perpetuam ſervitutem.

56 Quartò requiritur deſcriptio bonorum omnium, cum ſui demonſtrationibus, & finibus, nec non etiam Jurium & Actionum, ſeu creditorum, *l. ſi qui intra, C. de bon. Proſcr. Montic. de Invent. d. §. 7, principaliter, numer. 48, verſ. undecimo, Phanucc. de Invent. d. par. 3, num. 1, & n. 30, & ſeq. verſ. quartum requiſitum, Roland conſ. 73, num. 43, & ſeq. lib. 2, Natt. conſ 574, n. 2, & ſeq. & conſ. 575*

57 *n.4,& seq.* Non tamen est † necesse in Inventario apponere æstimationem rerum descriptarum, *Phanuc.d.par.3,num.31,in fin.* ubi quod ita servatur.

58 Sed quando non fuerunt in Inventario descripta omnia bona, sat est quòd omissio non fuerit dolosa. *Calcan.cons.92,& seq. Dec.cons. 663,n.11, Honded.cons.13,n.15, & seqq.lib.1, Surd.decis.222,n.10,& n.13, Rot.decis.199,n.1 post cons.crim.Farin.lib.2,& dec.747,nu.4,par.2, recent.Mantic.decis.256,n.5,Greg.decis.169,n.3. Cavaler.decis.508,n.7, vers.tota difficultas, Rot. decis.331,n.2,& n.21,par.5,recent. Duran.decis. 387 la prima,n.4.*

59 Si quidem solemnitates Inventarii fuerunt introductæ, ne scilicet bona Hæreditaria ab Hæredibus occultarentur, *Bart.cons.154, n.3,lib.1, Bald.cons.63,lib.3,Mantic.de Invent.d.§.septimò, n.27, Phanuc.de Invent.par.7,n.27, Duran.decis. 387,la prima,n.17,& 39.*

60 Et hinc est, quod cessante metu, & præsumptione dolosæ occultationis, non est necesse in Inventario solemnitates adhibere, *Laderch. Imol.cons.25,n.20,Crav.cons.1,pro Genero n.476 Decian.cons.85,n.53,lib.5, Rot decis.199,n.1,post cons.crim.Farin.lib.2, Durand.dec.387,num.18.*

61 Quinimò † d. præsumptione doli cessante, nec ipsum Inventarium solemne conficere necesse est, *Fel in c. Quanto n.3,in fin.vers.& hinc est,de præsumpt.Duran.d.dec.387,n.17.*

62 Alleganti verò † omissionem esse dolosam, incumbit onus id exactissimè probandi, *l.dolum C.de dol.mal.l quoties,§.qui dolo ff.de probat. c.afferte mihi gladium,de præsumpt.Rot.decis.199,nu. 11,post cons.crimin,Farinac.lib.2,& decis.774,nu. 4,par.2,recent Greg.decis.169,nu.1, & seqq.Duran.d.decis.387,la prima n.23,& seqq.Gratian.discept.998,n.12.*

63 Ad exclusionem † autem doli plurimum attenditur. Primò bona qualitas personæ, *Phanucc.de Invent par.3, nu.49, in fin. Menoch.præsumpt.3,n.28,lib.5,Surd.decis.222,in fin. Duran. d.decis.387,la prima nu.19, Rot.Flor.in Cortonen. Inventarii 30.Junii 1643, coram Excell. D. meo Canossa.*

64 Secundò, si Hæreditas † consistat in bonis stabilibus, quæ occultari non possunt, & de per se omnibus patent, quia cùm tunc cesset timor dolosæ occultationis, nec Inventarium de illis conficere necesse est, sed sufficit simplex descriptio sine solemnitate, *l.2, C. quan. & quibus lib.10, Bald.cons.383,n.5,lib.1,& cons.265,in prin.lib.3,Rot.d.decis.199,n.1,post cons.crim. Farin.lib.2,Greg.d.decis.169,n.8,Duran.d.decis.387 n.17,& n.21.*

65 Tertiò † si Hæreditas consistat in mobilibus modici momenti, nam occultatio in modicis non præsumitur, & ideò nec de eis solemne Inventarium conficere necesse est, sed sufficit simplex descriptio, *Bald.d. cons.265, in prin.lib.3,*

66 Cùm regula sit, † quòd in modicis non præsumitur fraus, *l.cùm hi §.modus ff. de Transac. Oldrad.cons.162,circa fin.vers.unde modicitas,* maximè stante magna legalitate personæ Hære-

67 dis, nam magna † personæ legalitas facit recedere à Juris regulis, & Statutis, *Jas. in l.jubemus, n.10,cum seqq.C.de Jud.Card.Tusc lit.L.concl.32, per tot.* cum aliis supra allegatis.

Quartò † dolus, ejusque præsumptio omninò excluditur, quando in Inventario fuit apposita clausula, & protestatio de addendo omissa, statim atque ad notitiam pervenerint, nam hæc clausula est exclusiva doli, *Dec.cons.633,nu.11, Rol.de Invent.par.4,tit.3.§ quid si Hæres, n.7,fol. mihi 104,Salust.Tiber.in Prax.lib.1,c.55,nu.10, Surd.d.decis.222,nu.21,& seqq.Rot.decis.747,la prima,num.4,par.2,recent.Greg.dec.169,num.4,*

69 *& ibi Beltramin.n.12,* Quinimò † stante d. clausula, Inventarium præsumitur de omnibus bonis prout esse debet, *Bal.in l.fin.§.cùm igitur,nu.8 C.de Jur.delib.* & alii, quos refert, & sequitur *Buratt.decis.254,n.8.*

70 Quintò quæcumque causa etiam illegitima excusat à dolo, *Rot.Januen.dec.35,n.3,vers.& ex*

71 *his patet.* An autem Hæres, qui dolosè in Inventario aliqua bona describere omisit, si de hoc appareat, amittit beneficium Inventarii, est opinio controversa, sed communis conclusio est, ut illud non amittat *Rot.decis.72,n.8,& seq.par.*

72 *2,diversi.* Punitur tamen duplici pœna, nam amittit Falcidiam, §. *hinc nobis vers.sancimus,ubi Glos.in verbo forte, & Bart.n.4, in Auth.de Hared. & Falcid. Montic.de Invent.§.2,videamus,n.3,fol.* 16,& tenetur ad duplum rei, quàm dolosè describere omisit, *tex.est in l.fin. §,licentia,vers.illo videlicet observando,C.de Jur.delib. Castren,in d.l. fin.§.cùm igitur,num.5,C.de Jur.delib. Montic.de Invent.d.§.secundo videamus,num.3,& seq.fol.16, Rot.Januen.decis. 35, n.3,* ubi quoad hoc non procedit in stabilibus, in quibus non potest committi fraus.

73 Quintò ad validitatem Inventarii † requiritur subscriptio Hæredis, & quòd si Hæres nescit scribere, adhibeat alium Notarium, ultra eum, qui de Inventario rogatur, qui pro eo subscribat, *l.fin.§.sin autem dubius,vers.subscriptionem C. de Jur.delib.Rol.de Invent. par.3, cap.47,& cap. 48,& c.49,Montic.de Invent. §.septimò principaliter,n.56,vers.13,Phanuc.de Invent. par.3,n.66, & n.68,Rot.dec.72,n.9,p.2,diversi.*

74 Sed hoc procedit in Inventario extrajudiciali, secus est in Inventario facto apud Acta Judicii, *Rolan.de Invent.p.3,c.51,Bald.cons.147,n.2, lib.4,Seraph.decis.371,n.23Rot.dec.597,n.1,par.*

75 *4,recent.* Et quòd hæc † solemnitas subscriptionis Hæredis sit nimis scrupulosa subtilitas, & de generali consuetudine non servetur, tradit *Cavaler.dec.584,n.4, & seq.* & quòd suppleatur ex Decreto, & præsentia Judicis, dixit *Rot. in Romana Domus,seu Census de Caravaschinis 22. Junii 1609,coram bo.me.Penia,* & quòd † illa non requiratur, ex quo perfectio Inventarii facti apud Acta satis certa redditur ex rogitu Notarii, tradit *Rot.decis.331,n.17,par.5,recent.* ubi plures cumulat authoritates.

77 Sextò requiritur, quòd adhibeantur tres Testes bonæ conditionis, & famæ, loco Creditorũ & Legatariorum absentium, *Phanucc.de Invent. par.3,n.4, Rot.decis.72, n.6,p.2,diversi.* ubi de communi, *Ferentill.ad Buratt,decis.750,n.7.*

78 Sed isti tres Testes non sunt necessarii quoad Legatarios, & Creditores citatos, nam ipsi non pos-

possunt allegare absentiam testium, sed quoad eos actus semper valet, *Phanuc. de invent. d.p.3. n.17. Rol. de invent. par.3.c.37, n.6. in fin. Jas. in l. fin. in prin. num.5. C. de jur. delib. Bald. cons.265. n.2 vers. ponamus, lib 3. Rota d.dec.199. n.7. post cons. Farin. lib.2. Coccin. dec.151, n.7. Buratt. dec.750. n.7 post med. vers. & ideò Rota decis.331. n.19. par.5. recent.* Etenim † quoad citatos omnia sunt solemniter gesta, *Bald. in Auth si omnes, nu.12. vers. ex hoc ergo infero, C. si Min. ab her. se abstin. & d. cons. 265. n.2. Marches. de commiss. rest. integ. par.2 § 3. n. 164. f.186. secun nov. impr.* etiam si citati non fuerint præsentes Decreto, vel Inventarii confectioni, *Vant. de nullit. defect. cit n.17. Marches. ubi sup. d.§.3. n.164.*

79

80 Ulterius † defectus dd. trium testium suppletur ex authoritate, & præsentia Judicis, *Bald. d. cons.147. n.2. lib 4.* cum aliis, quos refert, & sequitur Rota in his terminis *in d. Romana Census de Caravaschinis 22 Junii 1609. coram bon. memor. Pena*, quam refert, & sequitur *Rot. d. dec.331 n.13. par. 5. recent.*

81 Septimo requiritur † Decretum Judicis, qui sive expresè, sive tacitè, & virtualiter interloquatur, hæredem cum beneficio legis, & inventarii esse ad hæreditatem adeundam admittendum, *Rota d. dec.331. num.6. par.5. recent.* quod quidem Decretum potest apponi, tam ante, quàm post inchoatum Inventarium, & tàm in principio, quàm in fine illius, *Rota d. dec.331. n.7. par.5 recent. Rota Florentina in d. Cortonen. Inventarii 30 Junii 1643.*

82 Valet † tamen Inventarium factum in præsentia Judicis, ut fuit dictum *in eadem Romana census de Caravaschinis 22 Junii 1609. coram bon. mem. Pena*, quam sic intelligit *Rota in Romana fructuum dotis 2 Aprilis 1618. coram bon. mem. Archiepisc. Seleucien. ait refert Rota d. dec 331. n 13. par. 5 recent.*

83 Octavò requiritur † quòd Instrumentum Inventarii rogetur, & publicetur à Notario publico, cum appositione loci, in quo actus geritur, coram duobus testibus, *l. fin. §. fin autem dubius, C. de Iur. delib. Montic. de Inven. d. § septimò principaliter n 27. vers. Sextò sunt testes, & nu. 62. Rolan. de Invent. par.3 cap.17, & cap.18. Phanuc. de Invent. par.3. n.7. Alex. post Bart. Bald. & Ang. in d. l. fin. in princ. n.7. C. de Jur. delib. Nat. cons.214. n.13. & seq.*

84 Sed † si Inventarium fiat apud acta coram Judice sedente in loco sui soliti tribunalis, & sic judicialiter in judicio, citatis interesse habentibus, valebit, etiam in eo non enunciatis testibus, quorum enunciatione Acta judicii non indigent, *DD. in cap. quoniam contrà, de probat. Alex. cons.13. n.8. lib.1, Rota dec.15. n.1. & seqq. par.3. diversi. lib.3. Gratg. dec.453. n.6.*

85 Quod † procedit etiam in actis de sui natura extrajudicialibus; nam si fiant in judicio coram Judice pro tribunali sedente, valent, & probant sine testium enunciatione ad instar actorum judicialium, ex identitate rationis propter authoritatem, videlicet judiciariam, & calorem judicii, ac multitudinem testium, quæ apud Acta Judice sedente semper adest, *l. Sancimus, & l. omnium, & ibi Fulgos.* quem sequitur *Castr. n.3. C. de testam. l. in donat. ubi Alberic, de communi testat. C. de donat.* cum aliis cumulatis per *Aret. in d. cap. quoniam contra, n.28. & seq. de prob.* quem ibi sequuntur *Felyn. n.12. vers. contrar. Bero. num.79. vers. sed distinguendum, Dec. n.78. in fin. vers. Concludendo, Lanfr. n.27.* ubi loquitur etiam in donatione, & sic in actu extrajudiciali, allegando *text. in d. l. de donation.* & de communi testatur *Ferret. in repet. d. cap. Quoniam contra, nu. 33. & seq. de probat. Bolog. ad Anan. cons.85. num.4.* ubi loquitur de libris censualibus *Mandos. ad Lap. alleg. 81. in verbo Quoniam contra, post med. Bald. cons.147. n.2. vers. Item quia, lib.4. Magdal. de*

86 *num. test. in testam. requisit.* ubi † loquitur in similibus terminis testamenti facti apud acta *par.1. cap.25. num.1. & seqq. Put. dec.26. lib.2, in corr. ct.* ubi quòd hanc opinionem aliàs secuta est Rota; *Coccin. decis.354. n.9. & seq.* ubi loquitur de confectione Urnæ, qui actus est extrajudicialis, *Cavaler. decis.28, num.3.* loquitur de præsentatione, quæ regulariter est actus extrajudicialis, *Gonzal. in annot. contra nullit. & attent. num.14. & seq. Duran. decis.86. num.3. par.1.* & ob id non subsistit sine testibus, ut dixit *Rota in Mediolan. Jurium patron. coram bon. mem. Cardinale Blancherio*, quam refert *Cavaler. d. decis.28, num.1.* & nihilominus si fiat coram Judice pro tribunali sedente, & sic in forma judicii non sunt in ea necessarii testes, ut fuit decisum *coram bon. mem. Card. Cavalerio d. dec.28, n.3.*

87 Nonò requiritur † quòd bona mobilia, de quibus conficitur Inventarium, fuerint visa per testes, vel per Judicem, ad exclusionem præsumptionis fraudis in hærede, *Phanuc. de Invent. par.3, n.73.*

88 Sed hoc primò non procedit † in immobilibus, in quibus non potest committi fraus, *Montic. de Invent. §. septimò principaliter, n.51. vers. Caterùm, Duran. d. decis.307 la prima, n.21.* cum aliis suprà allegatis, *n.6, & n.67.*

Secundò non procedit † in mobilibus modici momenti, *Montic. de Invent. d. § septimò principaliter, n.51.* cùm nec in modicis fraus præsumatur, *l. Cùm hi, §. Modus ff. de transact.* cum aliis allegatis suprà, num. 65.

89 Tertiò non procedit † stante magna legalitate personæ hæredis, sed benè stante illius suspicione, *Montic. de Invent. d. § sept. princip. n.51.* cum aliis allegatis, num. 61. & 67.

90 Quartò non procedit † in Inventario facto apud acta, quia illud caret omni suspicione ob calorem judicii, multitudinem personarum, & copiam testium, quæ adest apud acta judicii, Judice sedente pro tribunali, & facit quodammodo notorium, & rem certam, claram, & manifestam, unde per consequens omnis fraus remanet penitùs exclusa, *l. Omnium, C. de testam. Honded. cons.28. n.29. lib.2. Cavaler. d. dec. 28. n.3.* ubi de communi, cum aliis suprà cumulatis nu. 84. & seqq.

91 Et certè, si defectus subscriptionis hæredis, nec non etiam deficientia trium testium fide dignorum, bonæ opinionis, & famæ, stabilia possidentium loco creditorum, & legatariorum absentium adhibendorum, suppletur, in Inventario facto apud acta, ex decreto, seu authoritate, &

& præsentia Judicis, *Guid. Pap. de form. Invent. n.3.* quem refert, & sequitur *Rolan. à Vall. de Invent. quæst.117. & qu.118. Bald. cons.147.n.2. & seq. lib.4.* quem etiam sequuntur *Rolan. ubi suprà, Seraph.371, num.2. & seq. & Rot. in Romana domus, seu census de Caravaschinis 22. Junii 1609. coram bon. mem. Penia*, ubi alias decisiones cumulat;

92 † utique ex præmissis multò magis suppleri debet simplex enunciatio duorum testium, qui in Inventario extrajudiciali à Notario describi solent, cùm hic sit longè minor defectus quoad citatos, quàm sit defectus dictorum trium testium, quoad absentes non citatos, ac subscriptionis eorum, arg. *Auth. multò magis C. de sacrosanct. Eccles.*

93 Siquidem † quoad citatos Inventarium semper valet, & quoad eos omnia sunt solemniter gesta, nec ipsi possunt allegare absentiam testium, ex cumulatis suprà, num.78. & seqq. quod secùs est, quoad absentes non citatos.

94 Hoc † autem multò magis, & sine ulla prorsus difficultate procedit, ubi adest, & ex inspectione aliquorum aliorum Inventariorum probatur consuetudo conficiendi hujusmodi genus Inventarii apud acta Iudicialia, absque aliquorum testium enunciatione, *Guid. Pap. de form. confic. Invent. n.23. Rota Florentina in d. Cortonen. Inventarii 30 Junii 1643.*

95 Cæterùm bona inventariata, stante Judicis Decreto, præsumuntur visa per prius ante confectionem, seu perfectionem Inventarii, pro cujus validitate semper præsumitur, etiam si hæc solemnitas non fuerit in eo enunciata, dummodo intervenerit tempus sufficiens, ita ut potuerit ad perficiendum inventarium fieri reditus, *Seraph. dec.371, nu.7. vers.5. Objiciebatur, Rota decis. 597.n.1, in fin. par.4. recent.*

96 Et ea semper censentur † præcessisse, quæ
97 sunt necessaria ad validitatem actus ad trad. per *Cass. ad. d. dec.31. de Præben.* & omnia † necessaria præparata antequam ad Inventarii confectionem deveniatur supponendum, dum potuerunt ea commodissimè fieri, dixit etiam *Rota Florentina in causa Florentina conservationis indemnitatis de Torrigianis 13 Octobris 1638. coram Excell. D. Venturino.*

98 Vel susceptis notulis præparatis per prius, potest in eo contextu Inventarium in instanti perfici, quando illud fit apud acta judicialia, *Guid. Pap. de form. Invent. num.24. vers. Sed ego*, quem sequitur *Rolan. de Invent. quæst.121.* juxta formam quam tradit *Salust. Tiber. in eius antiq. Prax. impress. de anno 1584. lib.1. cap.53. num.9.* & praxis in Curia admittit.

99 Nec magni videtur faciendum hoc nonum requisitum; nam hæredi statim adita hæreditate, uti rerum hæreditariarum domino, earum competit administratio, non expectato, quòd illa sibi per Judicem decernatur facto Inventario, ad quod inchoandum à lege sibi concessum est tempus 30. dierum, & aliorum sexaginta ad illud absolvendum, & consumandum à die aditæ hæreditatis numerandorum, juxta communem, & magis communem Doctorum sententiam, prout de communi post alios testatur *Rota Florentina in d. Florent. conservationis indemnitatis de Torrigianis 13 Octobr. 1638.* & de magis communi *Fachin. contr. lib.4. c.55. in princ.* (licèt ipse contrariam opinionem tueatur) & *Cavaler. dec.310.n.6.* & diximus suprà *num.32. &*
100 *seqq.* In quo † quidem tempore nonaginta dierum hæres, qui omnia bona hæreditaria habet in sua potestate, antequàm deveniat ad Inventarii inchoationem, vel perfectionem potest (si malignari velit) & res hæreditarias, vel earum partem occultare, & unam loco alterius supponere, & plura alia facere in fraudem, & perniciem creditorum, absque eo, quòd testes confectioni Inventarii postea adhibendi sint conscii alicujus machinationis, vel fraudis per hæredem commissæ, ut advertit etiam *Rota Florentina in d. causa Florentina conservationis indemnitatis de Torrigianis mot. lib.123. fol.122.*

101 Ad hoc † autem ut Inventarium sit factum apud acta in judicio, & testibus, seu eorum enunciatione non indigeat, sat est, quòd fuerit cæptum coram Judice sedente in loco sui soliti tribunalis, citatis citandis, & quòd post inchoatum, fuerit à Judice super eo interpositum Decretum opportunum, & quòd fuerit prosecuta confectio Inventarii jam cæpta in continenti, licèt in prosecutione non fiat Judicis alia mentio, dummodò in ea non asseratur contrarium, idque ex plurimis rationibus, &

102 Primò, quia, cùm constet manifestè, quòd Inventarium fuit cœptum judicialiter in judicio, præsentia Judicis semel probata, & admissa, præsumitur continuata usque ad finem nisi probetur contrarium, *l. si quis ex argentariis, §. fin. ff. de eden. Bald. in l. ex persona, n.12. C. de prob. Alex. cons.220.n.4. & seq. ubi Apostil. in verbo absentia, lib.*
103 *6.* & continuata †, & adhærentia censentur ejusdem naturæ, *Cap. unico de consecr. Eccles. vel altar. in 6. cap. si civitas, de sent. excommu. in 6. l. quæ*
104 *Rel g.44. ff. de rei vind.* Et † continuatio, seu prosecutio facit duo censeri unum, *l. sed si manente. ff. de prec. l. meminisse, ff. de offic. Proconf.* Et in qua-
105 libet † materia continuatio præsumitur cum eisdem qualitatibus, nisi probetur contrarium, *l. sive possidetis C. de prob. Anchar. cons.63.n.5. Cavaler. dec.149.n.2. Rot. dec.663.n.9. par.1. recent. Greg. dec.9.n.6. Beltram. ad Greg. dec.166.n.11.* & retentis iisdem terminis, *Cravet. cons.206.nu.6. Burat. dec.215.n.3. & seq.* Et † in terminis In-
106 ventarii, quòd præsentia alicujus semel probata, præsumatur continuata usque ad perfectionem etiamsi illa postmodum non enuncietur, *Seraph. dec.371.n.6. vers. quinto, Rot. decis.597.n.1. ad fin. p. 4. recent.*

107 Secundò, quia † cùm prosecutio Inventarii sit in vim decreti Judicis præambuli, actus præcedens, & illius principium attendi debet ad judicandum qualitatem sequentis, *l.1.§. Res verò, vers. Nulla enim, C. de imp. luc. descript. lib.10. Calder. cons.167. alias primò, de testib. Anchar. cons.28. n.1. vers. ulterius, Innoc. in c. Quoniam contra, n.1. de*
108 *prob.* Et † quòd quando prosecutio actus habet necessariam consequentiam ab initio, sit attendendum initium, *est text. in l. Denique, §. Scio, & ibi Bart. ff. de Minor. idem Bart. ib. l.1. ff. Qui pot. in pig. hab. Afflict. dec.135.n.5.*

Tertiò

109 Tertiò, quia actus etiam de sui natura extrajudicialis, sive fiat in præsentia, sive de mandato Judicis sedentis pro tribunali ab actuario, uti actuario, judicatur pro actu judiciali, & ad sui validitatem non indiget testibus, *Aret. in d. c. Quoniam contra, n. 28, & seqq.* quem ibi sequuntur *Dec. n. 78. in fin. vers. concludendo, & Ferret. num. 33 & seqq. de prob. Magdalen. de num. test. par. 1. cap. 25 num. 10. & seqq. Afflict. decis. 135. num. 5. Rot. in Ulisbonen. Emphiteusis coram Domino de Tanis, ut per Mandos. ad Lap. alleg. 81. in verbo, Quoniam contra, vers. posteà verò, & in una Toletana apud Put. dec. 26. lib. 2. in correct.* ubi loquitur de mandato procuræ, & sub delegatione, & testatur quòd hanc opinionem Aret. aliàs tenuit *Rota*
110 *in una de Turribus Vedras*, & meritò, quia † ea nostra facimus, quibus nostram authoritatem impartimur, *l. 1. §. sed neque Cod. de vet. jur. enuc. l. unica, C. de mand. princ. l. prohibitum, C. de Iur. fisc. lib 10. Afflict. decis. 135. num. 5.* ubi propte-
111 rea †, quòd obligatio facta de mandato Judicis dicitur facta apud acta, ac si Judex fuisset præ-
112 sens, & † benè, quia prosecutio, seu executio in nihilo tribuitur exequenti, sed in omnibus mandanti, *Cap. Litteris, ubi Abb. num. 1. Anchar. num. 3. Decius num. 20. de rescript. Roman. cons. 366. num. 1. Dec. cons. 492. n. 3. & seqq. Aymon. cons. 122. n. 3.*

113 Quartò, quia † etiam in dubio semper faciendæ est interpretatio, ut actus magis valeat, quàm pereat, & omnis præsumptio est pro validitate actus, & Inventarii, *l. cum testamento, §. hæc verba, & ibi Bald. ff. de hæred. instit. l. Gallus, §. Quidam rectè, ff. de lib. & posth. cap. Nisi, de præben. Alex. cons. 3. num. 6. vers. & præcipuè lib. 1. Crav. cons. 1. pro Genero, num. 475. Menoch. præsumpt. 18. num. 6. l. 6. Crescen. decis. 6. de præsump. Mantic. decis. 344. num. 8. Rota decis. 9.*
114 *num. 1. par. 2. diverf. & decis. 561. num. 4. par. 1. re-*
115 *cent.* Et † unica est præsumptio, ut omnia præsumantur in Inventario ritè, & rectè gesta, *Rot.*
116 *dec. 597. num. 1. in fin. par. 4. recent.* quæ præsumptio cæteris antefertur, *Rota d. decis. 9. num. 35. par. 2 diverf.*

Et licèt *Rota decis. 72. par. 2. diverf.* dixerit Inventarium factum de mandato Judicis esse nullum, quia in eo omnes solemnitates de Jure requisitæ non fuerunt observatæ, est tamen animadvertendum

Primò quod d. decis. 72. procedit in Inventario solemni, quando Judex mandavit confici Inventarium cum omnibus solemnitatibus Juris, & statutorum, prout fuerat expressè petitum, ut ibi clarè legitur sub num. 32, & sub num. 37. Meritò ergo, cùm solemnitates non fuissent posteà adhibitæ, nec servatâ formâ mandati Judicis, Inventarium remanebat nullum: secùs est, quando Judex mandat simpliciter perfici Inventarium jam cœptum, quia tunc sufficit Inventarium sustineri, prout de jure, & quòd solemnitati sit satisfactum per æquipollens.

117 Secundò est observandum, quòd d. decis. 72. procedit in Inventario extrajudiciali, quia ibi non fuit cœptum, nec prosecutum coram Judice, sed fuit post Judicis mandatum inchoatum de novo per viam instrumenti coram solo Notario extra judicium, & res erat clara ex illis verbis, *coram me Notario*, & ex inspectione instrumenti, ut ibi sub n. 32. apertè legitur, non autem per viam actorum judicialium, quod patebat tum ex præmissis, tum ex traditis ibi sub num. 38.

118 Tum quia ibi sub num. 7. Inventarium † fuit declaratum nullum ob defectum subscriptionis hæredis, quæ aliàs, in Inventario facto quoad acta, non fuisset necessaria, ex congestis per *Rot. decis. 331. n. 17. par. 5. recent.* Tum, & quartò, quia
119 † mandatum Judicis, ibi erat extrajudiciale, ex quo non fuerat factum in forma judicii citatis creditoribus, quod patet manifestè, ex quo ibi
120 sub num. 6. Inventarium † fuit declaratum nullum defectu interventus trium testium loco creditorum absentium, ergo dicti creditores non erant citati, nam quoad citatos semper valet Inventarium, nec ipsi possunt allegare absentiam, ex cumulatis per *Rotam d. dec. 331. n. 18. & seq. par. 5. recent.* cum aliis suprà allegatis num. 77. & seqq.
112 Secùs quando † Inventarium fuit cœptum citatis citandis apud acta judicii Judice sedente in loco sui soliti tribunalis, qui prævio Decreto opportuno, mandavit illud perfici, & successivè fuit prosecuta confectio Inventarii judicialis jam cœpta, quia tunc benè sustinetur etiam testibus in eo non enunciatis, ex suprà allegatis.

222 Et in iisdem terminis, *d. decis. 72. par. 2. diverf.* procedit illa *Romana fructuum dotis 2 Aprilis 1618. coram bon. mem. Seleucien.* quæ dictam *dec. 72.* sic intelligit: secùs † in Inventario facto
123 apud acta, de quo suprà, quòd ex sola præsentia Judicis, quæ, ut jam diximus, continuata præsumitur usque ad finem, & præcedente illius existentia, & enunciatione, cùm de contrario non constet, ultra superius deducta potest sustineri, in quibus terminis procedit *decis. in d. Romana Domus, seu census de Caravaschinis*, quam sic intelligit *d. decis. Romana fructuum dotis*, & refert *Rota d. decis. 331. n. 13. p. 5 recent.*

124 Decimò, *Rolandus Monticulus, Phanuccius, & alii*, qui de Inventario scripserunt, alia plura requisita, & solemnitates Inventarii enumerant. Sed quia tot subtilitates, & scrupulosæ solemnitates, ex generali locorum consuetudine, recesserunt ab aula, & non sunt amplius in usu, *Bald. in l. fin. in princ. num. 13. & ibi Jas. num. 5 C. de Iur. delib. Castren. in d. l. fin. §. Cùm igitur, num. 3. Bald. cons. 63. vers. sed hi, lib. 3. Apostill. ad Bart. consil. 154. in verbo Mulieribus, lib. 1. Idem Bald. cons. 147. nu. 3. lib. 4.* incipit, Inventarium hæredis scrupulosa res est, *Dec. cons. 633. n. 25. Grav. cons. 1. pro Genero, nu. 476. Honded. consil. 53. num 3. lib. 1. Cavaler. decis. 508. n. 7. & decis 584. n. 5. Gratian. discept. 59. n. 8. & discept. 998. num. 20. Salust. Tiber. lib. 1. c. 55. num. 12.*

125 Hodie sufficit, Inventarium bona fide confieere, citatis citandis, cum Decreto Judicis, coram Notario, & duobus testibus, & si fiat apud acta in judicio, etiam testibus in eo non enunciatis, valebit, ex suprà allegatis.

129 Eòque minus aliæ scrupulosæ solemnitates, & subtilitates Juris civilis sunt attendendæ in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ, in quibus

bus obſervatur diſpoſitio Juris Canonici, nam tunc in confectione inventarii magis attendenda eſt ipſa veritas, quàm nimis ſcrupuloſa ſubtilitas, *Bald.d.conſ.147.n.2, lib.4.* Et ſolùm † ſervanda videtur illa juſtitia naturalis ne bona ſurripiantur, *Phanuc.de Invent.par.8,n.1. verſ.ſed quod bene verum eſt, Card.Tuſc.lit.I. concl.349. num.46* Et licèt Phanuc. id relinquat cogitandum, & jus † Canonicum ſimpliciter approbaverit beneficium inventarii *Cap.Raynaldus, tex.de teſtam.* Nihilominus † ſubtilis ſolemnitas inventarii, quæ requiritur de jure civili, non requiritur de Jure Canonico, *Rot.dec 629. par.1. diverſ.* Sacri † Canones etenim ſimplicitatem, & veritatem amplectuntur rejecta ſubtilitate juris, *Cap.Dilecti, de Iud. cap.Abbates, §.præfatos, verſ.& licet, de re Iud.in 6. Hoſt.in cap.Cùm contingit, num.4, & ſeq. de offic.deleg.Lap.alleg.50, num.9. verſ. Nam agere, Ang.conſ.98.num.2. Anchar.conſ.79. ſubtiliter in princ.*

Quinimò etiam ubi ſervatur jus civile, quando hæreditas eſt certa, & non poteſt ulla tergiverſatione celari, ceſſat ratio, & præſumptio legis ſuper ſubtractione, *Laderch.conſ.25, num.20.* cum aliis cumulatis per *Rotam Florentinam in cauſa Florentina inventarii, 14.Septembris 1640.coram Excell. Dom. meo de Pretis,* quo † caſu ceſſat etiam introductio inventarii, ubi conſtat de veritate, *Fontanel.dec.46. num.15. & ſeq.* quæ probatur † etiam per inventarium Executoris, *Cancer.variar.reſolut.lib.3.cap.2.de invent. num. 130.* ſaltem quòd alia bona non extent, & per ſimplicem deſcriptionem, quæ ſufficit ad hunc effectum, *Rota Florentina in d. Florentina inventarii,* cum aliis allegatis ſuprà num. 60. & ſeq. Et † deſcriptio facta ab uſufructuario prodeſt etiam proprietatio, *Cavaler. dec.310.num.7.* Sicut † inventarium factum ab uno prodeſt alteri, *Rolan. de invent. §. quid ſi hæres confecit, num.1. & ſeqq. par.4. Facchin.contr.lib.6 cap.31.* & alii, quos refert, & ſequitur *Rota Florentina in d.cauſa Florentina inventarii.*

Et meritò, quia mens legis, quæ eſt, ne creditores, & legatarii damnum ſentiant ob malignitatem hæredis, *Bart. conſ.154. num.2. lib.1.* cum aliis allegatis ſuprà num. 59. Si per æquipollens contingi poteſt, ut adimpleatur, magis menti, quàm verbis inſerviendum eſt, *Roman. conſ.433.quod primum, col.2, num.1.in fin. & num. ſeq.verſ.ſeptimo conſidero,* & ubi forma poteſt adimpleri per æquipollens, per quod id efficitur, quod erat neceſſarium ad ipſum actum ſatisfactum formæ dicitur, *Alex.conſ.2.Viſis, l.2.* præſertim quando cauſa eſt juſta, quam Imperator ipſe non denegaſſet, ſi de ea fuiſſet interrogatus *DD in Auth.hodie, C. de Iud.Pariſ.conſ.33.num.33. lib.2.Burſat.conſ.121.num.9.lib.1.* Ubi quando æquipollens ſubauditur, forma dicitur adimpleta, prout ex his & aliis comprobavit *Rota Florentina in d.cauſa Florentina inventarii mot. li.114 fol. 316.* Præterquàm quod Decretum Judicis, pro quo præſumitur, ſupplet defectum ſolemnitatum in inventario, *Bald.conſ.147.n.2.lib.2. Cavaler.dec.508.n.5.*

Et in urbe, licèt ex diſpoſitione ſtatuti lib.1. c.42. obſervetur Jus civile Romanorum, quod ibi ortum ad cæteras defluxit nationes, nihilominus † requiſita neceſſaria in confectione Inventarii in Curia Capitolina ſunt ſolummodo ſignum Crucis, citationes, bannimenta, decretum Judicis, deſcriptio bonorum, & ſubſcriptio Notariorum, *Duran.dec.387.la prima, n.2.*

Et ſat eſt ad inventarii validitatem, quòd citatio, & ſolemnitates ſint adhibitæ, quando illud fuit inchoatum per appoſitionem ſigni Crucis, licèt poſteà fuerit proſecutum ſine alia citatione, & ſubſcriptione, *Mantic.dec.189.n.1.*

Sufficitque in confectione inventarii obſervare illas ſolemnitates, quæ ſolent obſervari de ſtylo illius loci, in quo illud conficitur, & ſic factum eſt validum, ut tradit *Bald. conſ.63. lib.3. Honded.conſ.53.n.5.lib.1.Eugen.conſ.55.n.59, lib.2. Montic.de invent.§.3.Videamus, num.11. Rota Genuen.dec.35.n.3. Saluſt.Tib.in prax.lib.1.cap.55.n.12. Seraph.deciſ.915.n.3. Rota deciſ.629. par.1.diverſ.deciſ.310.n.4.par.5.recent. Duran.d deciſ.387, la prima, num.1.* ubi plures cumulat auctoritates, qui † ſtylus ſufficit, ſi per decennium ſit inductus, *Rota d.deciſ.629.par.1.diverſ. Borell.in Sum. deciſ.tit.de conſuet.n.141.* Et redditur notorius ex inſpectione aliorum inventariorum, *Rot.Invent. d.dec.35.num.3.Rota d.dec.629.par.1.diverſ. Duran.d.deciſ.387.num.2.Rota Florent.in d.Cortonen. Inventarii,* & ex atteſtationibus extrajudicialibus Notariorum, & Curialium, *Bald.conſ.63 lib.3.& conſ.147.num.3.lib.4. Rota Januen.d.dec.35. num.3. Cavaler.d.dec.584.num.3.verſ.2.ſuit, & n.4.*

Nec ſufficeret exadverſo oſtendere plura alia inventaria, cum pluribus aliis ſolemnitatibus, niſi etiam probaretur inventaria ſine illis fuiſſe invalidata, *Cavaler.d.dec.584,n.5. verſ. Nec Domini,* quem noviſſimè ſecuta eſt *Rota Flor.in d. Cortonen.inventarii.*

Nec requiritur, quòd hujusmodi ſtylus formiter probetur, cùm ad excuſationem hæredis, & excluſionem doli, & fraudis, non requiratur, ut ille cum ſuis requiſitis formiter ſit probatus, *Bald.d conſ.147.n.3.lib.4.Rota dec.629.in fin.p.1. diverſ.& in Romana de Maximis 10 Decembris 1576 coram bon.mem.Rubeo,* quam ſecuta eſt *Rota dec. 199.n.1.poſt conſ.Farinac. lib.2.*

Quo autem ad validitatem proceſſus, & actorum factorum in aliquo tribunali, in reſpicientibus ordinem, attendendas eſſe leges, conſtitutiones, & ſtylum illius fori, ambigendum non eſt, *Bart. & DD.in l.cunctos populos, C.de Summ. Trinit.& fid.Cathol.Alex.conſ.164.n.8.l.6.* ubi dicit omnes ita tenere.

Cæterùm, ſi diceretur, ad validitatem inventarii judicandam, non eſſe inſpiciendum ſtylum loci, in quo illud eſt confectum, hoc eſſet, totam civitatem litibus vexare, & revangare mundum, quod abſurdum eſt omnino vitandum, *Honded. conſ.53.n.22.verſ.prout igitur, lib.1.Rota Januen.d. deciſ.35,n.3.Rota Flor.in d.Cortonen.Inventarii.*

Motivum.

Inventarium confectum per olim D. Antonium Mariam de hæreditate olim D. Franciſci cēſuimus debere ſuſtineri, & ſuffragari Dominæ Eli-

Elisabethæ hæredi d. Domini Antonii Mariæ, hæredis beneficiati ejusdem Domini Francisci, & successivè retulimus Dominis Prioribus, à quibus nobis fuit causa ad referendum commissa, dictam D. Elisabeth, dicto nomine, non teneri erga Dominum Rosadum, nisi quatenus suppetant vires hæreditariæ dicti Domini Francisci.

Moti autem fuimus ad sic referendum rationibus infrascriptis, quæ adducuntur in respondendo objectis pro invaliditate dicti inventarii.

153 Non obstat igitur in primis statutum disponens, quòd beneficium Inventarii à Jure communi inductum, non valeat, quia idem statutum in fine excipit clericos, & religiosos, & circa hos sancit servari debere, quòd disponit jus commune, ne quis teneatur ultra vires hæreditarias, concedit hæreditates posse adiri cum beneficio legis, & inventarii, *l. fin. & ibi DD. C. de jur. dot.*

154 & confectio † inventarii conservat hæredi omnia jura perinde, ac si ipse hæreditatem non adivisset, *Gloss. & DD. in d. l. fin. §. & si præfatam*, un-

155 de hæreditas tali casu dicitur jacens, *Gratian. discept. forens. c. 998. n. 2. Menoch. cons. 203. num. 27. & seq. Surd. cons. 143. n. 40. Rota decis. 331. diversi. par. 5.* Ergo dictus Dominus Antonius Maria, qui adivit hæreditatem dicti Domini Francisci cum d. beneficio, & modo d. D. Elisabeth, quæ eum repræsentat, non tenetur ultra vires hæreditarias.

156 Quòd autem idem Dominus Antonius Maria, de tempore dictæ aditæ hæreditatis cum dicto beneficio, esset clericus, patet ex literis testimonialibus, sive dimissorialibus ejus Episcopi, signo authentico munitis, in processu productis, in quibus d. Episcopus attestatur se contulisse primam Tonsuram d. D. Antonio Mariæ, quo modo probari Clericatum, tradit *Abb. in c. 1 n. 3. de Cleric. peregrin. Felyn. in cap. post cessionem, n. 3. & 15. de probat. Mascard. de probat. concl 305. n. 1. Grammat. dec. 81, n. 1.* ac alii latè congesti per *Carolum de Graff. in tract. de effect. Cleric. in prælud. n. 197. & pluribus sequentibus.*

157 Non obstat non fuisse edoctum, quòd idem D. Antonius Maria haberet requisita à Concilio Tridentino ad effectum, ut posset gaudere privilegiis clericalibus. Quia præterquàm quòd statutum prædictum auferens beneficium Inventarii, tamquam corrigens jus commune debet strictissimè interpretari, ut minus illud corrigat, quàm fieri possit, *l. Si quando, C. de inoffic. te-*

158 *stam.* & econtrà † exceptio facta ab eodem statuto de clericis, ut eos reducens ad jus commune, debet latissimè interpretari, *Rot. cons. 318. n. 5. & ibi Mandos. in verbo intelligenda* ad effe-

159 ctum † prædictum sufficit, quòd edoctum fuerit, prout factum fuit, per dictas literas de qualitate requisita à statuto, & sic de simplici cleri-

160 catu tantò magis, quia † insuper edoctum fuit, in processu, aliàs sententiatum fuisse per eumdem Episcopum, dictum Dominum Antonium Mariam, tamquam Clericum debere gaudere privilegiis Clericatus, unde cùm ipse esset in hac quasi possessione Clericatus, sequitur, quòd licèt ipsa de per se non probet Clericatum, transferat nihilominus onus probandi contrarium in contradicentem *Mascard. de probat. conclus. 102. n. 6. & 12. Carol. de Graff. in d. prælud. n. 226. Gram-*

161 *mat. d. decis. 81. num. 16.* ubi † quòd sola possessio Clericatus sufficit quoad fori privilegium.

162 Non refert non apparere, quòd creditores hæreditatis fuerint citati pro certa die ad interessendum confectioni dicti Inventarii, & quòd propterea ex ista omissione certæ diei reddatur dictum Inventarium invalidum, ad triad. per *Phanuc. de invent. qu. 240. n. 18. per Montic. d. tract. qu. 230, n. 15. & seq. & per Thesaur. eod. tract. q. 277 n. 22.*

163 Quia multifariam huic objecto respondetur, & in primis de ista omissione concludenter apparere, & tamen illam allegans plenè probare tenebatur tamquam suæ intentionis fundamentum, etiam quòd constitat in negativa, *Afflict. decis. 377. n. 7. Rota decis. 295. n. 7. Burat. dec. 10. n. 5.*

164 nam cùm citatio facta fuerit cum cedulis, quæ fuerunt relaxatæ in manibus citatorum, prout constat ex relatione nuntii, pro qua præsumitur, & cui in hoc tamquam in re ad eius officium pertinente, donec contrarium non probetur, standum est, *Put. dec. 187. n. 1. lib. 3. Lodovis. decis.*

165 *426. n. 2. Buratt. dec. 191. num. 5.* & ipsæ cedulæ non sint registratæ in processu, non potest dici, quòd plenè appareat de dicta omissione, & successivè, quòd pars adversa suam intentionem concludenter probaverit, ut facere tenebatur, ad l. *Neq; Natales, C. de probat.*

166 Imo cùm constet, citationem fuisse commissam per Judicem die 29. Septembris nuntio, qui retulit sub die 26. citasse, & Judex interposuerit decretum die 27. immediatè sequente sequitur, quòd ritè, & rectè processerit in faciendo decreto in illa die, in qua cadebat citatio, & ex contumacia citatorum accusata per Dominum Antonium Mariam post citationis relationem, satis probabilis cognitio elicitur in cedulis citationis, benè fuisse per Notarium, qui eas conscripsit, appositam diem certam, in qua citati debeant comparere, aliàs non potuisset citatorum contumacia accusari, & præsumendum est, quòd non fuisset accusata per d. Dominum Antonium Mariam in causis pertractandis, ac in judiciis versatissimum, & malè Judex interposuisset decretum, quod similiter non est præsumendum.

167 Cùm igitur appareat de citatione, præsumitur, nuntium eam fecisse cum omnibus requisitis, quæ sunt de substantia citationis tantò magis, quia post citationis relationem Judex interposuit decretum, quod facit præsumere omnia solemniter gesta, & sic quod in cedulis relaxatis adfuerit dies certa, in qua citati debeant comparere, cùm omnis præsumptio stet, quoad solemnitatem requisitam pro validitate decreti, *Gloss. in l. 1. C. de fid. instrum. lib. 10. Gabr. in suis concl. tit. de sentent. conclus. 5. num. 5. Cavaler. dec. 339 n. 6.*

160 Sed quatenus etiam concludenter constitisset, in dictis cedulis non fuisse appositam diem, in qua citati debeant comparere ad videndum confici Inventarium, adhuc tamen illud ex hoc non redderetur invalidum, ea scilicet ratione, quia citatio, si in ea non est apposita certa dies, in qua citatus debet comparere, debet intelligi pro prima die juridica immediatè sequenti, *Boer.decis.235,n.2.& 3.Mantic.decis.8.n.2. & 3. & dec.155.n.2. Put.dec212.lib.2.Seraph.dec.837.n. 23.Rota dec.486.n.7.in fin.recent.par.2.& dec.311. divers.par.1.*

169 Nec facessunt negotium tradita per *Castren. in cons.254.lib.2. ubi n.3.* distinguendo dicit, quod, aut quis citatur ad actum per Judicem expediendum, ut putà ad sententiam, & quòd tunc citatio debet continere diem certam, & quòd aliàs non valet, per l. *aut qui aliter*, §. *1.ff. quod vi aut clam.&c.* Aut quòd quis citatur ad actum expediendum per ipsum citatum, ut ad respondendum petitioni, vel articulis, & quòd tunc valet citatio etiam sine die certa, quia censetur, quòd citatus debeat comparere quàm primũ, intra paucos tamen dies. Nam hujusmodi distinctio communiter reprobatur, & in contrarium tenent *Franc. Aret.& Alex.in l.liber homo* 118.§.*decem,n.4 ff.de verb.oblig. Boer.dec.215.n.2.*

170 *& 3. & Vant.de null.ex defect.cit.n.71.* ubi †quòd citatio sine termino valeat, & tacitè intelligitur de congruo tempore, ut citatus veniat, quàm

171 citò fieri poterit: imò citatio facta pro singulis diebus, & horis sustinetur, saltem per paucos dies, *Rot.dec.311.n.3.divers.par.1.Adden. ad Ludovis. dec.71.n.6.* imò sustinetur pro toto termino probatorio, *Rota dec.393.n.6.recent.par.1. Adden.ad Ludovis.d.dec.71.n.6.Cæsar.de Graff. de sent. & re judic.dec.9.n.6.*

172 Additur, quòd si benè consideratur prædicta Castren.distinctio, malè sustinetur, etiam in primo capite, & si enim sententia sit actus, qui per Judicem expeditur, pars attamen concurrit ad ejus expeditionem, instando eam ferri, quia Judex eam non ferret, nisi pars pro ea instaret; cùm Judex nõ impartiatur officiũ suũ, nisi petẽti.

173 Quod spectat ad aliam invaliditatem dicti Inventarii prætensam per dictum D. Rosadum, eò quòd in eo non adfuerint testes, & se in eo non subscripserint. Quod attinet ad subscriptionem, fuit dictum, quòd cùm dictum Inventarium factum fuerit apud acta, ut infrà demonstrabitur, & cum decreto Judicis, sustinetur propter calorem judicii, sine subscriptione testium, & partium, ita in terminis tradit *Bald. cons.147. n.2.& seq.lib.4.* quam refert, & sequitur *Rolan.d. tract.de Invent.q.117. & q. 118. & Rota apud Seraph.dec.371.n.2.*

174 Quod autem fuerit factum apud acta, præterquàm quòd de hoc adest attestatio. Notarii, apparet, quia prædictus D. Antonius Maria hæres comparuit (*sic ibi in inventario legitur*) coram D. Vicario pro tribunali sedente, qui Dominus Vicarius sedens, decretum interposuit; nam verbum *sedens* ex sui natura importat præsentiam, & eam probat, *Ludovis.decis.484.n.1.* Decreta enim non solent, nec possunt interponi per absentes, unde ex eorum interpositione necessariò arguitur præsentia *Menoch.præsumpt.18.lib.6. Ludovis.d.dec.484.n.2.*

175 Quo verò ad non interventum testium in eodem instrumento, omisso quòd posset dubitari, quod cùm factum fuerit apud acta, defectus dictorum testium illud non vitiet, propter calorem judicii, in quo loco semper adest multitudo personarum, & copia testium, quia super hoc Domini noluerunt figere pedes, sed existimaverunt dictum inventarium, ob dictum defectum oppositum non debere vitiari, eò quòd fuit factum juxta stylum illius Curiæ Episcopalis Cortonen. Nam pro D. Elisabeth fuerunt producta sex alia inventaria confecta apud acta in eadem Curia, in quibus Inventariis pariter non interfuerunt ulli testes: nam, ne plurimi actus simili modo facti irritentur, sustinetur actus, qui aliàs non valeret, *Seraph.dec.857.n 26. Rota dec.393.n. 4.recent.par.1.* in terminis inventarii, *Crot. cons. 173.n.11.lib.2.Honded.cons.53.n.21.& 22.lib.1.* ubi quòd consuetudo, quantumvis iniusta, iniqua, & irrationalis excusationem præstat à pœ-

176 na, pulchrè *Rota Genuen. dec.35, sub num.2.* ubi quod sæpè judicatum fuit, quòd Inventarium factum secundùm mores loci valeat, etiam quòd non fuerit in ejus confectione servatâ formâ l. *fin.C.de jur.deli.* nam debet tolli occasio litium, *Ludov.decis.63.n.15.* & si aliter fieret, esset mundum revangare, ut ad hanc rem dicit *Rota Genuen.d.decis. 35.sub n.3.& Honded.d.cons.53.sub n.22 in fin.* sequitur *Gratian. d.c.998. nu.19.* ubi quòd debet servari stylus in materia inventarii, ut dicatur validum, & attento stylo prædicto, diximus prædictum inventarium non reddi invalidum ob defectum dictorum testium.

177 Imò, si ostensum fuisset, alia inventaria confecta fuisse in d. Curia cum solemnitatibus, quæ non sunt in prædicto, non sufficisset, nisi etiam demonstratum fuisset, Inventaria confecta sine dictis solemnitatibus fuisse declarata, nulla, in terminis *Cavaler.decis. 184.*

178 Non refert, quòd decretum Judicis non fuerit interpositum post perfectum inventarium, sed in principio, quia potest validè interponi, tã in principio, quàm post illud perfectum, & hujusmodi præposteratio non vitiat actum inventarii, *Rota d.decis. 331.n.7.& 8. divers.par.5.* ubi quod sufficit semel fuisse interpositum, quia trahit secum beneficium inventarii, aliàs sequeretur, quòd post quamlibet additionem, quæ accideret fieri inventario, semper deberet de novo interponi aliud decretum, prout considerat *Rota d.decis.n.14.* ubi erat *Valasc. Consult.52.n.24.*

179 Et circa subscriptionem hæredis, quæ debet esse post consummatum inventarium dicitur, quòd cùm illud sit factum apud acta, & cum decreto Judicis, non est necessaria, *Grat.discept. forens.c.998.n.15. Alex.cons.112.n.4.lib.5. Grav.cõs. 52.Bald.d.cons.147.* quem refert, & sequitur *Rota d.decis.331.n.17.* ubi alios citat concordantes.

180 Allegata *dec.72.divers.par.2.* non potest applicari casui nostro, quia inventarium, de quo ibi, non erat factum coram Judice, prout prædictum, sed solùm coram Notario, ut ibi *n.32.* Itẽ in eo nulla facta fuerat descriptio nominum debi-

debitorum & creditorum,ut ibi num. 33. & in nostro adest hujusmodi descriptio. Item non aderat subscriptio hæredis, prout in prædicto;
181 & quod magis refert † in casu dictæ decis. non solùm non fuerat ostensum Inventarium,de quo ibi agitur, fuisset factum juxta consuetudinem loci, imò fuerat demonstratum alia inventaria confecta diverso modo, ut ibi num.30. in nostro autem casu, ut suprà dictum est, prædictum inventarium fuit confectum juxta stylum Curiæ Episcopalis Cortonæ, & fuit demonstratum,sex alia inventaria facta esse similiter in eadem Curia sine subscriptione, & interventu testium.

182 Pro sustentatione ejusdem inventarii fuit etiam consideratum, prædictum Dominum Rosadum, qui illud impugnavit,exegisse à d. Domino Antonio Maria hærede post inventarium confectum scutos centum ad computum eius dotis, unde resultat, quòd per hujusmodi exactionem dictum inventarium approbaverit, & quòd modò illud non possit impugnare, *Gratian.d.c. 998.n.21.* ubi alios allegat, stante quòd d.D.Rosadus habuit scientiam dicti Inventarii, cùm ille fuerit citatus.

183 Tandem libentius ad declarationem validitatis dicti inventarii devenimus, quia nullus fumus datus fuit doli commissi in eius confectione à d.Domino Antonio Maria hærede, cujus ætas decrepita,& optimè qualitates possunt elidere omnem suspicionem doli, qui tamen in simili actu apertissimis conjecturis probari debet,pulchrè *Homed. d.cons.53.n.16.* sicuti econ-
184 trà † adest præsumptio contra dictum Dominum Rosadum quòd foverit malam causam eò, quòd distulerit impugnare dictum Inventarium post decem annos , & post mortem præcicti Domini Antonii Mariæ, qui poterat esse magis instructus de ejus confectione, & de rebus pertinentibus ad illud, quàm sit dicta D.Elisabeth ejus hæres,ad trad. per *Menoch.præsumpt.91.n.1, & 4.lib.2.*

185 Ambas partes ab expensis Judicii absolvimus,ob Juris articulos, qui interfuerunt in hac causa, prout esse faciendum, docent DD. *in l. properandum,§.sive autem alterutra,C.de Iud.& in l.eum quem temerè ff.eod.tit.*

Et ita,&c.

186 In omnem autem eventum, quòd cessat dolus, competit restitutio in integrum ad Inventarium omissum conficiendum, quæ restitutio datur etiam Majori ex justa causa, *§. extraneis, Inst.de hared,qualit. & differ. Maurit. de rest.in integ.c.130.in fin. Add.ad Capell. Tolos.dec.55. vers. adde quod major Odd.de rest.in integ. q.89.art.7.n. 62.& seq.Reb.de restit.Gloss.1.art.1.n.33.* ubi dicit se vidisse de facto,cum aliis cumulatis per *Gratian.discept.797.n.19.*ubi de veriori opinione te-
187 statur,& multò magis ad Inventarium † non ritè factum supplendum, quo casu lex non potest dici omnino contempta, *Franc. decis.229.* cum aliis adductis per eundem *Gratian. d.discept.797 n 16 & n.23.* seu potiùs ad novum Inventarium conficiendum , prout concessit *Rota Florent. in causa Pisana restitutionis in integrum 16. Febr. 1641. coram Excell. D. Accarisio.Mor. lib.115. fol. 103.*

188 Quod quidem restitutionis beneficium est transmissibile, & datur etiam hæredi hæredis, *l.Non solùm,ff.de rest.in integ. Crav.cons.17. nu.2. vers.sed ista,Phanuc. de inv.par.2. n.36. vers. Item quod jus.Gozz. cons.68.n.12. Cald.de rest.in integ. in verbo Minorib.n.43. vers.prædicta,* ubi id comprobat,tam in hæredibus minorum, quàm majorum,*Odd.de rest.in integ.q.50. art.1.n.3. Franc. d.dec.229.n.7.*

189 Justa verò causa restitutionis in integrum est læsio,*Cap.1.ubi Abb.n.2.de rest.in integ. l.nam & posteà, si minor,ff.de jur.jur. Bald. in l. Emil.in 3. lect.n.2.ff.de minor.Odd.de rest.in integ.q.89. n.53. & n.58.& n.61.Franc.d.dec.229. n.7.* dummodo
190 † in majore in hoc casu concurrat aliqua probabilis ignorantia,veluti, si post aditam hæreditatem ingens æs alienum esset detectum , quod hæres scire non potuit ; nam tunc adest justa causa restitutionis in integrum, *Maurit de rest.in integ.c.130.in fin.vers.in quam sententiam,Gratian. discept.656.n.12.& d.discept.797.n.24.*

191 Vel si adsit error facti alieni, de quo hæres non habuit notitiam , qui ob id præbet justam causam restitutionis in integrum, *l. Error, ff.de jur.& fact.ign. Odd.de rest.in integ.quæst.13.art.9. n.54. & seqq. Rota Florentina in causa Florentina conservationis indemnitatis de Torrigianis 13 Octob. 1638. coram Excell. D. Venturino, Mor.lib.113.fol. 141.& seqq.*

192 Vel error communis aliorum, qui facit jus ad *l.Barbarius,ubi DD.ff.de offic.præfec. Vig.* prout in terminis Inventarii latè comprobavit *Rota Florentina,in dicta Florentina conservationis indemnitatis.*

193 Vel error Juris valde dubii,& perplexi, cujus ignorantia æquiparatur ignorantiæ facti, *Caval. dec.81,n.2.* & præbet causam justam restitutionis in integrum,latè *Rota Florentina in dicta Florentina de Torrigianis , & novissimè in dicta Pisana.*

Motivum.

194 Retulimus, concedendam esse D.Francisco Mariæ restitutionem in integrum ad conficiendum novum Inventarium paternæ hæreditatis,& obtinendum beneficia ex illo provenientia, non obstantibus in contrarium adductis.

Dari enim hanc restitutionem minoribus læsis,nemo revocavit in dubium, *Cyn. in l. scimus,C.de jur.delib. Bald.in l.Deniq, ff. de minor. Phanucc.de invent.par.2.n.24.Odd.de rest. in integ. q.89.art.7.Gratian.discept.c.76.* Et eandem competere etiam majoribus ex clausula generali , si qua mihi justa causa &c. concedunt pariter communiori calculo Doctores, ut per *Maurit. de rest.in integ.cap.130.Odd d.q.89.art.7. num.52. Balthas Thomas in Decad.tract.7.de invent.tit.24. n.2.*& latè probat,*Grat. discep. c.656. n.7.* reprobatis *Guid.Pap.dec.473,n.4.*& *Cald. in l. si curatorem,in verbis læsis,n.24.ad fin. C.de rest.in integ.* qui contrarium tenuerunt.

195 Quia verò duo erant probanda per D. Franciscũ Mariã, hoc est læsio,& justa causa;Læsionẽ satis probatã vidimus ex confessione creditorũ

adversariorum in petitione per eos porrecta, coram supremo Magistratu die 4. Janu. 1638. in qua narrârunt Petrum Andream, Patrem Domini Actoris, multo ære alieno fuisse gravatum, excedente vires patrimonii sui, ita ut creditores coacti fuerint, ne totum perderent, concordare cum eo, & acquiescere promissioni solidorum decem pro qualibet libra, & paucis mensibus post concordiam d. Petrum Andream decessisse soluta modica summa concordatæ quantitatis. Hinc ergo erat in confesso decoctio dicti Petri Andreæ, quæ non permisit dubitare de læsione filii in acceptanda simpliciter ejus hæreditate, cùm ad hunc effectum læsio constat in gravi ære alieno, quo hæreditas involvatur, *Franc. Marc. decis.302.n.2. Guid. Pap. decis.142. Odd.d.qu.89.n.58. Menoch.cons.1094.num.30. Surd. cons.95.n.9. & seq. Gratian.discept.cap.767.nu.51. & 52. Barz.dec.64.num.51. Rot.Rom.div.decis.197 n.10.*

196 Justa causa, sine qua Major frustrà implorat restitutionis auxilium, *l.1.ff.ex quibus caus.Major.* visa fuit nobis legitima ignorantia D. Francisci Mariæ deducta ex negotii serie, quæ talis est.

197 Mortuo Anno 1614. D. Petro Andrea relicto hujusmodi filio infante, D. Isabella ejus mater, & tutrix, nolens eum teneri ultra vires ad paterna debita, adivit ejus nomine hæreditatem patris, & illius confecit Inventarium nullis servatis solemnitatibus Juris communis, cui in hoc per statutum derogatur. Sub fide hujus Inventarii vixit semper D. Franciscus Maria, etiam factus major, donec Anno 1638. à creditoribus paternis in Jus vocatus, & causa ad referendum commissa, emanavit relatio, & decretum destructivum dicti Inventarii, & ob non servatas solemnitates in illius confectione, & in motivo dictum fuit, non suffragari remissionem factam ex statuto, quia illud loqueretur de hærede Inventariû conficiente, & ad illum verba dirigeret, & ideò non posset habere locum in hærede pupillo, qui medio tutore adit, & facit Inventarium, non per se ipsum.

198 Quod quidem Decretum visum nobis est, declarare articulum Juris hactenus nunquam declaratum, adeò dubium, ut ignorantia istius intellectus statutarii æquiparari possit ignorantiæ facti, ob perplexitatem, & sufficere debet ad obtinendum restitutionem, *Odd.de rest.q.8. art.8 n.41. Buratt.decis.899.n.6. Rot.recent. par.2.decis. 268.n.3. & dec.603.num.14. & divers.par.6.decis. 159.num.9. & decis.287.n.14. & dec.360. num.11.*

199 Imò adeò † non dubitavimus de difficultate articuli, ut potiùs dubitaverimus de veritate supradicti intellectus, & res fuisset integra, & nobis demandata hæc provincia, fuisset sententia nostra in contrariam partem facilè inclinatuta. Licèt enim statutum de hærede loquatur, satis dicitur fieri per pupillum hæredem, quod fit à tutore ejus personam repræsentante, *arg l.Tutorem 22.ff de his quib.ut indig l.adversus 30. §. Tutores, ff de inoff. test. & § si Tutor.inst. eod.tit.*

200 Et in terminis hoc Jure communi decisum habemus, à quo statuta quamvis correctoria recipiunt interpretationem, *Rolan.cons.80.num.27 lib. 4. Honded.cons.1. num.33. lib.1. Magon.decis.Lucen.22. Rot.divers.par.5.dec.178.num.1.* Nam & *Justinianus in l. ult. C. de Iur.delib.* concessit † nominatim hæredi facultatem eximendi sese à periculis hæreditariis, conficiendo inventarium, & quidem per verba præcisa ibi, *Omni tamen modo inventarium ab ipso conficiatur*, ponderando pronomen, *ipso*, quod est personalissimum, *Barbos. dict.56.num.3. & 4 Gratian.c.104.num.13. Rot.divers.p.5.dec.36.n.3.*

201

202 Et tamen communiter receptum est inventarium posse per procuratorem specialem confici, *Salic.in d.l.ult.n.12. Phanucc.de invent.p.3.nu. 69.*

203 *Bero.q.64.n.2.* Et † confectum à tutore nomine pupilli ei suffragari, *Par.cons.25.num.44. lib.1.*

204 *Borgni de tut. & cur.num.67.* Non † videtur ergo diversimodè intelligendum statutum de eadem materia disponens, maximè quia admisso alio intellectu, sequeretur absurdum, quòd pupillus miseratione dignus, & cui semper Jura favent, esset deterioris conditionis Majore, seu adulto.

205 Hæc tamen dicta sint obiter, & extra munus nostræ relationis, & quicquid sit de veritate, sufficit nobis D. Franciscum Mariam legitimè potuisse ignorare dicti statuti intellectum, & meruisse restitutionem in integrum, postquam illum scivit.

206 Non obstat aliquis temporis lapsus, quia quadriennium, assignatum petendæ restitutioni in integrum, non currit, nisi à die scientiæ, *l. Supervacaneam, C. de temp.rest.in integ. Odd.q.20.ar. 4.n.37.* & D. Franciscus Maria fuit semper in justis tenebris ignorantiæ, donec supradictum Decretum oculos eius adaperuit, à quo nec annus præteriit.

207 Non obstat etiam prætensa illius scientia multo ante, & deducta, eo quòd pendente prima lite dixerit oretenus, se aliud Inventarium confecisse, hinc jussus fuerit à Magistratu exhibere dictum à se compositum Inventarium, licèt nunquam exhibuerit, ex qua repetita confectione videbatur inferri, ei innotuisse invaliditatem primi actus

Quia assertum secundùm Inventarium nullibi apparuit, & confessio allegata pariter nullibi legitur, unde tamquam dubia non facit aliquem probationis gradum, *DD. in l. unica, C. de confess. Cravet.cons.147.n.9. & 10. Crot.cons.61.n. 14. Buratt.decis.183.n.19. Rota recent.p.1.dec.444 n.8.*

208 Præceptum Magistratus de d. Inventario exhibendo fundatur expresè in asserta confessione ab eo oretenus facta, quæ potuit forsan esse qualificata, & dum non apparet, non potest attendi, immò verba dicti præcepti optimè possunt convenire Inventario materno, sunt enim ista. Dena hauer prodotto l'Inventario, che asserisce hauer lui fatto dell'hæreditâ paterna nell'adirla con tal beneficio. Quod enim fecerat mater nomine ipsius, potuit dici factum ab eo vulg. *l.1.§.dejecisse, ff. de vi, & vi arm.* dum er-

209 go † hæc confessio non extat, & sub nube colligenda est, debet ad commodum consentis intelligi, *Caputaq. decis. 189 par. 1. Mnoch. cons.*

cons.929,n.27,Rot.rec.par.2,dec.633,n.7,Adden. ad Buratt.dec.443,n.5.

210 Tandem non obstat, D. Franciscum Mariam alienasse quædam mobilia ex paternis substantiis descriptis in inventario Materno. & ideò re non integra cessare remedium restitutionis, *Gratian.c.767,n.45,& 46.*

211 Quia cùm hoc fecerit citra dolum, vel fraudem, existimans se tutum ex inventario antea facto, debuit etiam ab alienatione bona fide secuta excusari, & admitti ad novum inventarium, & reddita Creditoribus ratione alienatorum, ut decisum fuit in causa, super qua *Grat.* scripserat, ut idemmet testatur *d.n.46.*

212 Et contraria per *Gratianum* adducta de re non integra, possent procedere, ubi Minor petita, seu obtenta restitutione, teneretur Adversario aliqua præcisè relaxare, tunc enim adempta per alienationem relaxandi facultate, cessare debet restitutio, ne sequeretur in damnum Adversarii. At in casu nostro res alienatæ adhuc futuræ essent Domini Francisci Mariæ post in-

213 ventarium, quod non facit † quo minus Hæres sit verè dominus, *Rot.divers.par.5, decis.304,n.2* & in arbitrio illius est ex rebus, vel ex rerum pretio Creditoribus satisfacere, unde ex seruta distractione non potest ad hunc effectum dici res non integra, nec aliquod sentiunt Creditores damnum, reddita eis ratione valoris, & pretii.

Ex his ergo, &c.

SUMMARIUM CAP. X.

1 *Qui non potest probare per scripturas, potest cogere Adversarium ad respondendum positionibus.*
2 *Positiones producuntur excipiendo simpliciter, & etiam citata parte.*
3 *Productio positionum, quæ sit excipiendo simpliciter, & ejus formula*
4 *Productio positionum, quæ sit parte citata, & ejus formula.*
5 *Citatio ad dicendum contra articulos, & ejus formula, & processus.*
6 *Positiones seu articuli, & earum formula.*
7 *Monitorium ad respondendum positionibus & ejus formula, & reproductio, & quid contra illud opponi possit.*
8 *Citatio ad respondendum positionibus, & earum formula, & processus.*
9 *Responsio, quæ sit positionibus, scribitur in actis ab Actuario, & quomodo.*
10 *Partitum litis decisivum, quando fieri soleat.*
11 *Citatio ad videndum sibi fieri partitum litis decisivum, & ejus formula, & processus.*
12 *Partitum litis decisivum, & ejus formula.*
13 *Parte non jurante juxta formam partiti sibi facti, aut quid relevans non deducente, jurat qui partitum fecit, & quomodo.*
14 *Brevis dilatio ad jurandum super partito obtineri potest.*
15 *Protestatio ad obtinendam dilationem ad jurandum super partito, & ejus formula.*
16 *Positiones Parte petente sunt producendæ medio juramento tactus, &c.* & n.21.
17 *Juramentum credulitatis, aut calumniæ, parte non petente, potest tacitè omitti.*
18 *Petere positiones jurari veras, est valde utile, & quære,* & n.13.
19 *Positiones medio juramento tactis, &c. producens fatetur in eis contenta, nec potest hanc judicialem confessionem revocare.*
20 *Parte non petente positiones jurari veras, & illis respondente, responsio valet.*
21 *Si pars non petit positiones jurari veras, & Judex illas pronunciat pro confessatis, valet pronuncia, & quære,* & n.16.
22 *Ubi militat ratio, idem jus statui debet.*
23 *Positiones jurari veras concerni particulare interesse, & ob id dictum Juramentum potest tacitè omitti.*
24 *Positiones fateri, & illas pronunciari pro confessatis, paria sunt.*
25 *Paria sunt esse tale, & haberi pro tali.*
26 *Juramento Calumniæ, aut Veritatis non præstito Processus est nullus.*
27 *Juramento Calumniæ, aut veritatis tacitè omisso Sententia est valida.*
28 *Mandatum Procuræ esse minus legitimum, & jura non esse in forma probanti, si non fuit oppositum, Sententia est valida.*
29 *Stante Staeuro, quòd Positiones dentur medio juramento, non potest hujusmodi juramentum omitti etiam tacitè, nisi Pars habeat de omissione notitiam, & tamen non opponat.*
30 *Positionibus respondendum est medio juramento tactis, &c.*
31 *Positionibus respondendum est per verbum credit vel non credit.*
32 *Responsio facta Positionibus per verbum credo, vel existimo præjudicat, ac facta per verbum veritatis.*
33 *Respondens Positionibus per verbum credo, si convincatur de mendacio, est perjurus.*
34 *Contra respondentem Positionibus convictum de mendacio, & sic perjurum, potest jurari in litem.*
35 *Perjurus in respondendo positionibus subjacet diversis pœnis, non tamen punitur criminaliter.*
36 *Perjurus in respondendo Positionibus potest puniri criminaliter, quando ex propria confessione est de perjurio convictus.*
37 *Negans Positiones veras in facto alieno perjurus non efficitur, nisi certificatus persistat in negat. vel teneatur, vel præsumatur illud scire.*
38 *Causa qualibet rationalis à perjurio excusat.*
39 *Semel respondens sufficienter Positionibus non tenetur iterum respondere, nisi positio contineat plura copulativè, vel Judici aliud videatur.*
40 *Potest quis hodie credere unum, & cras aliud absque incursu perjurii, in facto alieno, secus in facto proprio.*
41 *Positionibus respondendum singulariter singulis purè & simpliciter.*
42 *Responsio si mutuasti, restitui, admitt. de jure secus ex dispositione decisoria Statuti Urbis.*
43 *Positione in parte non vera existente, admittitur responsio, non credit, ut ponitur.*
44 *Positioni veræ, sed injustæ, potest responderi non credit ad effectum, ad quem ponitur, ex praxi.*
45 *Responsio non credit, ut ponitur, ad effectum, ad quem po-*

ponitur, non admittitur, sed benè admittitur responsio, non credit, ut ponitur, nec ad effectum, ad quem ponitur.

46 Responderi non potest Positionibus per verbum nescio.

47 Responsio, ignoro, ideo non credo, non est bona, secus responsio non credo, quia ignoro.

48 Positio in parte falsa, an possit negari in totum.

49 Responsio credit si appareat instrumentum, de cujus tenore ponitur, non admittitur in Curia.

50 Responsio refert se ad Instrumentum, vel ad Acta, vel credit, prout in instrumento, admittitur in Curia, & continet confessionem limitatam.

51 Responsio, credit, prout in instrumento, si in eo non reperitur id, quod quis ita confessus est, non præjudicat.

52 Responsio, refert se ad Instrumentum, non est bona, si in Positione non sit mentio de illo.

53 Dilatio ad respondendum datur Dubitanti de veritate positionis, si respondendum sit per verbum veritatis, secus si per verbum credit, vel non credit.

54 Dilatio ad respondendum datur Dubitanti, quando positio continet factum alienum, vel antiquum, vel intricatum, jurato de Calumnia, aliàs secus.

55 Positioni de facto alieno penitus incerto, potest responderi per verbum nescio, secus ex dispositione Statuti Urbis.

56 Procuratori generali super responsione facienda Positionibus datur dilatio ad consulendum Dominum.

57 Copia Positionum datur in Curia respondere debenti, sed hoc plurimum residet in arbitrio Judicis.

58 Positionibus dispositivè non interrogativè conceptis est respondendum.

59 Positioni criminosæ, vel captiosæ, incertæ, obscuræ, dubiæ impossibili, juri contrariæ, & similibus, non est respondendum.

60 Positionibus negativè est respondendum arbitrio Judicis.

61 Positioni continenti in se affirmativam, est omninò respondendum.

62 Positionibus objectivis est respondendum.

63 Positionibus merè objectivis non est respondendum, secus si contineat jus Partis.

64 Positionibus etiam impertinentibus est respondendum & quare.

65 Positionibus impertinentibus, quando est certum eas esse tales non est respondendum, secus in dubio.

66 Positionibus non facientibus ad causam, non est respondendum.

67 Positiones irrelevantes non sunt admittendæ, nec illis est respondendum.

68 Positionibus tenetur respondere ipsemet Principalis.

69 Positionibus potest respondere Procurator, quando quis litigat per Procuratorem.

70 Adponendum, & respondendum Positionibus requiritur Mandatum specialissimum, ad respondendum sic, & sic, aliàs Procurator nihil agit.

71 Confessio facta à Procuratore sciente Domino præjudicat, nisi revocetur, docta de errore.

72 Procurator etiamsi Mandatum sufficiens non habeat, potest cogi ad respondendum Positionibus in his, quæ sint uti extraneus.

73 Petens responderi Positionibus ab Absente, tenetur illas ad eum suis sumptibus transmittere, & quando secus.

74 Procurator allegans absentiam sui Principalis tenetur curare, ut Positiones ad eum transmittantur, sumptibus ejusdem sui Principalis, secus ex dispositione Statuti Urbis.

75 Responsio, quæ sit Positionibus, debet esse talis, qua reddat certam Partem, & Judicem.

76 Respondent obscure Positionibus potest cogi ad clarius respondendum, cùm habeatur pro non respondente.

77 Rota in suo Tribunali non admittit, quod obscurè respondens habeatur pro non respondente, nisi quis citatus fuerit ad respondendum magis præcisè.

78 Contumax in respondendo Positionibus, in Rota, non repellitur à limine.

79 Actor in Tribunali A. C. non potest obtinere Mandatum, nisi respondeat Positionibus, quas Reus ad id produxit excipiendo.

80 Positionibus respondendum est absque consilio Advocati.

81 Secus in Curia, in qua datur copia positionum ex Praxi.

82 Rusticus, nisi sit sagax, potest respondere Positionibus cum præsentia Procuratoris, vel Advocati.

83 Admissio Articulorum cum clausula, salvo jure impertinentium operatur, Pars possit docere de impertinentia in quavis parte judicii.

84 Positiones admissæ, salvo jure impertinentium, habentur pro non admissis, si de jure non erant admittendæ, nisi parti posset imputari, quod consensisset.

85 Positiones quando clarè constat esse pertinentes, vel impertinentes, sint simpliciter admittendæ, vel rejiciendæ, secus in dubio.

86 Positiones irrelevantes non sunt admittendæ, sed in dubio potius debent admitti quàm rejici.

87 Positiones pertinentes quando dicantur.

88 Contumax in respondendo positionibus habetur pro negante, vel confitente, prout ei deterius est.

89 Positionibus obscurè respondens, si denuo citatus ad respondendum magis præcisè est contumax, habetur pro confitente, vel negante prout illi deterius est.

90 Positio super quantitate quomodo concipi debeat, ut certa confessio haberi possit.

91 Positionibus qui respondere tenetur, debet moneri.

92 Monitorium in causis exequutivis non requiritur ad respondendum positionibus.

93 Judex pronunciat positiones pro confessatis, si monitus, & citatus respondere recusat.

94 Positiones pronunciatæ pro confessatis plene probant contra Contumacem in respondendo.

95 Confessio ficta perit perempta instantia.

96 Pronuncia positionum pro confessatis, defuncto Contumace ante sententiam, non transit ad hæredes.

97 Libello inepto, existente, Contumax in respondendo positionibus non habetur pro confesso.

98 Positiones non possunt haberi pro confessatis nisi servata forma, cap. 2, de Confess. in 6, & nisi respondere debens sit monitus, & non possit se excusare, & Positiones sint ei lectæ, & n. 92.

99 Cau-

99 *Causa qualibet, etiam colorata, excusat à contumacia.*

100 *Nolens audire positiones, vel declarans, nolle respondere habetur pro confesso.*

101 *Rota tenet, Positiones extra ejus Tribunal pro confessatis ritè haberi, concurrentibus requisitis* Franc. in c.2, de confess. in 6.

102 *Rota non pronunciat Positiones pro confessatis, sed monet sub pœna, & procedit ad Excommunicationem, & Brachii secularis invocationem contra Contumacem.*

103 *Rota de stylo non admittit fictas confessiones, nisi Positiones essent pronunciatæ extra Rotam pro confessatis, servata forma,* c.2, de Confess. in 6 *& concurrentibus requisitis,* Franc.

104 *Stylus recentior Tribunalis A. C. non attendit fictas confessiones Positionum, nisi quoad semiplenam, & adminiculum.*

105 *Contumax in respondendo Positionibus servata forma* c.2, de confess. in 6, *& concurrentibus requisitis* Franc. *est habendus pro confesso, etiam in Tribunali A. C. secundùm opin. Rotæ.*

106 *Statutum, Consuetudo, & Stylus Tribunalis, in quo Processus est fabricatus, attendi debet, quoad ejus validitatem.*

107 *Contumacia in respondendo Positionibus potest semper purgari re integrâ ante conclusam in causa, & latam Sententiam.*

108 *Respondens Positionibus potest incontinenti suam confessionem revocare, & quando dicatur incontinenti.*

109 *Appellatio à Pronuncia Positionum pro confessatis non datur.*

110 *Sed in Curia Capitolina observatur opinio contraria.*

111 *Sicut coram Viarum Præside, ad quem devolvitur causa Appellationis à Magistris Viarum Judicibus Capitolinis.*

112 *Jus Canonicum admittit appellationem à quolibet gravamine, & sic etiam à pronuncia Positionum pro confessatis.*

113 *Appellatio datur à pronuncia Positionum pro confessatis, si res est integra, & jus Adversarii non est effectum deterius.*

114 *Stante Statuto, quod contumax in respondendo Positionibus habeatur pro confesso, non datur Appellatio à pronuncia ejus vigore facta.*

115 *Lata Sententia in meritis causæ, res non est integra, & ob id non appellatur à pronuncia Positionum pro confessatis licet possit probari contrarium.*

116 *Responsio facta Positionibus scribi debet ab Actuario.*

117 *Juramentum est maximum remedium litium expediendarum.*

118 *Juramentum litis decisivum unde dictum, & quotuplex sit.*

119 *Juramentum decisivum extrajudiciale, & ejus species.*

120 *Juramentum Judiciale decisivum, seu decisorium, quid sit.*

121 *Juramentum decisivum Judiciale habetur pro plena probatione.*

122 *Juramentum decisorium habet speciem transactionis, & majorem authoritatem, quam res judicata.*

123 *Juramentum decisorium civiliter non retractatur per probationes contrarias.*

124 *Confessio Jurantis admittitur ad juramentum decisorium retractandum.*

125 *Sententia, virtute juramenti decisorii ad favorem Legatarii lata, retractatur, si post apertas tabulas constet Legatum, vel Fideicommissum non fuisse relictum, & n.* 175.

126 *Juramentum decisorium retractatur, quando exceptio est cum juramento compatibilis.*

127 *Juramentum declaratum potest Judice approbante referri.*

128 *Jurare, aut solvere nolens habetur pro confesso.*

129 *Jurare, aut solvere, aut referre, quis recusare non potest.*

130 *Etiam si dicat velle contrarium probare per Testes.*

131 *Justa subsistente causa quis jurare, aut referre non cogitur.*

132 *Juramenti decisorii declarationis, & relationis quæstio inter Partes, Judicis arbitrio relinquitur, tam Jure, ff. quàm Jure C.*

133 *Justæ causæ, ob quas quis non tenetur jurare aut solvere quamplurimæ sunt.*

134 *Prodigus, Furiosus, & similes; non tenentur jurare, aut solvere.*

135 *Procurator non potest deferre juramentum decisivum, nisi habeat ad hoc mandatum speciale.*

136 *Minor 14. annis non potest jurare, aut referre.*

137 *Procurator & Defensor non coguntur jurare, aut referre.*

138 *Qui in loco non cogitur judicium subire, nec etiam ibi jurare, aut referre tenetur.*

139 *Is, contra quem Actio non potest proponi, non cogitur jurare.*

140 *Super exceptione, quæ non potest opponi quis jurare non compellitur.*

141 *Quando jus Actoris minuitur, non cogitur Actor Reo deferente jurare.*

142 *Qualitas & modus jurandi in controversiam deductus, donec arbitrio Judicis terminetur, est justa causa recusandi juramentum oblatum, vel relatum.*

143 *Ignorans, vel Dubitans non tenetur jurare.*

144 *Ignorans tenetur jurare credulitate secundùm Aliquos.*

145 *Timor, ne postea alio agente perjurium detegatur, est justa causa recusandi juramentum & quando hoc procedat.*

146 *Qui non tenetur defendere, nec etiam tenetur jurare.*

147 *Habens Instrumentum obligationis non tenetur jurare, nisi super solutione.*

148 *Emptor se defendens, ut paret sibi actionem de evictione, non cogitur jurare, ne illam amittat.*

149 *Habens intentionem fundatam non cogitur jurare.*

150 *Testibus publicatis, quis non cogitur subire juramentum decisorium.*

151 *In actionibus famosis referri non potest.*

152 *Deferens juramentum decisorium, tenetur Parte petente, jurare de Calumnia.*

153 *Referens non tenetur jurare de Calumnia.*

154 *Juramentum Calumniæ potest tacitè omitti.*

155 *Patrono, & Parentibus juramentum decisorium aquè remittitur.*

156 *Assumens in se onus probandi, si non probat, non potest*

potest offerre Partitum litis decisivum.

157 *Contrarium quod possit offerre.*

158 *Distingue: aut quis revocat oblationem, & assumit in se onus probandi, & tunc si non probat, non potest redire ad oblationem, aliàs secus.*

159 *Juramentum decisorium potest ab initio, nullis propositis probationibus, deferri.*

160 *Juramentum decisorium potest deferri etiam ab eo, qui nihil probavit.*

161 *Petenti dari debet congrua dilatio ad jurandum, & quare.*

162 *Termino ad jurandum pendente potest oblatio juramenti à Parte non acceptatâ revocari, etiam sine causa.*

163 *Oblatio seu delatio juramenti à Parte acceptata, non potest sine justa causa revocari.*

164 *Justa causa revocandi dilationem juramenti, à Parte acceptatam, est, si novæ probationes supervenerint.*

165 *Revocata delatione juramenti non potest revocans ad illam redire.*

166 *Praxis Tribunalis A. C. in materia juramenti decisorii est Juri consona, & quid observet.*

167 *A Sententia lata contra deferentem juramentum decisorium non datur appellatio.*

168 *A Sententia lata ad favorem ejus, qui volente deferente juramentum oblatum recusavit, non datur appellatio.*

169 *A Sententia lata contra deferentem, qui juramentum relatum recusavit, non datur appellatio.*

170 *A Sententia lata contra referentem, qui juramentum primò deferenti remisit, non datur appellatio, & quare.*

171 *Is, cui juramentum est delatum, si jurare noluit, & Judex contra eum Sententiam protulit, potest appellare.*

172 *A Sententia lata virtute juramenti relati posse referentem appellare, verius videtur.*

173 *Contrariam opinionem uti communem tenet, & defendit Osascus.*

174 *A Sententia latâ virtute juramenti decisorii ad favorem Legatarii, vel fideicommissarii, datur appellatio, si post apertas tabulas nullum legatum, aut fideicommissum relictum appareat, & quare.*

De Positionibus. Pars Prima, Cap. X.

1 QUoties nova conventio, solutio, aut alia similis exceptio non poterit probari per scripturas, ad alia probationum genera recurrendum erit, ob id si exceptio versetur in facto proprio Adversarii, aut de quo ipse habeat certam notitiam, poterunt fieri Positiones, seu Articuli, & cogi Adversarius ad respondendum illis per verbum credit, vel non credit.

2 Possunt Positiones in Actis produci, vel excipiendo simpliciter, vel citato Adversario ad dicendum contra Articulos, excipiendo simpliciter possunt Positiones in Actis produci, ut infra videlicet.

3 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & ad docendum de suo bono jure, Excipiendo, &c. medio juramento tactis,
A &c. A facto produxit Positiones, seu Articulos, prout in folio tenoris, &c. & juravit de Calumnia in forma, ac protestatus fuit, nihil innovari, nisi prius per Adversariummet fuerit illis responsum singulariter singulis purè, & simpliciter, medio juramento tactis, &c. B. per verbum
B credit, vel non credit, C, aliàs protestatus fuit de
C nullitate, &c. omni, &c.

Et tunc nisi Adversarius respondeat, ut supra, non poterit obtinere Mandatum, nec ad ulteriora procedere in causa.

Citato verò Adversario ad dicendum contra Articulos, vel aliàs agendo, possunt Positiones in Actis produci, ut infra videlicet.

4 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & ad docendum de bono jure, &c. medio juramento tactis, &c. facto produxit Positiones, seu Articulos, prout in folio tenoris, &c. & juravit de Calumnia in forma, Petens Adversarium cogi, & compelli ad respondendum illis medio juramento tactis, &c. per verbum credit, vel non credit, singulariter singulis purè, & simpliciter aliàs, &c.

Et citatus Adversarius, ut infra, videlicet.

A. C. N.

5 Citetur NN. ex adverso principalis ad dicendum contra Articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario causæ examen, & receptionem juramentorum in forma ad p.d. Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Et facta productione Positionum, Actis in termino dictæ citationis obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, salvo jure im-
D pertinentium, & non admittendorum, D. & committi in forma omni, &c.

6 Possunt Positiones, seu articuli fieri secundùm infrascriptam Formulam, & alias mutatis mutandis, secundùm facti contingentiam.

Formula Positionum.

Positiones, & Articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine NN. in causa, quam habet cum NN. Petens recipi, & admitti, ac Partem adversam cogi, & compelli ad respondendum illis, medio juramento tactis, &c. purè & simpliciter per verbum credit, vel non credit, singulariter, & singulis aliàs pronunciari pro confessatis, vel negatis, prout utilius erit Ponenti, & deterius respon-
E dere Recusanti E. Et si per Adversarium negari contigerit, petit super illis Testes inducendos examinari, servatis de jure servandis, omni, &c. deducens omne jus, &c. ad superfluam tamen probationem non se astringens, &c. salvo jure, &c. non solùm ut supra, sed omni alio meliori modo, &c.

In primis hic loco Articulorum repetit omnia jura, in quantum, &c. ex quibus, &c. licèt, &c tamen ad abundantiorem cautelam, & quate-

nus

nus opus sit,& non aliàs, &c. vulgari sermone.

Prima pone,che la verità fu,et è,ch'esso NN articolante del Mese di NN. pagò à detto NN. Auversario seuti mille di moneta , per resto di quanto gli doueva fino à quel giorno : e se non
F crede di tanta somma, dica di quanta, F.e così, &c.

Secondo,che detto NN.confessò in detto tempo alla presenza del medesimo NN. esser da lui intieramente sodisfatto,e pagato di quanto fino à quel giorno li doueva,e così,&c.

Terzo, che detto NN. fece quietanza, e patto à d.NN.di non domandargli più, cos'alcuna di quanto gli era stato debitore fino à quell'istesso giorno,e così,&c.

Quarto, che detto NN. Auversario in più,e diversi tempi, e luoghi, hà dipoi confessato à più,e diverse persone d'esser stato del tutto pagato,e sodisfatto da detto NN.di quanto gli doveva,e così,&c.

Quintò, che delle dette cose ne fù,era, & è publica voce,e fama,e così,&c.

Hos pro nunc,&c.salvo jure,&c. deducens, &c.non se,&c.omni,&c.

Productis positionibus,reproducta Citatione ad dicendum contra Articulos , & obtento Decreto,ut supra , obtinetur Monitorium contra respondere debentem positionibus tenoris infrascripti,videlicet.

7 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C.seu R.P.D.NN.ejus in Civilibus Locumtenē. & ad instantiâ NN. principalis tenore præsentiū.

G Moneatur G, NN. quatenus infra triduum sub pœna pronunciationis pro confessatis, & aliis arbitrio Domini,debeat Positionibus, in Actis pro parte dicti NN.exhibitis,respondisse singulariter singulis purè, & simpliciter, ac sufficienter per verbum credit, vel non credit,medio juramento tactis,&c.ac veritatem deposuisse,& præsentibus omninò paruisse,&c.& si quis,&c. omni,&c.

NN.Notarius. Locus † Sigilli.

Quo Monitorio contra Adversarium executo personaliter per Cursorem,facit idem Cursor de hujusmodi exequutione fidem in pede illius,& reproductio ejusdem notatur in Broliardo hoc modo,videlicet.

Pro NN.contra NN.

Coram Domino,meque,&c.NN.Sanctiss.D. N.Cursor,retulit se ad instantiam NN.monuisse NN.prout in folio tenoris,&c.& prout habuit in mandatis,omni,&c.

Et si deinde Adversarius remanet contumax in respondendo, sive opposuerit generalia cōtra d.Monitorium, *ut in p.2,c.2,n.9,* sive illa non opposuerit elapsis dd.tribus diebus post exequutum Monitorium,citatur,ut infra, videlicet.

A.C.N.

8 Citetur NN. ex adverso principalis ad respondendum Positionibus in Actis datis per verbum credit,vel non credit, medio juramento tactis, &c.aliàs videndum pronunciari pro confessatis,
H H.ad p.d.Instante NN principali,sive,&c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra,nisi ad p.d. cum intimatione,omni,&c.

A.C.N.

Intimetur NN.ex adverso principali, qualiter Dominus pronunciavit Positionem pro confessatis , & alias prout in Actis , instante NN. principali,sive,&c.

N.Notarius.

Vel si magis placet,poterit citari Pars ad respondendum Positionibus , aliàs gravari juxta Praxim inferius positam *p.2,c.2,n.11,& seq.*

9 Quod si Citatus compareat , & positionibus respondeat,Notarius scribit in pede positionum illius comparitionem,& responsionē, videlicet.

Die NN.comparuit NN.& medio juramēto tactis respondit, I, suprascriptis Positionibus, prout in margine uniuscujusq; illarū,omni, &c.

Et in margine cujuslibet Positionis adnotat Actuarius singulas responsiones per verbum credit , vel non credit.

10 Solet aliquando quis ita probationibus destitutus reperiri, quod si positiones ab Adversario negari fortè contingeret , intentionis suæ fundamentum probare non valeat , ob id non semel solet eo casu offerri Partitum litis decisivum citata parte,ut infra,videlicet.

A.C.N.

11 Citetur NN.ex adverso principalis ad videndum sibi fieri Partitum litis decisivum,& jurandum super eo,vel referendum , aliàs videndum per Dominum mandari referri ad p.d. Instante NN.principali,sive,&c.

Decretum. N.Notarius.

Relatione facta comparuit NN. & repetiit Partitum hac die in actis factum,repetiit,& obtinuit,ut supra , nisi ad p.d.cum Intimatione omni,&c.

A.C.N.

Intimetur NN.ex adverso principali,qualiter Dominus mandavit referri , & aliàs prout in Actis,Instante NN.principali,sive,&c.

N.Notarius.

Partitum verò fieri solet à Parte , & scribi in Broliardo Actorum ab Actuario,ut infra , & aliàs secundùm contingentiam facti,videlicet.

Pro NN.contra NN.

12 In Officio &c.NN.& fecit Parti adversæ infrascriptum Partitum videlicet.

Che la verità fù,& è,che il d. NN.sotto il dì N.del mese N. dell' Anno N. diede in plura,e semplice prestanza à d.NN.scudi venti moneta, e così fù,& è vero,&c.

Vel potest fieri à Reo,qui pecuniam,vel aliam rem debitam restituit,& unde hoc probet, non habet,ut infra,videlicet.

Pro NN contra NN.

In officio,&c.NN. & fecit parti adversæ infrascriptum Partitum,videlicet.

Che la verità fù,& è che d. NN. del Mese di N.prossimo passato,restituì al d.NN.scudi venti moneta,e così fù,& è vero,&c.

13 Et si exequuta intimatione,Citatus in termino in decreto assignato,non juret,juxta formam Partiti,seu quid relevans non deduxit, tunc Intimatione reproducta , qui fecit partitum jurat super eo,ut infra,videlicet.

Pro NN.contra NN.

Coram Domino,meq; &c.NN.& super parti-

to aliàs facto sub die NN. ut supra in actis f. N. medio juramento tactis, &c. juravit Partitū, & in eo contenta fuisse & esse vera in forma, ỗni, &c

Ex adverso verò is, cui partitum est oblatum,
14 si aliquam brevem dilationem ad ut supra jurandum prætendit, & interim non vult illud posse revocari, poterit protestari, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

15 In Officio, &c. NN. & acceptando Partitum sibi factum, dixit nihil fieri, nisi prius ex adverso juramento de calumnia, & dato sibi competenti termino ad deliberare jurandū, aliàs, &c. omni, &c

Observationes.

A
16 POsitiones sunt in actis producendæ medio juramento tactis, &c. aliàs quis nō tenetur illis respōdere, *Bal. in c. in pertractandis nu. 1, in fi. de ju. Cal. Jas. in l. possideri nu. 24, ff. de acq. poss. & in l. judices, nu. 7, C. de ju. Alex. cons. 151, n. 2, C. de ju. Alex. cons. 151, n. 2, vers. & Joanna producendo, lib. 5.*

17 Sed hoc procedit Parte opponente, & hujusmodi juramentum petente, aliàs secus, nā quando juramentum credulitatis, aut Calumniæ non petitur, potest tacitè omitti, *Glos. in c. si post, de Conf. in 6, in 1, not. Gravat. ad Vestr. in Prax. l. 5. c. 14, n. 16, vers. quod plane*, ibi scilicet, Adversario hoc petente, *Auctor Formul. Commiss. sub tit. de Posit fol. 12*, ibi Reus petit, & ibi, non licet uni, *Papi in Prax. in For. excip. contra Posit. in §. petens ante omnia, in vers. sub ejus Calumniæ juramento, & ibi Add. in verb. Calumnia juramento, Luc. Pet. in prax. l. 2, cap. 4, n. 9* ibi peti potest, *Sal. Tiber. in Prax. l. 2, cap. 13, n. 16*, ibi Parte petente, *Rota decis. 32, aliàs 3, num. 1, in fin. de seq. poss. & fruct. in novis*, ibi si hoc petatur, *Fenzon. ad Stat. Urb. c. 68, n. 28, & n. 36, & seq. lib. 1*, & aliis quos cumulat, & sequitur, *Post. de Manut. obser. 83, n. 11.*

18 Petere autem Positiones ex adverso jurari veras, est valde utile, quia licèt Articulans nō fateatur, † ramen Ponens fatetur, & ob id si Ponens
19 dat Positiones medio juramento, fatetur cū juramento omnia in eis contenta, & hujusmodi confessio habet vim judicialis. *Gregor. dec. 385, n. 3, & ibi Beltram. n. 5, & decis. 408, n. 1*, et nō poterit amplius postea hujusmodi confessionē revocare, *Gravat. ad Vestr. d. l. 5, c. 14, n. 16, & seq.*

20 Ex quibus primò infertur, quòd si Adversarius, non petito hujusmodi juramento, respōdet Positionibus, responsio est valida, *Vest. d. l. 5, c. 14, & ibi Grava. n. 16*, cum aliis supra allegatis.

21 Secundò infertur, quòd si dicto juramento nō petito, Positiones fuerunt à Judice pronunciatæ pro confessatis, pronuncia lata est valida, nā sicut qui dicto juramento non petito respondet Positionibus, sibi præjudicat, et respōsio valet, ex quo debet sibi imputare, cur juramentū non exegerit ut per *Grav. ad Vest. d. n. 16*, sic ille, qui eodē juramento nō petito patitur Positiones à Judice pronunciari pro confessatis, debet sibi imputare, cū
22 potuerit d. juramentum petere, et exigere, † et illud non petierit, nec exegerit, unde, cùm militet eadem ratio, idem Jus statui debet, *arg. l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum simil.*

23 Quod comprobatur primò, quia petere hoc juramētum, est tantummodo utile, et concernit particulare Partis interesse, ne Adversarius possit ejus confessionem revocare, *Gra. ad Vest. d. c. 14, n. 16*, sed non est substantia, quòd hujusmodi juramentum prætetur, cùm possit tacitè omitti, aliàs si esset de substantia, responsio facta Positionibus, illo tacitè omisso, non valeret, sed valet ex prædallegatis, ergo non est de substantia. Et ob id sicut potest tacitè omitti ab eo qui positionibus respōdet, sic potest tacitè omitti ab eo, qui
24 petit Positiones pronunciari pro confessatis, † tum ex d. identitate rationis, tum etiam quia de Jure à pari procedit, Positiones fateri, & illas pro confessatis à judice pronunciari, *Oldr. cons. 320, n. 2, vers. præterea cùm Positiones*, & regula est generalis, † quod paria sunt esse tale, & haberi pro
25 tali, *Paris. consil. 22, licet nu 34, & seq. lib. 2, Castr. cons. 6, ante fin. vers. cùm igitur, lib. 1, Butr. cons. 20 circa med.*

26 Secundò approbatur in simili, nam juramentū Calumniæ, aut veritatis debet omninò præcedere, & præstari, aliàs processus est nullus, cum omnibus inde sequutis, *Vant. de nullit. defect. proces. n.*
27 29, & † omnes admittunt, & nihilominus si nō fuit petitum, & Judex processit ad ulteriora, & Sententiam tulit, Sententia est valida, *c. 1, §. 1, de Jur. Calum. in 6. l. Jusiur. §. qui Jusiur. ubi Glos. in verbo exigatur, ff. de Jurejur. Vant. d. n. 29, Vest. in Prax. lib. 5, c. 2, in fi. & ibi Gravat. n. 11, Specul. de Jur. Calum. §. 2, n. 4, Seraph. de Priv. Jur. priv. 115 nu. 8, Maran. de ord. Jud. sub tit. de Iur. Calum. n. 2, Greg. dec. 157, n. 1, & ibi Beltramin. n. 23*, & passim tradunt Scribentes.

28 Sic etiam Mandatum procuræ minus legitimū censetur à Parte non opponente approbatum, & Sententia sustinetur, si non fuit oppositum, jura non esse in forma probanti, *Crav. cons. 150, n. 2*, ubi multa alia exempla adducit.

29 Sed hoc non procedit, quando Statutū dispōnit, quòd Positiones dentur medio juramento, quia cùm tunc Statutum det formam, illa non servata, actus corruit, sive juramentum fuerit à Parte petitum, sive non, & sive quis sponte respondeat, sive patiatur Positiones pronunciari pro confessatis, *Fenzon. ad Stat. Urb. c. 68, n. 19, & seqq. n. 28, l. 1*, nisi Reus habuisset notitiam, quod Positiones nō erant datæ observata forma Statuti, nam tunc nulla facta de hoc protestatione, sibi præjudicasset, *Fenzon. ubi sup. n. 22, & seqq.*

B Positionibus respondendū est medio juramē-
30 to tactis, &c. *c præsentium de test. in 6*, cum aliis allegatis per *Grav. ad Vest. l. 5, c. 14, nu. 14, & n. 16; Gaill. obser. 79, n. 10, & obser. 82, n. 1, l. 1.*

Positionibus respondendum est per verbū credit, vel non credit, *Natt. cons. 59, n. 1, Gravat. ad Vest. l. 5, c. 14, n. 34, Salust. Tiber. in Prax. l. 2, cap. 13, n. 23, vers. quæ resp.* & si quis fateatur credere contenta in positionibus, æquè illi præjudicabit,
32 † ac per verbum veritatis, *Specul. de Posit. §. sexto tractandum, n. 11, & seq. Vest. in Prax l. 5, c. 14, n. 7, & ibi Gravat. n. 28, Rom. sing. 695, & Adden. Fēzon. ad Stat. Urb. c. 68, n. 44, & seqq. l. 1, Surd. decis. 17, n. 11, & dec. 68, n. 14*, & idem procedit in responsione facta per verbum, existimo, *Specul. in d. §. sexto tractandum, n. 11, & seq.*

33 Et

33 Et ob id cùm verbum credo, à Parte prolatum, sit expressivum veritatis, ex præallegatis, si Respondens in facto proprio convincatur de mendacio, est perjurus, *Bal. in l. 2, n. 161, & seq. ff. de jur. jur. Surd. d dec. 17, n. 11, & seq. & dec. 58, n. 15, Fenzon. ad Stat. Urb. d. c. 68, nu. 45, l. 1,* non
34 † solum Deum habet ultorem, sed tenetur etiam Parti ad interesse, & potest contra eum jurari in litem, *Plot. in l si quando amp. 36, §. 37, n. 2, & seq. & n. 10, C. unde vi,* cum aliis allegatis per *Adden. ad Papien. in form. excep. contra posit. §. ultimæ positioni, in verbo, negaverit, Cæs. Manen. cons. 140, num. 61, & seq. Grav. ad Vest. d. l. 5, cap. 14, num. 25, Fenzon. ad Stat. Urb. d. cap. 68, nu. 131, lib. 1,* quinimò subjacet etiam aliis pœnis, *Specu-*
35 *lat. de posit. §. nono tangendum, num. 8,* Non † tamen potest accusari, aut puniri criminaliter, *Bald. in d. l. 2, nu. 162, ff. de Jur. Jur. Covar. in cap. quamvis, §. 7, n. 7, de pact. in 6, Menoch. de Arbit. Jud. l. 2. cent. 4, casu 319, n. 29, Seraph. de priv. Juram. priv. 11, n. 3, & seq. Farin. de Falsit. & Simul. qu. 160, n. 217,* licèt contrarium tenuerint *Riminald. & alii relati à Granut. Theorem. 3, n. 22, vers. contrarium,* & cæteri, quos congerit *Farinac. d. quæst. 160, n. 218.*

36 Cæterum benè posset puniri, & contra eum etiam criminaliter procedi, quando de perjurio per ejus propriam confessionem, aut aliàs evidenter constaret, *Covar. in d. cap. quamvis, §. 7, n. 7, ver. non inficior, Menoch. d. casu 319, n. 29, Granut. d. Theor. 3, n. 22, Farinac. d. q. 161, n. 220, & n. 229,* & ob id qui primò respondet unum medio juramento, & postea secundo loco respondet aliud, etiam per verbum credo, potest puniri, ut perjurus, *Farinac. d. q. 160, n. 220.*

37 Verumtamen negans Positiones veras in facto alieno, non efficitur perjurus, *Surd. d. decis. 17, n. 11, & seq. & dec. 58, n. 15. Borell. in Summ. dec. tit. de Perjur. 62, n. 22,* nisi certificatus persistat in negatione, *Specul. de Posit. d. §. nono tangendum, nu. 8,* vel nisi factum alienum sit tale, quod quis scire teneatur, & præsumatur, *Bald. in d. l. 2, nu. 161, ff. de jur. jur. Surd. d. dec. 17, nu. 13, Natt.*
38 *cons. 59, n. 8, lib. 1,* Semper tamen, † & ex qualibet rationabili causa, quis à perjurio quoad pœnas excusatur, *Rot. decis 34, nu. 2, & seqq. post cons. crim. Farinac. lib. 2, Borell. in Summ. dec. tit. de Perjur. 62. n. 59.*

39 Qui verò semel Positionibus sufficienter respondit, non tenetur iterum respondere, *Specul. de posit. §. sexto tractandum, n. 3.*

Sed hoc non procedit, quando Positio continet duo, vel plura copulativè, quia tunc potest cogi ad iterum respondendum, *Specul. in d. §. sexto tractandum, n. 3, vers. nisi fortè.*

04 Secundò non procedit, si Judici aliter videretur, ex quo potest quis hodie credere unum, & cras aliud, *Glo. in l. 2, § quod observari, in verb. existimat in fin. C. de Jur. Jur propt. cal. Specul. de Posit. d. §. sexto tractandum, nu. 3, vers. quidam tamen, & ibi Add. lit. D. Rot. decis. de Confess. in antiq.* nec ideo potest Respondens dici perjurus, *Calder. cons. 152, aliàs 4, de Confess. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 68, num. 129, lib. 1,* quod tamen procedit in facto alieno, secus in facto proprio juxta distinctionem, *Surd. dec. 17, n. 22, Borell. in Summ. tit. de Perjur. 62, num. 21, & seq. Fenzon. ad Stat. Urb. d. c. 68, n. 130.*

41 Positionibus tamen respondendum est singulariter singulis, *Specul. in d. §. sexto tractandum n. 4, Vest. in Prax. lib. 5, c. 14, n. 4,* & pure & simpliciter, *Mattheſil. sing. 37, & ibi adden. Gravat. ad Vestr. lib. 5, c. 14, n. 14.*

42 Sed hoc de Jure communi non procedit in materia mutui, nam si quis mutuum restituit remotis Arbitris, admittitur tunc ejus responsio: si mutuasti, restitui, *Add. ad Mattheſil. sing. 34, nu. 4, & seq. Gravat. ad Vest. d. lib. 5, c. 14, n. 14,* licèt secus sit ex dispositione Statuti Urbis, cujus vigore responsio debet esse simplex, & cùm sit decisorium, est observandum coram A. C. & in omnibus Tribunalibus, latè *Burat. decis. 882, n. 4, & seq. Fenzon. ad Stat. Urb. d. c. 68, num. 53, & seqq. lib. 1.*

43 Secundò non procedit, quando Positio est in parte non vera, nam tunc Praxis frequenter admittit responsionem, non credit, ut ponitur. *Author. Formul. Commiss fol. 134, vers. ad tredecimã, & fol. 135, col. 1, vers ad quintam, & ver. ad octavam,* quem sequitur generaliter ad illud se remittens, *Vestr. d. lib. 5, c. ultimo, in princ. Seraph. decis. 1039, n. 4.*

44 Tertiò non procedit, quando positio est vera, sed injusta, nam tunc Praxis admittit responsionem, *non credit ad effectum, ad quem ponitur.*

45 Responsio tamen *non credit, ut ponitur, ad effectum, ad quem ponitur,* non admittitur, sed benè admittitur responsio, *non credit ut ponitur, nec ad effectum, ad quem ponitur,* & sic cum illa dictione, *nec, Rota decis. 849, p. 4, divers.* ubi quod ita sæpe fuit resolutum, *Beltram. ad Greg. decis. 282,*
46 *n. 10, Salust. Tib. in Prax. lib. 2, c. 13, n. 23,* Ubi † quod nec etiam respicienda est responsio per verbum, *nescit,* cùm Pars teneatur præcisè respondere per verbum credit, vel non credit.

47 Nec etiam est bona responsio, *ignoro, ideo non credo,* sed benè videtur admittenda responsio, *non credo, quia ignoro, Natt. cons. 59, nu. 9, vers. & si diceretur, & n. 10, & seq.*

48 An autem Positio in parte vera, & in parte falsa possit negari simpliciter in totum, sunt cõtrariæ DD. opiniones: & opinio affirmativa signanter procedit, quando agitur de interpretanda responsione jam data, & evitetur perjurium, negativa verò in responsione danda *Fenzon. ad Stat. Urbis d. c. 68, n. 97, & seq. lib. 1.*

49 Quod si in positione fiat mentio de Instrumento, non admittitur in Curia responsio, si appareat instrumentum, de cujus tenore ponitur, nam debet respondens confiteri, vel negare simpliciter, *Specul. de Instrum. edit. §. nunc dicamus, n. 5, lib. 2, Mattesil. sing 37, & ibi adden. n. 1, Natt. d. cons. 59, n. 12.*

50 Sufficit tamen responsio *refert se ad Instrumentum, & ad Acta,* ut tradit *Aut. Form. Comm. f. 134, col. 1,* ibi *ad tertiam, quartam, & decimam quartam refert se ad Acta,* & similiter admittitur responsio, *credit, prout in Instrumento. Mattheſil. d. sing. 37, & ibi Adden. Rebuff. in Commentra. constit. in tract. de resp. per cred. vel non, art. 38,*
51 *Glo. 1, nu. 8. fol. mihi 837.* Quæ † responsio continet confessionem limitatam, *Dec. in l. edita,*

num 85, C. de eden. & si Instrumentum, vel si id, quod quis, ad Instrumentum se referendo, confessus est, ut in Instrumento, non reperitur, responsio hujusmodi non præjudicat, *Seraph. decis. 946, nu. 7, Fenzon. ad Stat. Urb. d. c. 68, n. 71, Rot.*
52 *decis. 158, n. 4. par. 2, recent.* Sed † hoc non procedit, quando in Positione non fit mentio de Instrumento, nam tunc non est bona responsio, sed refert ad Instrumentũ, *Gaill. observ. 82, n. 24, & seqq. l. 1, Fenzon. ad Statut. Urb. d. c. 68, n. 72.*

53 Dubitanti verò de veritate Positionis datur dilatio ad respondendum, *Specul. de Posit. d. §. sexto tractandum, n. 9, & seq. & n. 13, & seqq.*

Sed hoc procedit, quando esset respondendum per verba veritatis, secus ubi esset, prout hodie, respondendum per verbum credit, vel non credit, *Specul. in d. §. sexto tractandum, n. 9, & seq. Gravat. ad Vest. d. l. 5, c. 14, num. 34, Rom. sing. 696.*

54 Secundò procedit, quando Positio continet factum alienum, vel etiam proprium, sed antiquum, vel intricatum, etiam si tunc responsio sit facienda per verbum credit, vel non credit, *Specul. in d. §. sexto tractandum, num. 13, & seqq. Natt. cons. 59, num. 3, Adden. ad Roman. d. sing. 696,* ubi quòd dilatio datur jurato de Calumnia; Secus verò si Positio contineat factum notorium, vel proprium de recenti non intricatum, *Specul. in d. §. sexto tractandum, n. 15, & seq. Adden. ad Roman. d. sing. 669.*

55 At si Positio esset de facto alieno penitus incerto, tunc posset responderi etiam per verbum nescio. *Natt. d. cons. 59, n. 2,* Responsionem tamen per verbum, ignoro, vel nescio, prohibet Statutum Urbis *d. c. 68, lib. 1, in fin.*

56 Similiter eadem dilatio erit concedenda Procuratori generali ad consulendum Dominum super responsione Positionibus facienda, *Adden. ad Roman. d. sing. 696, vers. verum autem, Vest. in prax. l. 5, c. 14, n. 9, & seq. & ibi Gravat. n. 34.*

57 Quinimò in Curia datur copia Positionum respondere debenti, ut quis possit cautius, & certius secundùm veritatem facti respondere, *Vest. d. lib. 5, c. 14, n. 9, & ibi Gravat. n. 33,* ubi subdit, quòd quando Principalis est præsens, & agitur de facto proprio, Judex non ita de facili debet copiam Positionum concedere, sed in hoc secundum casuum contingentias arbitrari, an copia sit, nec ne concedenda respondere debenti.

58 Non tamen omnibus Positionibus est respondendum, sed tantùm dispositivè, non autem interrogativè conceptis, *Specul de Posit. §. sexto tractandum, n. 6, lib. 2, Maran. de ord. jud. tit. de Posit. n. 13, Vest. in Prax. lib. 5, c. 14. n. 5 in fin. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 13, n. 2 &, Caputaquen. decis. 327, n. 2, par. 2, Rot. decis. 3, in princ. de seq. poss. & fruct. in nov. decis 749, n. 3, vers. item etiam dictum fuit, par. 3, divers. lib. 3.*

59 Sunt tamen plures casus, in quibus nec Positionibus dispositivè conceptis est respondendũ, etenim positioni criminosæ, quis non tenetur respondere, *Bart. in l. Marcellus, §. 1, n. 1, & seq. ff. rer. amot. Vest. d. l. 5, c. 14. n. 5, Caputaq. d. decis. 327 n. 5, par. 2, Rot. d. decis 749, n. 2, par. 3, divers. lib. 3* nec Positioni captiosæ, *Caputaqu. d. dec. 327, n. 3 par. 2,* nec incertæ, obscuræ, dubiæ, impossibili, Juri contrariæ, de facto alieno, & alii, de quibus latè per *Papien. in form. except. contra Posit. per tot. & Fenzon. d. c. 68, n. 94, usque ad n. 107.*

60 Positioni tamen negativæ hodie est respondendum, si id, æquitate suadente, videbitur Judici expedire *cap. 1, de confessis in 6,* si † verò Positio contineat in se affirmativam, tunc illi est omninò respondendum, *Rot. decis. 309, n. 3, post cons. Crimin. Farin, lib. 2.*

61

62 Objectivis etiam Positionibus est respondendum, *Vest in prax. d. lib. 5, c. 14, n. 5, Rot. decis. 43, de Testib. in antiq.*

63 Sed hoc procedit, dummodo non sint merè objectivæ, & criminosæ, sed contineant jus Partis, & sic sint de jure Dantis, *Rota d. decis. 309, n. 1, & 2, post cons. Crim. Farin. Fenzon. ad Stat. Urb. d. c. 68, n. 94.*

64 Est etiam respondendum Positionibus, tam pertinentibus, quàm impertinentibus, ut celerius litibus finis imponatur, *Vest. d. l. 5, cap. 14, n. 5, Salust. Tib. d. l. 2, cap. 13, n. 23, vers. his tamen non obstantib. Rot. dec. 641, alias 24, de Test. in antiq.*

65 Sed hoc primò non procedit, quando certum est Positiones esse impertinentes, sed benè in dubio, *Specul. de Posit. lib. 2. §. septimo videndum, n. 6, & seq.*

66 Secundò non procedit in non facientibus ad causam, sed benè in facientibus, & pertinentibus ad causam, *Bald. in l. 2, §. quod observari, n. 14 C. de Juram. Cal. Specul. de Posit. lib. 2, §. septimo vi-*
67 *dendum, n. 6,* & † ob id irrelevantibus non est respondendum, quinimò hujusmodi Positiones admitti non debent, *Cævaler. decis. 562, n. 2, Fenzon. d. cap. 68, n. 91.*

68 Tenetur autem respondere Positionibus ipsemet Principalis, *Specul. de Posit. d. §. sexto tractandum, n. 18, Vest. d. lib. 5, c. 14, n. 11.*

69 Sed si litigat per Procuratorem, poterit etiam Procurator respondere, *Specul. in d. §. sexto tractandum, nu. 18, Adden. ad Roman. sing. 696, vers. utrum autem hoc habeat locum, Vest. d. lib. 5, cap. 14 n. 9, & seq.*

70 Requiritur tamen ad respondendum Positionibus mandatum specialissimum ad respondendum sic, & sic sicut etiam ad ponendum, aliàs Procurator respondendo, vel ponendo, Domino non præjudicat, ex cumulatis per *Beltram. ad Greg. decis. 382, n. 9, & per Fenzon. ad Stat. Urb. d. cap. 68, n. 122, lib. 1,* & multo minus illi nocere potest, si nullum habeat mandatum, *Specul. de Posit. d. §. sexto tractandum, n. 20.*

71 Sed hoc primò non procedit in confessione facta à Procuratore sciente Domino, nam illa Domino præjudicat, nisi ab eo revocetur, & de errore Procuratoris doceatur, *Rot. decis. 2, de Confess. in antiq.*

72 Secundò non procedit in his, quæ Procurator scit tamquam extraneus, nam licèt ipse non teneatur pandere secreta causæ, nec se subjicere examini in his, quæ scit uti Procurator, potest tamen cogi ad respondendum Positionibns, licet mandatum sufficiens non habeat, in his, quæ scit uti extraneus, & Domino in hoc casu præjudicare potest, *Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 68, nu. 126, lib. 1.*

73 Si quis autem instet Positionibus responderi à Prin-

principali absente, debet ad eum transmitti Notarius, vel remissoria, sumptibus parentis, nisi calumniosè absit; nam tunc sumptibus absentis, *Luc.Pet.in prax.lib.2.cap.4.n.24.* vel nisi voluntariè litiget per procuratorem, *Caballin.ad Ægidian.lib.5.c.19.in verbo sumptibus.*

74 At quando procurator absentis requisiti, ut compareat ad respondendum positionibus, compareat ad allegandum ejus absentiam, tenetur procurare, quòd positiones ad eum transmittantur, sumptibus ejusdem sui principalis, *Fenzon.d.cap.68.n.123.*

Sed hoc procedit de Jure communi, secùs videtur ex dispositione statuti urbis, nam est observanda distinctio, & forma ab eo tradita, ut per eumdem *Fenzon.ubi suprà, n.124.*

75 Cæterùm ubicumque positionibus respondetur, sive à principali, sive à procuratore, responsio debet esse talis, quæ certum reddat interrogantem, & Judicem *Natt.cons.59.n.9.* & ob

76 id † respondens obscurè cogi potest ad clarius respondendum, adeò quòd obscurè, seu minus sufficienter respondens, habeatur pro non respondente, *Specul.de posit.§.Nonò tangendum, n.9. lib.2. Fenzon.d.cap.68.n.84. & seqq.*

77 Sed Rota hoc non admittit in suo tribunali, nisi quis coactus fuerit ad respondendum magis præcisè, *Seraph.decis.408.n.3. Fenzon.d.c.68, n.86.*

78 Nec etiam in Rota contumax in respondendo positionibus repellitur à limine judicii, *Cavaler.dec.562.n.1.*

79 Sed in hoc A.C. tribunali, quando reus excipiendo producit positiones, non potest actor obtinere mandatum, nisi prius illis sufficienter respondeat, *Scacc.de appell.lib.3.cap.2.q.17.lim.9. n.45. Fenzon. ad statut.urb.d.c.68.nu.87.* & ita quotidie observatur in praxi.

80 Responderi autem debet ab ipsa parte, sine consilio Advocati, *Specul.de posit.§.sextò tractandum, n.5.lib.2. Add.ad Roman.sing.696. vers. addè quòd quando, Vest.lib.5.c.14.n.8.*

81 Hoc tamen primò non procedit in Curia, in qua praxis observat, ut detur copia positionum, *Vest.d.lib.5.c.14,n.8, & seq.*

82 Secundò non procedit in rustico, qui non solùm potest consulere advocatum, quando datur ei copia positionum, in locis, in quibus viget hujusmodi stylus, sed etiam si non adesset stylus dandi copiam, posset respondere cum præsentia procuratoris, vel advocati, nisi rusticus esset valde sagax, *Adden.ad Roman.sing.390. vers. & addè, Gravat.ad Vest.d.l.5.c.14. n.30. & seqq. Fenzon.ad stat urb.d.c.68.n.119.*

D Solent practici admittere positiones cum

83 clausula, salvo jure impertinentium, & non admittendarum, quæ clausula præservat jus parti, ut de impertinentia docere possit in quavis parte judicii, *Vest.in prax.d.lib.5.cap.14.n.6.* quo casu

84 † si positiones non erant admittendæ, habentur pro non admissis, *Gravat.ad Vestr.d.lib.5 cap.24 n.26.* Potest igitur in hoc casu post responsionē videri, an esset respondendum, & an positiones debuissent admitti, quando non posset imputari aliquid parti, per quod consensisset, *Bart. in l.si dicatur, §.Item Julianus, n.11. ff. de jurejur*

Fenzon ad stat.urb.d.c.68.num.35. nam admissio

85 † cum d. clausula procedit in dubio: secùs autem quando constat articulos seu positiones esse pertinentes, vel impertinentes, tunc enim sunt simpliciter admittendæ, vel rejiciendæ, *Gravat.*

86 *ad Vest.d.lib.5.cap.14.n.26.* Et † licèt irrelevantes non sint admittendæ, *Cavaler.dec.562.n.2.* in dubio tamen potiùs debent admitti, quàm rejici, *Gravat. ad Vestr.d.cap.14.n.27.* ubi quod †

87 pertinentes dicuntur, si quoquomodo ad causam faciant, sive directè, sive indirectè.

E Tacens habetur pro negante, quando da-

88 mnosa est ei negatio; & pro confitente quando damnosa est ei confessio, *Gloss.in cap.2. in 2.not. & in verbo pro confesso, de confess.in 6. Specul.de posit.§. Nonò tangendum, num.4.lib.2. Bald. in l.2.§. quòd si actor, num.3.C.de Iur.prop.cal. Lanfranc.in prax.sub tit.de respons.c.6.n.21. Fenzon.ad stat.urb. d.cap.68.n.74.l.1.* & hoc in pœnam suæ contumaciæ in respondendo positionibus, *Specul in d. §. Nonò tangendum, n.4. Gayll.observ.80. num.1.l.1.*

89 Quod procedit non solùm in eo, qui omninò tacet, sed etiam in eo, qui obscurè respondet; nam potest cogi ad respondendum magis præcisè, *Specul.in.d.§. Nonò tangendū, n.5. Seraph.dec. 408.n.2. & seq.* unde si denuò monitus ad magis præcisè respondendum, tacet, sine dubio habetur pro confitente, vel negante, prout est illi deterius, *Specul.in d.§. Nonò tangendum, nu.5. & n.9.*

F Cautela datur, ut in positione super quanti-

90 tate habeatur certa confessio, quòd dicatur in positione, si non credit de tanto, dicat de quanto, descendendo usque ad minimum, ut post Gratian. & alios quos allegat, sequitur *Fenzon. ad stat.urb.d.c.68.n.69.lib.1.*

G Ad hoc, ut quis positionibus respondere te-

91 neatur, requiritur quòd contra eum fuerit executum monitorium, nam responsurus debet moneri, & juberi in præsentia per Judicem, ut respondeat cap.2.ibi, interrogatus, jussusque à Judice, *de confess.in 6. Salust.Tiber.in prax. lib.2.c. 13.n.12. & 23.*

Sed hoc non procedit in causis executivis, in

92 quibus in causa principali non requiritur monitorium; nam tunc illud nec etiam requiritur in causa accessoria, pro habenda responsione ad positiones, *Cap. accessorium de regul.Jur. in 6.* prout de stylo, & praxi receptiori huius A C. & aliorum urbis tribunalium, testatur *Salust.Tib.d. lib.2.c.13.n.23.*

H Si à Judice monitus, & citatus recusat respon-

93 dere, Judex pronunciat positiones pro confessatis, *cap.2.ubi gloss.in verbo pro confesso, &* DD. tradunt *de confess.in 6.* quod procedit etiam de Jure civili, ut per *Cyn.in l.2, §. Quòd si actor, n.8.* & ibi etiam alii, *C.de Iurejur.prop.cal.* & in hoc A.C. tribunali, *Salust.Tib.in prax.d.lib.2, c.13, n.13. Seraph.dec.905.*

Positiones autem pronunciatæ pro confessa-

94 tis plenè probant contra contumacem in respondendo, *d.cap.2, ubi gloss.in verbo pro confesso, de confess.in 6. Seraph.d.dec.905.n.1; Cavaler.decis. 561.n.1.*

Sed hoc primò non procedit peremptâ in-

95 stantiâ; nam tunc perit etiam ista ficta confessio;

nec

nec proderit in alia instantia, *Lanfranc. Balb. dec. 282. Bonzerin. ad Magon. dec. Luc. 25 sub lit. H.*

Secundò non procedit in hærede, nam si quis
96 fuerit habitus pro confesso, & decesserit in hac contumacia, ante sententiam, seu pronunciam, talis pœna non transit ad hæredem, *Bart. in l. ejus qui delatorem, ff. de jur. fisc. & in l. manifestè, n. 7. ff. de jurejur. Lanfranc. in repet. cap. Quoniam contra, §. Responsiones, n. 197. de proba. Adden. ad Specul. de posit. §. Nonò tangendum, sub lit. E. vers. adde tu, quòd hoc non procedit.*

Tertiò non procedit, quando libellus esset
97 ineptus; nam tunc non respondens positionibus non debet haberi pro confesso: cùm enim judicium sit nullum ob libelli ineptitudinem, non poterit sequi aliqua sententia diffinitiva, *Lanfranc. in repet. d. c. Quoniam contra, §. Responsiones, n. 198. de probat. Adden. ad Spec. d. §. Nonò tangendum, lit. E. vers. adde tu, quòd hoc non procedit.*

Quartò non procedit, nisi observatâ formâ,
98 *Cap. 2. de conf. in 6.* & nisi etiam non concurrant tria requisita per *Franc. in d. c. 2. n. 2.* videlicet: primò quòd quis sit jussus à Judice in præsentia in judicio, & non tantùm per nuntium. Secundò quòd contumax non possit in aliquo suam contumaciam excusare, † nam quælibet causa
99 etiam colorata, & bestialis, & quodlibet impedimentum excusat à contumacia, *Fenzon. ad stat. urb. d. cap. 68. n. 80.* Tertiò, quòd positiones sint ei lectæ, & explicatæ: aliàs enim his tribus requisitis non concurrentibus, positiones habitæ, & pronunciatæ pro confessatis non probant, *Seraph. dec. 408. n. 3. & dec 905. n. 1. Coccin. dec. 470. n. 6.*

Si quis tamen nollet audire illas legere, & re-
100 cederet, vel antequàm legerentur declararet, se nolle ad jussum Judicis respondere, haberetur pro confesso, *d. cap. 2. de confess. in 6. & ibi Franc. n. 9. vers. adde tamen.*

In casu autem, in quo dd. Franc. requisita
101 concurrunt, Rota etiam tenet, contumacem habendum pro confesso, *Seraph. d. dec. 408. n. 4. & dec. 905. n. 1.* quando scilicet positiones fuerunt pronunciatæ pro confessatis extra Rotam: † Nam Rota non pronunciat positiones pro
102 confessatis, sed monet ad respondendum illis sub pœna excommunicationis, & si elapsa die monitus non respondet, procedit ad pœnas in monitorio contentas, & non respondentem excommunicatum declarat, & denunciat, & si per decem dierum spatium perseverat in sua contumacia, ad Brachii sæcularis invocationem pro pœna commissa, & captione pignorum, donec monitus præmissorum tædio affectus, respondeat, procedit, *juxta trad. per gloss. in d. cap. 2. in figurat. casus, in vers. sed quid de confess. in 6. Auct. Formul commiss. tit. de posit. vers. qua responsione, fol. 12. & Vest. in prax. d. lib. 5. c. 14. num. 3. & seq.* quod convenit etiam cum quadam opinione de Jure civili relata, per *Cyn. in d. l. 2. §. quòd si Actor, n. 8. vers. cogetur ergo, C. de jurejur. prop. cal.*

Quintò, ut ex præmissis patet, non procedit
103 de stylo Rotæ, quæ non admittit has fictas confessiones, *Vestr. d. lib. 5. cap. 14. n. 4. Gregor. dec. 406. n. 14. & ibi latè Beltram. n. 18. Cavaler. dec. 562. n. 1.* nisi in casu, quo positiones essent pronunciatæ pro confessatis extra Rotam observatâ formâ, *d. cap. 2. de confess. in 6.* cum ibi requisitis per Franc. ex prælegatis.

Sextò, nec etiam procedit de stylo recentiori
104 hujus A.C. tribunalis: cùm enim sit tribunal supremum, non attendit has fictas confessiones, quoad plenam probationem faciendam, sed benè quoad adminiculum, & ita quotidiè observat praxis: licèt aliàs stylus dicti tribunalis aliter observaverit, ut per *Salust. Tiber. d. lib. 2. cap. 13. n. 13. Seraph. d. dec. 905. n. 1.* hodie tamen est innovatus, ut suprà.

Sed si foret observata *d. cap. 2. de confess. in 6.*
105 & concurrerent dd. tria requisita per Franc. ibi sub nu. 9. tunc contumax habendus esset pro confesso, etiam in hoc tribunali, *Seraph. dec. 408. n. 4. & d. decis. 905. n. 1.*

Cæterùm si causa coram A.C. fuisset intro-
106 ducta virtute appellationis à sententia de partibus, esset quoad validitatem dictæ sententiæ attendendum statutum, stylus, & consuetudo illius tribunalis, in quo fuit sententia lata, & fabricatus processus, *Bart. & DD. in l. cunctos populos, C. de summ. Trinit. Bald. cons. 22. Statuto cavetur, lib. 1. Alex. cons 164. n. 7. in fin.* ubi dicit omnes ita tenere.

Potest tamen non solùm post d. terminum
107 ad primam, sed etiam post decem dies, & quandocumque, re integra ante conclusum in causa, & ante sententiam, morâ purgari, & pars ad respondendum positionibus pronunciatis pro confessatis de Jure admitti, ex cumulatis per *Salust. Tiber. d. lib. 2. c. 13. nu. 14. Scac. de Iud. lib. 2. c. 7. n. 73.*

Potest etiam respondens positioni suam con-
108 fessionem revocare incontinenti, etiam non docto de errore, *Gabr. de confess concl. 6. n. 4. & n. 10. Angel. de acquir. poss. q. 2. art. 1. n. 6. Card. Tusc. lit. P. concl. 391. n. 1. & seqq.* nisi confessio emanaverit post datum terminum ad deliberatè respondendum, *Gabr. d. concl. 6. num. 5. Card. Tusc. d. concl. 391. n. 7.*

Incontinenti autem dicitur infra triduum, & antequàm confessio fuerit à parte acceptata, *Gabr. de confess. d. concl. 6. n. 12. & seq. Angel. de acquir. possess. q. 2. art. 12. n. 371. & seq.*

Multòque magis revocari potest incontinenti confessio ficta, quando positiones fuerunt pronunciatæ pro confessatis, prout ego aliquando Cortonæ obtinui in facto.

Appellatio verò à pronuncia positionum pro
109 confessatis, cùm sit interloquutoria, non datur *Gloss. in cap. cupientes, in verbo expectare, de elect. in 6 Dec. cons. 34. n. 2. Bald. cons. 269. n. 1. in fin. l. 1. Asin. in prax. §. 19. cap. 15. Guidopap. dec. 220 Mar. Anton. in var. resolut. lib. 2. resol. 4. n. 13.*

Sed hoc primò non procedit in Curia Capi-
110 tolina, in qua observatur opinio contraria, *Luc. Pet. in prax. lib. 2. c. 4. n. 16. Galgan. ad stat. urb. c. 68 n. 30. l. 1. Fenzon. ad stat. urb. d. c. 68. n. 107.*

Secundò, non procedit coram illustriss. Via-
111 rum Præside, ad quem devolvitur causa appellationis à magistris viarum Judicibus Capitolinis: quia coram his omnibus observatur, prout

in

in Curia Capitolina, ut in decisione illustrissimi D. Matthæi Viarum Præsidis, quæ est impressa *dec.253.n.29.p.7.rec.*

112 Tertiò, non procedit de Jure Canonico, quod admittit appellationem à quolibet gravamine, *Dec.d.cons.34.n.2. vers.sed de Jure Canonico.*

113 Quartò, non procedit, quando jus adversarii non est effectum deterius, sed res est integra, nam tunc datur appellatio, *Asin.d.§.19.c.15.n.6.*

114 Ex quo primò infertur, quòd quando statutum disponit, quod contumax in respondendo positionibus habeatur pro confesso, res non est integra, nam saris videtur in causa pronunciatum, ideoque non datur appellatio, *Imola in l.si insulam, n.16.ff.de verb.oblig. Asin.in d.§.19. cap.15. n.6.*

115 Secundò infertur, quòd si postquam positiones fuerunt pronunciatæ pro confessatis, fuit etiam in meritis causæ sententiatum, res non est integra, ex allegatis suprà *in vers. potest autem*; ideo non poterit à d. pronuncia appellari, & eò minus, si jus adversarii sit etiam effectum deterius, ex alleg. per *Asin.d.c.15.n.6.*

Poterit nihilominus probari contrarium, *Jas.in l.si is, qui n.6.C.qui test.fac.poss.* & ibi *Castr. n.5. Gail.observ 80 n.5.l.1 Matthesil.sing.17. n.25. Magon.dec.Lucen.25, n.25, Tiraq.de retract.lign.§. 4.glos.1, n.12. & seqq.* ubi id in terminis statuti limitat pluribus modis.

1 Responsio facta positionibus, debet ab actuario scribi, *Specul. de posit. d.§.sextò tractandum, n.2.lib.2.*

L Maximum litium expediendarum remedium est juramentum, & dixit I.C. *in l.prima, ff.de*
118 *jurejur.* unde † inter cætera juramentum litis decisivum hoc nomen sortitum fuit, & est duplex.

119 Extrajudiciale, quod defertur à parte parti extra judicium, cujus sunt sex species, videlicet promissorium, assertorium, confirmatorium, fidelitatis, temerarium, & illicitum, de quibus latius *Mart.de ord.Jud.p.2.c.6.par prin.act 9. n.23, & seq.* sed de his in præsenti non agimus.

120 Et judiciale, quod præstatur in judicio, cujus sunt decem species, videlicet, decisorium, suppletorium, credulitatis, veritatis, calumniæ, in litem civilem, purgationis, in litem criminalem, damnum passi, ac taxationis expensarum, de quibus latè idem *Maran.de ord.Jud. d p.2.sext. par.prin.act.9.n.1. & seqq.*

121 Juramentum judiciale, decisorium, seu decisivum, de quo in præsenti agimus, est illud, quod defertur à parte parti in judicio, Judice approbante, *l.1. in fin. & l.3. & l.Jusjurandum, & ad pe-*
122 *cuniàs, § qui iusiurandum vers si de qualitate, &* §. *ait prætor, ff. de jurejur. Papien. in prax. in form. jur. à parte parti, §.2.n.3.* & † habetur pro plena probatione, *l.Non erit ratum, §. dato, & l.sed si possessor, ff. de jureiur.*

123 Et dicitur decisorium, quia decidit litem sicut sententia, & cùm speciem contineat transactionis, majoremque habet auctoritatem, quàm
124 res judicata, *l.2 ff. de jureiur.* ad † illud civiliter retractandum probatio in contrarium non admittitur, *l.Non erit ratum, § dato ff. de jureiur. Maran.de ord.Iud.d.p.2.6.par.princ.act.9.n.11. in fin. & n.12. Fachin.controv.lib.1.c.23. vers.tertiò, Boer.dec.306.n.3.*

125 Sed hoc primò non procedit in confessione jurantis, quæ benè admittitur, *Jas.in l.si duo patroni, §. Idem Julianus, nu.7, & seqq. ff. de Iureiur. Boer.d.dec.306.n.3. & seq.*

126 Secundò non procedit, quando Legatarius, vel fideicommissarius juravit sibi deberi legatum, vel fideicommissum ante apertas tabulas testamenti; nam si postea, verbis testamenti perspecti, constaret legatum, vel fideicommissum non fuisse illi relictum, admitteretur in judicio probatio contra eum, qui juravit, & posset sententia lata retractari, *l.fin.C. de reb.cred.*

127 Tertiò non procedit, si exceptio probanda esset comparibilis cum juramento, ut per *Bar. in l. eum qui, § fin.ff. de Iureiur.* quem sequitur *Jas.in d.l. eum qui, § si juravero.sub n.8.*

128 Hoc autem juramentum à parte delatum potest ei referri, si Judex id approbaverit. *l.Iusjurandum, & ad pecunias, §. ait prator, & § fin. & l. manifestæ ff. de Jurejur l.delata, C. de Iureiur. Papien in prax. in forma Jur. à parte parti, §. dicit, n.1 Marant. de ord.Iud.d p.2 6.par.princ art. num.11. Crav.cons.230.n.6. & seqq.*

129 Nolens autem jurare, nec referre, habetur pro confesso, *d.l. manifestæ, ff. de Iureiur. Maran. d act. 9.num.11, Bart. in §. Si quis autem, n.2. in Auth. ut Litigant.jur.*

130 Nam regulariter jurare, aut solvere, aut referre quis recusare non potest, *l. Jusiurandum, & ad pecunias, § ait prator, & d.l. manifestæ ff. de Iureiur. & d.l. delata, C. de reb.cred. & Iureiur. Cagnol. in l.2, q 101, n.264, & seq. C. de pact. inter empt. & vendit. Crav cons.203, num.6, & n.25. Menoch. de arbitr. cas.189, n.1.*

131 Etiamsi dicat velle deducta in contrarium probare per testes, *Jas. in d.l. manifestæ, in 3.q sub n.3. ff. de Iureiur. Foller. ad Maran. in prax. par.6. de test. product. n.74. Osasc. dec.11, n.2. Boer. dec.95. n. 1, & seq.*

132 Sed hoc non procedit justa subsistente causâ, *Cap. fin. ext. de Iureiur l. Jusjurandum, & ad pecunias, §. ait prator, ff. de jureiur. l. generaliter, §. fin autem, C. de reb. cred. l. in contractibus, §. illo C. de non numer. pecun.* & ita *d.l. generaliter, §. fin autem* intelligunt, & declarant communiter DD. *in d l. manifestæ, & signanter Bart. n.3, Angel. nu.1. Castr. in princ. Jas. n.5. & seq. Alex. n.3, & seq. ff. de Iureiur.* non enim hæc corrigitur per illam, ut existimavit *Accursius*, sed enucleatur, & repletur, ut idem *Justinianus in d. l. generaliter in fine* expressè profitetur.

133 Siquidem hujus decisorii juramenti delationis quæstio inter partes, Judicis arbitrio etiam Jure Dig. relinquitur, *d.l. Jusiur. & ad pecunias, §. qui jusiuran. vers. si de qualitate ff. de Iureiur.* & ex diversitate rerum, & personarum dubia oriuntur, an per omnia jusjurandum referri debeat tale, quale defertur, officio Judicis id totum determinatur, *d.l. Iusiurand. & ad pecunias, §. ait prætor, in fin.* nec quicquam valet delatio, aut relatio hujusmodi juramenti à Judice non approbata, *l.3. ff. de Iureiur.*

134 Idem profecto statuit *Justinianus in d.l. generaliter;*

raliter, §. *ſin autem*, licèt enim concedat licentiam recuſandi hujusmodi juramentum, ſubdit tamen, quòd ſi Judex illud omnimodo præſtandum exiſtimaverit, ſic cauſam dirimat, quaſi volente eo ſacramentum ſic recuſatum, hoc eſt, ac ſi relatum juramentum recuſaſſet, de voluntate referentis, vel ſicut ſi relatum ſibi juramentum recuſaſſet, quod ab initio detuliſſet, ideoque, ſicut olim omnis quæſtio ſuper delatione, vel relatione juramenti erat Judicis arbitrio, Juſtinianus reliquit, ac remiſit eamdem, dum leges antiquiores in hoc magis elucidavit, ac replevit.

134 Juſtæ autem cauſæ, & ob quas quis non tenetur jurare, aut ſolvere, ſunt quàmplurimæ, & ſignanter.

135 Prima eſt, quando juramentum defertur prodigo, furioſo, & ſimilibus, *l. Tutor*, §. *Prodigus*, *ff. de Jurejur.*

136 Secunda, quando procurator deferens hujusmodi juramentum, non habet ad hoc mandatum ſpeciale, vel cum libera, vel in rem ſuam, *l. Jusiurandum quod ex conventione*, §. *Procurator*, & §. *ſin. ubi Jaſ. n. 4. & alii, ff. de jurejur. cap. qui ad agendum*, §. *ſin. de proc. Roman. in l. 1. ff. de Jureiur.*

137 Tertia, ſi quis ſit minor quatuordecim annis, *Cap. Puer, 22. q. 7. l. Jusjurandum, & ad pecunias*, §. *Pupillo, ff. de jureiur.*

138 Quarta, procurator, & defenſor non coguntur ſubire hoc juramentum, *d. l. Iusiurandum*, & *ad pecunias*, §. *Pupillo, ubi Bart. n. 7. Alex. n. 2. verſ. ult. adde ff. de Iureiur. Jaſ. in eadem l. Iusiurandum, & ad pecunias*, §. *Defenſor. n. 1. verè nota ſecundò.*

139 Quinta, quando quis non compellitur Romæ, vel in loco judicium accipere; nam tunc nec ibi compellitur jurare, *d. l. Tutor*, §. *ſin. ff. de Iureiur.*

140 Sexta, ſi actio contra aliquem proponi non poteſt, iſte nec jurare cogendus eſt, *l. Si patroni, ff. de Iureiur.*

141 Septima, quando exceptio non poteſt opponi contra aliquem, tunc is non cogitur ſuper ea jurare, *l. in contractib.* §. *illo, C. de non num. pecun.*

142 Octava, quando jus actoris, ſeu effectus condemnationis diminuitur, nam ſi reus fuit conventus actione, quæ inficiendo creſcit, non tenetur poſteà actor reo deferente jurare, quia reus hoc caſu non tenetur ad duplum, ſed ad ſimplum, verumtamen poteſt, ſi vult probare per teſtes, ut ille teneatur ad duplum, *l. eum qui, ubi Bart. n. 2. & ſeq. ff. de jureiur.*

143 Nona, qualitas, & modus deferendi, vel referendi inter partes in controverſiam deductus, donec arbitrio Judicis hujusmodi contentio terminetur, *l. Iusiurandum, & ad pecunias*, §. *& ſi de qualitate, & §. non ſemper, ff. de Iureiur.*

144 Decima cauſa eſt ignorantia, vel diabitatio ejus, cui juramentum veritatis defertur, *l. Marcellus*, §. *qui rerum ff. rer. amot. l. Iusjurandum, & ad pecunias, in princ. & in §. ait prætor, & utrobiq; Bart ff. de Iureiur. Natt. conſ. 35. n. 4.*

145 Ignorantem tamen jurare debere ſaltem de credulitate, ait *Crav. conſ. 203. n. 25. & ſeq. Menoch. de arbitr. caſ. 189. n. 7. lib. 2.*

146 Decima prima, Timor ne poſteà alio agente, perjurium detegatur, *l. aliàs ff. de jureiur. Bart. in l. Iusiur. quod ex conventione*, §. *ſin. n. 4. ff. de iureiur. Oſaſc. dec. 11. n. 3. Theſaur. dec 93. n. 3.* ubi quòd hoc procedit, quando id præſens ſtatus indicat, ut putà, quia teſtes examinati ab offerente juramentum probant, aliàs ſecùs, & quod ita fuit reſolutum, & ſæpius obſervatum.

147 Decima ſecunda, ubi quis non tenetur defendere, nec etiam tenetur jurare, *l. ſed & ſi reſtituatur, 28.* §. *Ex quibus. ff. de Iud.*

148 Decima tertia, ſi quis habet inſtrumentum obligationis, tenetur jurare ſuper ſolutione, non autem ſuper aliis exceptionibus contra inſtrumentum non competentibus, *Caballin. Mill. loq. 642. Creſc. deciſ. 4. aliàs 312. de jurepatr.*

149 Decima-quarta, ſi emptor conventus ſe defendit, ut paret ſibi actionem de evictione, quam utique amitteret, ſi res jurejurando decideretur, *Ang. Aret. in* §. *Item ſi quis poſtulante, n. 11.* ubi ſe ita vidiſſe in practica teſtatur, & ibi *Jaſ. n. 8. inſtit. de act.*

150 Decima-quinta, quando quis habet intentionem fundatam per confeſſionem partis, vel per inſtrumenta, vel teſtes, *l. in contractibus*, §. *illo. & ibi Caſtr. C. de non num. pecun. c. 2. ext. de prob. Neviz. conſ. 7. n. 7. Papien. in form. juram. à part. part.* §. *Quoniam. n. 4. Oſaſc. dec. 10. n. 7. Ludovic. dec. Lucen. 35. n. 3. & ſeqq. Boer. dec. 95. n. 3. & n. 6.*

151 Decima ſexta, quando teſtes ſunt publicati, *Crav. conſ. 207. n. 1. & ſeq. Oſaſ. dec. 97. nu. 6. Boer. dec. 95. n. 4.* ubi poſt alios de veriori, æquiori, & in practica obſervata opinione teſtatur, & num. 6.

152 Decima-ſeptima, ſi in actione famoſa juramentum fuerit relatum, in his enim actionibus referri nequaquam poteſt, *l. Marcellus*, §. *ſin. & l. ſeqq. ff. rer. amot. cap. ſin. extr. de iureiur. l. Iusjur. & ad pecunias*, §. *ait Prætor, verſ. datur, ubi gloſ. in verb. ſi malit. ff. de jureiur gloſ. in l. delata, in verbo reſerat, & ibi adden. C. de rebus cred. Crav. conſ. 203. n. 2. Natt. conſ 35. n. 1.* quod procedit ob ignorantiam deferentis, *Menoch. d. caſ. 189. n. 8.*

153 Decima-octava, ſi deferens juramentum deciſorium non jurat de calumnia, nam, parte petente, ad hoc tenetur *l. Iusiurandum, & ad pecunias*, §. *Qui jusiurandum, ff. de jureiur. l. Marcellus*, §. *qui rerum, ff. rer. amot. l. ſi C. de fidei. Papien. in prax. in form. jur. à part. parti*, §. *dicit, n. 3. Boer. dec. 243, n. 1, & dec. 339. n. 1.*

154 Sed hoc primò non procedit in referente, qui non tenetur de calumnia jurare, *d. l. Iusiurandum, & ad pecunias*, §. *ait prætor, verſ. æquiſſimè, ff. de jureiur.*

155 Secundò, non procedit parte id non petente, nam juramentum calumniæ poteſt tacitè omitti, §. *qui Iusiurandum, ibi ſi hoc exigatur*, cum aliis cumulatis ſupià *par. 1. c. 8. n. 97.*

156 Tertiò, non procedit in patrono, & parentibus, quibus æquè remittitur hoc juramentum, *d.* §. *qui Iusiurandum.*

157 Decima nona cauſa eſt, ſi quis aſſumpſit in ſe onus probandi, & non probavit, tunc enim adverſarius non tenetur jurare, *Dec. in c ſicut, col. 5. in princ. n. 5. ver. ſi verò act. de probat. Nat. d. conſ. 35. n. 3.*

158 Cou-

158 Contrarium docet *Mascard. de probat. conclus.* 957. *n.* 9. qui alios congerit, & novissimè defendit *Fachin. contr. lib.* 1. *c.* 20. *Osasc. decis.* 97. *n.* 6. *& seqq. Ant. Thesau. decis.* 93. *n.* 2. *& seq. Boer. decis.* 95. *n.* 6.

159 Sed quia fundamentum primæ opinionis est in *l. si quis jusjurandum, C. de reb. cred. & jurejur.* ideo potest distingui, quod aut quis à principio offert jusjurandum, & deinde revocat oblationem, & assumit in se onus probandi, & demum probationibus destitutus vult redire ad oblationem juramenti, & hæc facere non potest, *tex. est expressus in d. l. si quis jusjurandum*, & hoc casu potest procedere prima opinio *Decij*, Aut quis non obtulit primò juramentum sed simpliciter assumpsit in se onus probandi & tunc potest offerre juramentum, si probare aliter non potuit, & in his terminis potest procedere secunda opinio *Mascardi, & aliorum, Osasc. d. decis.* 97. *n.* 10. *& seq.*

160 Potest autem hoc decisorium juramentum ab initio, etiam nullis propositis probationibus deferri, *l. Tutor in prin. & l. manifestæ, ff. de jurejur. l. fin. C. de Fideic. l. delata, & l. generaliter*, §. *omne igitur ibi*, vel in principio litis, *C. de reb. cred. & jurejur. l. fin.* §. *licentia, C. de jure delib. Purpur. in d. l. manifestæ, n.* 11. *in fin.* ubi de veriori, æquiori, & in practica servata opinione testatur, *ff. de jurejur. Faller. ad Maran. in prax. par.* 6. *princ. de test. prod. num.* 75. *Fachin. controv. lib.* 1. *cap.*

161 19. *Osasc. dec.* 97. *num.* 10. Sicut † deferri potest, etiam ab eo qui nihil probaverit, prout de magis communi DD. opinione testatur *Crav. cons.* 207. *n.* 5. *& seq.* ubi quod hoc procedit multo magis, quando ille aliquid probavit minus, quam semiplenè.

162 Dilatio tamen congrua jurare debenti debet à judice dari, si illam petierit, ne alias præcipitanter jurando incidat in perjurium, *l. Jusjurandum. & ad pecunias in princ. vers. quod tamen in fin. ff. de jurejur. Papien. in d. form. jur. d. part. parti* §. *terminum, n.* 1. *Boer. decis* 243. *n.* 2. *& de-*

163 *cis.* 339. *n.* 1. *in fin.* quo quidem termino ad jurandum pendente nisi oblatio fuerit acceptata, poterit deferens illam revocare, etiam sine causa, *Cast. in l. non erit ratum*, §. *si neque ff. de jurejur.*

164 Sed si Reus incontinenti acceptaverit oblationem, & petierit aliquam brevem dilationem ad jurandum, non poterit revocari, nisi ex justa causa, *Castr. in d. l. non erit ratum, & si neque C. de jurejur. Salust. Tiber. in Prax. lib.* 2. *c.* 39. *n.* 1. *Boer. dec.* 243. *n.* 2. *& decis.* 339. *& n.* 2. & re integra, *Gasp. Thesaur. quæst. Forens. c.* 16. *lib.* 1.

165 Est autem justa causa ad effectum de quo agitur, si offerenti juramentum novæ probationes supervenerint, *l. si quis jusjurandum intulerit* §§. *quia autem, C. de reb. cred. & jurejur. Castr. in d. l. non erit ratum*, § *si neque, Socin. cons.* 90. *num* 13. *vers. & ibi hanc causam lib.* 4. *Osasc. decis.* 8. *n.* 4. *& seq.*

166 Nec, revocatione oblationis facta, quis poterit amplius, ut supradiximus, *num.* 159. redire ad illam, *d. l. si quis jusjurandum C. de reb. cred. Fachin. controv. lib.* 1. *c.* 20. *vers. nec me movet, Osasc. decis.* 97. *n.* 11.

167 Ex quibus patet, juri consonam esse praxim hujus A. C. Tribunalis, in quo non datur copia partiti, nec citatur ad eam reluendum, prout in aliis urbis tribunalibus fieri consuevit, sed, ex quo jurandum est incontinenti, citatur simpliciter, ut supra ad videndum sibi fieri partitum litis decisivum, jurandum, vel referendum, alias videndum mandari referri ad p. d.

168 Cæterum si juramentum litis decisivum, judice approbante, præstitum fuerit, & judex deinde hujusmodi juramentum secutus, contra deferentem sententiam tulerit, non dabitur ab ea appellatio, *l. generaliter*, §. *sed juramento, &* §. *fin autem, C. de reb. cred. & jurejur. Fachin controv. lib.* 1. *c.* 23. *in princ. Salust. Tib. d. c.* 39. *n.* 2. *Scacc. de App. q.* 17. *l m.* 34. *n.* 1.

169 Quinimò etiam si eis, d. juramentum delatum fuit, illud recusaverit, volente tamen deferente, quia tunc perinde est, ac si juramentum præstitum fuisset, si judex ad sic recusantis favorem sententiaverit, adhuc venit deferenti deneganda appellatio, *d. l. generaliter*, §. *fin autem, ubi Glos. in verbo recusatum, C. de reb. cred.*

170 Si verò is, cui juramentum delatum fuit illud potius deferenti referre, quam jurare voluerit, tunc si prius delator noluerit jurare, habetur pro confesso, & convicto, & a sententia contra eum lata pariter appellatio non dabitur *d. l. generaliter*, §. *sed juramento, &* §. *fin autem, ubi Glos. in verbo volente, C. de reb. cred.*

171 Sed si, cum ille paratus esset jurare, referens ei juramentum remiserit, illud habebitur pro præstito, nec a sententia desuper lata referens appellare poterit, *d. l. generaliter. fin autem ubi Glos. in verbo volente, C. de reb. cred.*

Ratio autem est, quia nimis durum videtur parti volenti causam jurejurando decidi, postquam judex ejus petitionem secutus fuerit, superesse remedium provocationis, *d. l generaliter*, §. *sed juramento, vers. quu enim, & §. fin autem C. de reb. cred.*

172 Verum tamen si is, cui juramentum est declaratum, illud recusaverit, allegando rationabiles causas, & exceptiones, tunc si judex eum non juste recusare existimaverit, & ob id contra eum sententiam protulerit, utique qui sic recusavit, appellare valebit, *d. l. generaliter.* § *fin autem & §. ipse autem, C. de reb. cred. Fachin. controv. l.* 1. *c.* 23. *in princ. Scacc. de App. q.* 17. *limit.* 34. *n.* 5.

173 Tandem, si is cui delatum est juramentum, illud retulerit adversario, & is juraverit, ac judex præstiti juramenti virtute contra referentem sententiam promulgaverit, an referens appellare possit, contrariæ sunt DD. opiniones & verius videtur appellationem non dari, quia eadem ratio videtur in referente, quæ in deferente militare, referens enim, & ipse hoc casu causam juramento decidendam curavit, dum ipse jurare, & sic testis, & judex in causa propria esse potuisset, & potius referre voluit juramentum, impotet ergo sibi, ex quo sic voluit, & tacite transegit, quam quidem opinionem post *Ioan.* & alios sequutus est novissimè *Fachin. controv. lib.* 1. *c.* 23. *vers. Cæterum, late Scacc. de Appell. q.* 17. *limit.* 3. *n.* 3.

174 Osasc. tamen *decis.60.* contrariam opinionem defendit sub *n.6. & seqq.* ubi sub *n.8.* de communi testantes allegat, *& nu.* 10. ita Senatum censuisse refert, et ad jura idem disponentia in juramento relato, quod in delato, respondet procedere in relatione voluntaria à judice approbata, secus in necessaria à judice non approbata, licet superius *n.* 5. dixisset, hujusmodi relationem procedere potius ex necessitate causativa non attendenda, quàm ex necessitate præcisa.

Sed *Scacc.d.q.17.limit.34.n.3.* latius primam opinionem adversus prædicta bonis rationibus tuetur, ut per eum.

175 Verum prima opinio certè non procedit in Legatario, vel Fideicommissario jurante legatum, vel fideicommissum sibi deberi, si enim apertis demum tabulis testamenti, nullum ad legatarii, seu fideicommissarii favorem legatum, seu fideicommissum relictum appareat, utique non solum sententia per appellationem, seu aliud remedium, retractanda erit, sed etiam legatum, seu fideicommissum indebitè perceptum restituendum, *l fin.C.de reb.cred.* nam transigi non potest super contentis in testamento, antequam illud apertum, ac perspectum fuerit, *Glos.in d. l. fin.in verbo legatum, Facchin. controv. lib.1.c.23.vers.legata.*

SVMMARIVM CAP. XI.

1 *Deficientibus scripturis, & confessionibus partis probatur per testes.*
2 *Citatio ad dicendum contra articulos, & ejus formula, & processus.*
3 *Productiones, seu repetitiones articulorum in termino ad dicendum contra, & earum formulæ.*
4 *Articuli, & eorum formula.*
5 *Protestatio contra articulos in termino ad dicendum contra, & ejus formula.*
6 *Protestatio super specificatione materiarum, & nominum testium, quæ fit parte opponente, & ejus formula.*
7 *Intimatio, qualiter materiæ, & nomina testium sunt in actis specificata, & ejus formula.*
8 *Testes inducti quomodo debent jurare per diem ante examen de veritate dicenda.*
9 *Testes jurati in die juridica possunt examinari in die feriata.*
10 *Inductio interpretis, & ejus formula.*
11 *Ad examen testium à quo, & quomodo procedatur.*
12 *Productio interrogatoriorum, & ejus formula.*
13 *Parte non dante interrogatoria, & non conducente interprete, proceditur ad examen super articulis.*
14 *Parte non comparente hora intimata cum testibus examinandis, accusatur ejus contumacia hora sequenti pulsata, & quomodo.*
15 *Contumax examinare volentis bis accusata non potest procedi ad examen, nisi facta nova intimatione.*
16 *Interrogatoria, & eorum formula.*
17 *Citatio ad dicendum contra articulos, & videndum examinari test.s absturos, & ejus formula, & processus.*
18 *Iuramenta partis, & testium super futura absentia, & eorum formulæ.*
19 *Intimatio qualiter fuit juratum super futura absentia, & ejus formula.*
20 *Citatio ad videndum examinari testes absturos etiam noviter repertos, quando articuli fuerunt alias admissi, & ejus formula.*
21 *Citatio ad videndum examinari testes absturos, quando examen fuit alias Notario commissum, & terminus ad videndum illos jurare, adhuc durat, & ejus formula, & processus.*
22 *Citatio contra testem recusantem subjicere se examini, & ejus formula, & processus.*
23 *Examen testium de jure civili non potest committi Notario.*
24 *Testium examen, & receptio juramentorum possunt parte citata committi Notario, uti nudo Ministro, de stylo curiæ, & diversorum locorum, ac etiam de jure, ex causa.*
25 *Causa commissionis examinis testium Notario actuario, uti nudo ministro præsumitur.*
26 *Examen, ac juramenta testium recepta à Notario de mandato judicis, computantur inter acta judicialia, & probant sine aliis testibus.*
27 *Est consilium Hostiensis, quod de commissione examinis rogetur alter Notarius.*
28 *Actuarius de stylo, & signanter rotæ, & curiæ, potest rogari de commissione examinis, & receptionis juramentorum testium sibi data.*
29 *Cancellario actuario Episcopi vel alterius judicis creditur de commissione examinis sibi data ratione officij.*
30 *Testibus examinatis à Notario actuario, credendum est eidem Notario de commissione examinis sibi data.*
31 *Creditur actuario de commissione examinis sibi data ex praxi contra Hostien. etiam sine testibus.*
32 *Creditur Notario actuario aliquid attestanti per actum de præsenti, secus per actum de præterito.*
33 *Citatio ad videndum jurare testes pro singulis diebus, & horis sustinetur per duos dies sequentes.*
34 *Citatio ad videndum jurare testes sustinetur pro integro termino probatorio præfixo, etiam prorogato, secus pro concesso de novo.*
35 *Citatio ad videndum jurare testes, est necessaria alias examen est nullum, nec intrat arbitrium.*
36 *Citatio ad videndum jurare testes debet esse specifica, cum generalis non sufficiat.*
37 *Citatio ad omnia ad causam pertinentia supplet defectum citationis ad videndum jurare testes.*
38 *In decreto admissionis ad probandum parti intimato continetur citatio ad videndum jurare testes.*
39 *Intimatio supplet defectum citationis, sed non ad sententiam.*
40 *Testes si fuerunt examinati cum interrogatorijs, signatura passim concedit commissionem sanatoriam cum clausula,* arbitrio.
41 *Commissione obtenta cum clausula,* arbitrio, *an, & quando soleat Rota adhibere fidem testibus examinatis cum interrogatoriis, non obstante defectu citationis ad videndum illos jurare.*
42 *Defectus turbidus citationis ad videndum jurare testes sanatur per commissionem cum clausula* arbitrio.
43 *Parte utraque eodem modo ad examē testium procedente, non obstat defectus citationis ad videndum illos jurare, & quare.*

44 Pars sciens, & permittens testes examinari absque citatione ad videndum illos jurare, non potest postea dicere de nullitate examinis ob dictum defectum.

45 Præsentia partis in monitione judicis, ad videndum jurare testes, supplet defectum, & habetur pro citatione.

46 Testes sunt recipiendi die juridico, non feriato, alias examen est nullum.

47 Doctores, qui moventur ijsdem juribus, authoritatibus, & rationibus, non sunt vary, licet in cortice verborum diversimode loquantur.

48 Tempore feriato non possunt fieri actus judiciarij.

49 Antonius Maria Coratius Cortonen. fuit I.C. præclarissimus, & causarum patronus primarius in curia Romana.

50 Stylus est in curia Romana citandi ad videndum jurare testes ad p. d. (quæ debet esse juridica) & 30. sequentes dies, qui intelliguntur currentes.

51 Stylus Rotæ, & curiæ ut testes jurent, tam in p. d. juridica, quam in reliquis currentibus in citatione ad videndum illos jurare contentis, est validus, & quare.

52 Finis, habens necessariam consequentiam à suo principio trahitur ad illud, & principium non finis tunc attenditur.

53 De stylo curiæ Capitolinæ testes præsumuntur jurasse quando eorum nomina eduntur, & juramentum retrotrahitur ad tempus commissionis, sicut examen ad tempus juramenti.

54 Præstatio juramenti testis, prout est quid facti, non posset recipi à Notario nudo ministro, nec recipi ubicunque nisi retrotraheretur ad mandatum judicis.

55 Testis de jure debet jurare coram judice in judicio. parte præsente.

56 Iuramentum, & examen testis à Notario, uti nudo Ministro, demandato judicis ubicunque receptum, est actus judicialis, & potest recipi extra judicium, & tempore feriato, prout est quid facti, & quare.

57 Stylus committendi Notario, uti nudo Ministro, examen, & receptionem juramentorum in forma, est validus, & juris consonus.

58 Stylus, ut testes jurent ubicunque in manibus Notarij nudi ministri, descendit à stylo committendi Notario examen, & receptionem juramentorum testium in forma.

59 Præstatio juramenti testis est de jure actus judicialis, sed cum efficitur actus extrajudicialis, stylo mediante, non potest amplius dici judicialis, nisi per retrotractionem ad tempus commissionis ad instar examinis.

60 Tempore feriato, licet non possint fieri actus judiciales, possunt fieri actus extrajudiciales, qui per retrotractionem efficiantur judiciales.

61 Iuramentum de jure non potest præstari die feriato.

62 Iuramentum de jure in die feriato non potest recipi à judice in judicio, secus de stylo extra judicium à Notario, uti nudo illius Ministro, prout est quid facti.

63 Praxis optima legum interpres.

64 Text. in c. 1. Fer. quod tempore feriato non possit præstari juramentum, quomodo intelligendus secundum Canonistas, Summistas.

65 Stylus juramenti à teste præstandi in manibus, nudi Ministri in termino probatorio, etiam si dies sint feriati, valet ad instar styli examinandi testes.

66 De stylu tribunalis A. C. est omnino Salustio Tiberio credendum, secus circa illorum validitatem, & justitiam, & quare.

67 Salustius Tiberius addidit ejus praxi authoritates, & juramutuo accepta à D. Jo. Baptista Sella insigni practico.

68 Commisso examine per judicem Notario, intelligitur commissa receptio juramentorum, & è contra.

69 Testes jurati in termino possunt examinari quandocunque, etiam extra terminum.

70 Notarius nulliter procedit ad testium examen, nisi illud, aut receptio juramentorum, sibi à judice committatur.

71 Si constat, articulos esse positiones, est de illis uti positionibus judicandum.

72 Articuli censentur positiones, si fuit parti præfixus terminus ad respondendum illis.

73 Articuli relevantes, etiam concurrentes objectus, vel quando melius materias specificant, quam primi, debent admitti.

74 Articuli irrelevantes, impossibiles, impertinentes, inverisimiles, & non concludentes, non sunt admissibiles, secus contrarij.

75 Articuli in dubio sunt potius admittendi, quam recipiendi, & quando impertinentes, vel irrelevantes dicantur.

76 Articuli solent sæpe admitti, salvis exceptionibus, vel salvo jure impertinentium.

77 Articuli non fatentur.

78 Articuli dati medio juramento probant contra articulantem, etiam non admissi, nisi doceatur de errore.

79 Articuli cum clausula, non esse astringens, nil certi contineri dicuntur.

80 Articulans tenetur specificare materias medio juramento, secus parte non opponente.

81 Testis debet jurare per diem ante examen, ex praxi.

82 Si judex mandat testes examinari summariè, parte non opponente, sufficit illos jurare in actu examinis.

83 In tribunali Gubernatoris urbis, & aliis inferioribus sufficit testes jurare in actu examinis.

84 Interpres jurare debet de fideliter interpretando.

85 Interpres de jure non requiritur in examine testium, secus de stylo curiæ.

86 Parte citata non conducente interpretem horis intimatis, valet examen sine illo, licet parte instante, testes possint deinde repeti.

87 Testes debent jurare tactis scripturis.

88 Tactus scripturarum non præsumitur, nisi scriptura appareat in actis.

89 Verba illa, testis juratus &c. non probant juramentum, & quare.

90 Iuramentum probatur ex verbis dispositivis Notarij, prout juravit &c. & similibus, etiam si non addiderit verba, tactis scripturis.

91 Dictio &c. comprehendit omnia, quæ sunt de natura, & substantia actus.

92 Iuramentum probatur ex sola assertione Notarij, si adsit in loco hic stylus.

93 Iuramentum non requirit tactum scripturarum sic disponente statuto, nec quoad sui essentiam.

94 Iurandi solemnitas est de jure positivo, & potest illa à statuto derogari.

95 Testis Sacerdos potest jurare tacto pectore.

96 Eques potest jurare super cruce sui habitus, & juramentum probatur ex verbis depositivis Notarij non enunciativis.

97 Mors supplet in teste defunctum juramenti.

98 Testium examen sine interrogatorijs est de jure validum.

99 Testes examinati sine interrogatoriis in actis dati non probant, nisi repetantur.

100 Repetendi sunt testes sumptibus ejus, qui vult juvari repetitione, si examen alias est nullum.

101 Testes examinati sine interrogatorijs in actis datis, vel pendente termino, sunt repetendi sumptibus ejus, qui illos curavit examinare sine illis.

102 Repetitio testium, si interrogatoria non erant data in actis, vel erat lapsus terminus ad illa dandum fit sumptibus eam petentis.

103 Parte protestante testes non examinari sine interrogatorijs datis, examen est nullum sine illis.

104 Testis, qui omnia interrogatoria non evacuavit, vel illis respondere recusavit, non probat.

105 Testis non tenetur respondere interrogatoriis impertinentibus seu crimen continentibus.

106 Nemo tenetur detegere turpitudinem suam.

107 Iudex remissionalis tenetur in omnibus servare formam sibi præscriptam in remissoria, alias examen est nullum.

108 Per dationem interrogatoriorum pars censetur consensisse examini, quod facilius tunc sanatur ex commissione cum clausula arbitrio.

109 Datio interrogatorioram inducit scientiam testium, & materiarum.

110 Interrogatoria primo loco data non faciunt sustineri examen nullum, si alia dari poterant.

111 Pars citata ad dandum interrogatoria, alias videndum examinari sine, si illa non dedit, examen est validum.

112 Minor, si tutor citatus est contumax in dando interrogatoria, non restituitur ad illa dandum.

113 Interrogatoria superflua, & impertinentia possunt à judice resecari, & etiam tacitè omitti.

114 Testes abfuturi recipiuntur, etiam super articulis non admissis, & possunt jurare, etiam die feriata.

115 Testes abfuturi in præstando juramento, stantibus stylis Romanæ curiæ, non sunt magis privilegiati, quam alij, nisi de jure, quando juramentum præstatur coram judice.

116 Testes abfuturi debent jurare de veritate dicenda, & de futura absentia, & in fine examinis, de non patefaciendo eorum dicta.

117 Testes non possunt examinari super ijsdem, vel directo contrarijs post publicatas attestationes, & didicita testificata.

118 Testium publicatio pronunciativa non impedit novum examen si testificata non sunt didicita.

119 Facta publicatione testium pars, quædam petiit, præsumitur didicisse testificata nisi, habeat præsumptionem pro se.

120 Publicatio facta parte invita, contradicente, protestante, vel absente, illi non nocet.

121 Publicatio testium insinuativa impedit testium examen super eisdem, vel directo contrarijs.

122 Pars, quæ habuit processum originalem apertum præsumitur didicisse testificata, etiam si non sit facta publicatio solemnis.

123 Dictu testium in disputationibus discussis, præsumuntur didicita testificata.

124 Conclusio, quod testes non possint examinari super ijsdem, vel directo contrarijs, publicato processu, vel didicitis testificatis, pluries fallit.

125 Testes noviter reperti, si de hoc constat possunt examinari super ijsdem, vel directo contrarijs, etiam post didicita testificata.

126 Testes possunt examinari post didicita testificata, quando articuli non sunt comprehensi sub primis, vel examen fit ad diversum finem.

127 Testes possunt examinari, etiam in secunda instantia, quando aliquid in secundis articulis continetur alio modo, & magis explicitè, quam in primis contineretur.

128 Testes examinari possunt super materia, super articulis non in cortice tantum, sed in sui essentia partim novis, & partim antiquis.

129 Testes examinari possunt super materia, super qua primi testes, nil deposuerunt.

130 Testificata non possunt dici didicita, si testes nil deposuerunt.

131 Testes producti ante publicationem factam parte invita possunt examinari, etiam post illam, & didicita.

132 Testes possunt favore Ecclesiæ examinari etiam post didicita, constito de læsione, & causæ cognitione, ac exacta diligentia interveniente.

133 Testes possunt examinari, licet processus sit tantum procuratori ostensus, secus si diu fuit penes principalem, & quare.

134 Testes post didicita possunt examinari ad corroborationem antiquarum probationum.

135 Testificata non dicuntur didicita de stylo curiæ, quando fuit tantum traditum partibus summarium testium, & quare.

136 Fallentia ad regulam, quod post didicita non possint testes examinari super ijsdem, vel directo contrarijs, remissivè dantur.

137 Testis recusans subjicere examini potest cogi ad id, tam in civilibus, quam in criminalibus.

138 Consanguinei, & affines non coguntur testificari contra consanguineos, & affines, nisi veritas alias haberi non possit, vel in subsidium, causa cognita.

139 Filius contra parentes, & libertus contra patronum, etiam volentes testificari, repelluntur.

140 Testis, cui objicitur crimen per modum exceptionis, non potest cogi ad testificandum.

141 Frater contra Fratrem non potest cogi ad testificandum.

142 Clericus in criminalibus non cogitur testificari, sed sit delictum se atrox, judex debet consulere Principem, si veritas aliter haberi non possit.

143 Testes coguntur subjicere se examini multa indicta, & captis pignoribus.

144 Testium materia est amplissima, & de ea remissive.

De

De testibus examinandis, Pars Prima. Cap. XI.

1 QUotiescunque positiones fuerint exadverso negatæ, sunt ut infra, reproducendæ in vim articulorum, & super eisdem inducendi, & examinandi testes ad docendum de solutione, aliisque præjudicialibus. Quod si non fuerunt datæ positiones, tunc, ad docendum de prædictis, sunt in actis producendi articuli, & super eis testes judicandi, & examinandi, & utroque casu citanda est pars adversa, ut infra videlicet.

A. C. N.

2 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario causæ examen, & receptionem juramen-
A torum testium in forma A, ad primam diem & postquam commissum fuerit, videndum illos jurare super articulis, & tota præsenti causa, in eorum vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & triginta, (vel plures
B aut pauciores ad libitum) sequentes dies, B, dandum Interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. alias videndum mandari examinari sine, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit articulos hodie (vel die NN.) in actis productos, & petiit, & obtinuit, ut supra admitti, si & in quantum, salvo jure impertinentium, & non admittendorum, sive tamen præjudicio obligationis cameralis, processus executivi, & decreti facti, ac committi in forma, &c. & examinari testes pro diebus, & horis intimandis, omni &c.

3 In termino autem dictæ citationis executæ & reproductæ, fit repetitio, seu productio articulorum in actis, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & acceptatis confessionibus exadverso factis in vim judicialis, & irrevocabilis confessionis, repetiit positiones negatas, & alias sub die NN, in actis productas, in vim articulorum, petens &c. omni &c. Si verò non fuerunt productæ positiones, tunc producuntur, seu repetuntur articuli in Broliardo, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. facto per compulsum produxit articulos (seu repetiit articulos, alias sub die NN. in actis productos) tenoris &c. petens &c. omni &c.

4 Articuli verò possunt fieri juxta infrascriptam, vel aliam similem formulam, mutatis mutandis, secundum facti contingentiam.

Formula Articulorum.

C Articulos, C, infrascriptos dat, facit, exhibet & producit procurator, & eo nomine NN. in causa, quam habet cum NN. petens recipi, & ad probandum admitti in curia, & extra, & super eis testes inducendos, servatis servandis, examinari, omni &c. deducens &c. ad superfluam tamen probationem non se astringens, de quo &c. solemniter, & expresse protestatur, omni &c. salvo jure &c. & non solum, ut supra, sed omni alio meliori modo &c.

In primis hic loco articulorum repetit omnia jura, instrumenta, Scripturas publicas, & privatas &c. in quantum &c. ex quibus &c. licet &c. tamen ad majorem cautelam & quatenus opus sit, probare vult, & intendit, vulgari sermone, videlicet.

1. Che la verità fù, & e che NN. del mese di NN. pagò in Roma scudi mille moneta al d. NN. Avversario, e così &c.

2. Che detto NN. avversario si chiemò all' hora quieto, e pagato, e sodisfatto di tutto quello che detto NN. gli doveva fino a quel giorno, e ne fece à lui la quietanza finale, e patto di non più dimendargli cosa alcuna, e così &c.

3. Che delle dette cose ne fù, era, & e publica voce, e fama, palam etc.

Hos pro nunc, etc. salvo etc. non se tamen astringens ec. omni etc.

Nomina Testium.

NN. Romanus degens in Regione NN.
NN. Ferrarien. degens in Regione NN.
NN. NN. NN. NN.

5 Exadverso, in termino dictæ citationis ad dicendum contra articulos, fit hæc protestatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. dixit prædictos articulos non admitti in præjudicium obligationis cameralis, processus executivi, decreti facti, et mandati relaxati, et his salvis, et non aliis etc. contra prætensos articulos dixit pro nunc generalia, verbo, salvo jure etc. et non examinari, nisi specificatis materiis, nominibus, cognominibus, patria, habitatione, et exercitio testium medio juramento tactis etc. et dato termino competenti, et intimatis die, et hora certis ad effectum dandi interrogatoria, et conducendi interpretem, alias etc.

6 Et ob id pro implemento dictæ protestationis, ut possit procedi ad ulteriora in examine testium, ille, qui produxit articulos, specificat materias, & protestatur, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & medio juramento tactis &c. specificavit materias, nomina, et cognomina testium, prout in articulis, juravit de calumnia in forma etc. et induxit ulterius in testes NN. Aromatarium in urbe degentem in Regione NN. et NN. Campsorem Romanum degentem in urbe in Regione NN. omni etc.

Et deinde fit intimatio, videlicet.

A. C. N.

7 Intimetur NN. exadverso principali, qualiter materiæ, nomina, et cognomina testium sunt in
D actis specificata, D, et Dominus mandavit examinari testes, et alias prout in actis, et testes examinabuntur die NN. cum decem sequentibus, de mane, hora NN. et de sero ho-

ra

ra NN. ideò &c. alias &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

8 Testes verò inducti debent singuli jurare in actis de veritate dicenda saltem per diem ante examen hoc modo videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. testis inductus, pro parte dicti NN. qui monitus &c. medio juramento tactis
E &c. E juravit de veritate dicenda suis loco, & tempore super articulis, & tota causa & super quibus examinari contigerit, remotis &c. omni &c. Et sic de singulis.

9 Quo quidem juramento à teste præstito in die juridica, illa ipsa, poterit examinari, etiam in die feriata, prout latius in observationibus infra dicetur.

10 Cæterum die, & hora intimata adveniente pars comparet cum interrogatoriis, & inducit interpretem, ut infra &c. videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. induxit interpretem NN. qui
F juravit medio juramento tactis &c. F, de fideliter interpretando, omni &c.

11 Et successivè examinantur testes per Notarium causæ, cui fuit examen commissum, medio
G juramento tactis &c. G, in actu examinis reiterato, ad organum interpretis Dantis interrogatoria, primo juxta omnia, & singula interrogatoria, & deinde ad organum interpretis articulantis, super omnibus, & singulis articulis, super quibus testes fuerunt inducti, si vero partes de unico interprete concordarunt pro utraque parte, vel ob discordiam, vel alias fuit unicus à judice deputatus, examinantur in omnibus ad organum illius, alias interprete non existente, ad organum Notarii. Productio verò interrogatoriorum sit, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

12 In officio NN. facto per compulsum produxit *Interrogatoria*, prout in folio tenoris &c. petens &c. omni &c.

13 Sed si pars adversa die, & hora intimata pro examine, non comparet cum interrogatoriis, & interprete, tunc expectata hora intimata, & hora sequenti pulsata, proceditur ad ulteriora in examine absque interprete adversarii, & etiam absque interrogatoriis, si exhibita non fuerunt super articulis in actis datis.

14 Si verò pars, quæ instat testes examinari, non comparet, die & hora intimata, tunc expectata hora intimata, & hora sequenti pulsata, pars adversa accusat illius contumaciam, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & expectata hora N. intimata, & hora N. immediatè sequenti pulsata, accusavit contumaciam partis adversæ non comparentis cum testibus assertis examinandis, & protestatus fuit non posse amplius pro nunc examinari, alias &c. omni &c.

Et si pars de sero, vel de mane sequenti post accusatam primam contumaciam, adhuc in sua contumacia perseveret, accusatur secunda contumacia, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. & expectata hora N. intimata, & hora N. sequente pulsata, accusavit contumaciam partis adversæ non comparentis, nec ducentis assertos testes examinandos, & protestatus fuit, nihil fieri, nisi denuo intimato alias &c. omni &c.

15 Quod si pars remanet contumax de mane & de sero, tunc dd. duabus contumaciis accusatis vel à parte, vel ab ejus interprete inducto, est necessaria nova intimatio examinis pro die & hora certis, alias non potest produci ad ulteriora in examine.

16 Interrogatoria verò possunt fieri juxta infrascriptam formulam, & alias mutatis mutandis secundum facti contingentias.

Formula Interrogatoriorum.

Interrogatoria infrascripta dat, facit, exhibet & producit Procurator, & eo nomine NN. in causa, quam habet cum NN. petens assertos testes ex adverso inducendos super illis in primis,
H & ante omnia interrogari, alias protestatus fuit de nullitate examinis, H. & aliis licitè protestandis, omni &c. & vulgari sermone.

1 S' interroghi ciascun Testimonio se è informato della qualità, è importanza del Giuramento, è delle pene di chi giura il falso, non essendo informato à pieno, s' averta delle cose predette, che tanto giura il falso quello che dice la bugia, come quello che tace la verità e che chi fa questo, offende Dio, il Giudice, e l' anima propria, & è tenuto alla parte alla restitutione, e faccino l' altre solite monitioni.

2 Si interroghi ciascun Testimonio del nome, cognome, Padre, patria, habitatione, & esercitio, se è ricco, o povero à spese di chi viva, e quanto vale il suo, in omnibus &c. alias &c.

3 Se quest' Anno si è confessato e communicato per la Pasqua, In che chiesa, da qual Sacerdote, & alla presenza di chi, in omnibus &c. alias &c.

4 Se è mai stato inquisito, e processato carcerato, ò dichiarato Scommunicato e da qual Giudice, e Tribunale, e per qual causa, e se fu assoluto, ò condannato, e in qual pena, e se anco sia Scommunicato, in omnibus &c. alias &c.

5 Se e parente, in che grado dell' inducente, overo Amico intrinseco, Compagno, o Familiare, ò Compare dell' istesso, e se da esso, o da altri gli è stato donato promesso, ò rimesso cosa alcuna per venirsi ad esaminare, e che cosa, e da chi, e se da quest' esamine speri utile alcuno, e quale, in omnibus interrogetur de loco tempore, contestibus, & causa scientiæ, alias &c.

6 Se e mai stato instrutto, e se gli è mai stato insegnato da persona alcuna quello deva deporre in questo esamine e da chi, e con quali parole sia stato ricercato di venire ad esaminarsi in questa causa, in omnibus &c, alias &c.

7 Se conosce le Parti, che litigano, da quanto tempo in qua, e con quale occasione e chi siano, e se habbi mai ricevuto dispiacere, e quale da alcuna di esse, e da chi, e se habbi tenuto, o tenga inimicitia con alcuna dell' istesse parti, e con chi, e per qual causa, e qual di esse vorria che vincesse, o perdesse la lite, in omnibus &c. alias &c.

8 Se

8. Se sia solito spesso esaminarsi per altri, e se si sia più volte esaminato à favore, ò contro alcuna delle parti, che litigano, e particolarmente per l'inducente, & in qual Tribunale, e quante volte, e se quelli per chi si è esaminato hanno vinto, ò perso la lite, e se l'inducente si sia mai esaminato per esso testimonio, e quante volte; in omnibus &c. alias &c.

9. Se è verisimile, che uno paghi grossa somma di denari senza farsi far riceuuta in scritto, ò quietanza per instrumento; in omnibus &c. alias &c.

10. Se sà, che sia mai stata pagata somma alcuna di denaro da persona alcuna senza riceuuta in scritto, e da chi, e doue, e quando, e quante volte, e chi era presente, & come sappia, se il pagamento fu fatto con riceuuta, ò senza; in omnibus &c. alias &c.

11. Che cosa sia fama, e come lo sappi; in omnibus &c. alias &c.

12. Deveniendo ad articulos, super singulis interrogetur de loco, tempore, & contestibus, & causa scientiæ, alias &c. Super aliis suppleat diligens Examinator, cum potestate addendi, & minuendi, omittendi, & alia interrogatoria conficiendi, ad arbitrium Domini interpretis, omni &c.

Si verò testes sint absfuturi, ut quam citius examinentur, citatur pars aduersa, ut infra videlicet.

A. C. N.

17 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario examen, & receptionem juramentorum testium in forma, ad primam diem: & postquam commissum fuerit videndum illos jurare in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, tam super articulis, quam super tota causa per totam illam, & viginti (vel plures, vel pauciores ad libitum) sequentes dies, necnon videndum mandari examinari testes absfuturos, I & jurari super futura absentia I, illorum, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c alias mandari examinari sine, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatione, ac specificatis materiis, nominibus, & cognominibus testium, ut supra, obtinetur decretum, videlicet.

NN. repetiit articulos die NN. in actis datos, & petiit, & obtinuit ut supra, admitti si, & in quantum, salvo jure impertinentium, & non admittendorum, committi in forma, & examinari testes pro diebus, & horis intimandis.

18 In termino dictæ citationis, jurandum est super futura absentia testium, & debent jurare tam Principalis, seu procurator, quam etiam ipsi testes absfuturi videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. induxit in testes NN. & NN. ac juravit medio juramento tactis &c. super futura absentia illorum ab urbe, omni &c.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. testis absfuturus inductus, monitus, &c. medio juramento tactis &c. juravit se citò ab urbe absfuturum, & de veritate dicenda suis loco, & tempore, super articulis, & tota causa, semotis &c. omni &c.

A. C. N.

19 Intimatur NN. exadverso principali, qualiter materiæ nomina, & cognomina testium sunt in actis specificata, & D. mandavit examinari testes absfuturos, & fuit juratum super futura absentia, & alias prout in actis, & testes examinabuntur die craslina cum duobus sequentibus de mane, hora N. & de sero hora N. & ideo &c. alias &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

20 Si verò testes absfuturi sunt examinandi super articulis alias datis, & admissis, citatur hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum mandari examinari testes absfuturos L (noviter repertos, L, si sint de novo reperti) & committi Notario causæ examen, & receptionem juramentorum testium in forma, ad primam diem, & postquam commissum fuerit, videndum illos jurare in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & viginti sequentes dies, necnon jurandum, jurarique videndum super futura absentia illorum, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c alias videndum mandari examinari sine ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

21 Sed si examen, & receptio juramentorum alias fuerit Notario commissa, & terminus ad videndum jurare testes adhuc duret; sufficiet citare hoc modo, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum mandari examinari testes absfuturos, ac jurandum, jurarique videndum super illorum futura absentia, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. alias videndum mandari examinari sine, ad primam diem instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Et obtento decreto, & jurato eodem die, ut supra, super futura absentia, & executa intimatione in forma solita, poterunt die immediatè sequenti post decretum factum, testes absfuturi examinari.

22 Cæterum si testis de veritate informatus se examini subjicere recusaverit, poterit ad se examini subjiciendum cogi, & citari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. testis inductus ad subjiciendum M se examini, M, alias videndum gravari, & pro gravamine decerni, & relaxari mandatum executivum, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit gravari in Juliis NN. pro quolibet die, donec paruerit, & ut supra,

pra, nisi ad primam diem cum intimatione, omni &c. A. C. N.

Intimetur NN. Test. inducto, qualiter Dominus relaxavit mandatum, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Et tunc, si aliquot diebus elapsis testis non se subjicit examini, expeditur contra eum mandatum pro gravamine, & summa judici benevisa, & proceditur ad capturam pignorum, illorumque subhastationem, donec ille tædio affectus se examini subjiciat.

Observationes.

A 23 EXamen testium de jure civili Notario committi non potest. *Alex. cons.* 104. *n.* 5. *l.* 5. nec sine judice potest Notarius recipere juramenta aut examen illorum. *Vestr. in prax. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 11. *vers. Quamobrem.*

24 Sed quidquid sit de jure, hoc non procedit de consuetudine, præsertim ex causa ob multiplicitatem negotiorum, & ob id de stylo curiæ potest judex committere, prout quotidie observat praxis, Notario Actuario examen, & receptionem juramentorum testium in forma, parte tamen citata, saltem ad videndum committi Notario receptionem juramentorum illorum, quæ quidem receptio una cum examine committitur Notario uti nudo Ministro, ut per *Tex. in clem.* 1. *de offic. deleg. & cap. Mulieres de judic. n.* 6. *tradit Abb. in c. cum causam n.* 22. *in fin. vers. sed ego dico, de test. & in c. quoniam contra n.* 30. *de probat. latè Vest in prax. d. lib* 6. *c.* 2. *n.* 12. *& seq. Farinac. de Test q.* 77. *n.* 177. *& seq.* ubi de magis communi, & in praxi observata opinione testatur, cum aliis cumulatis per *Beltramin. ad Greg. dec.* 368. *n.* 9. & tradit idem *Greg. d. decis.* 368. *n.* 3. ubi loquitur de judice remissoriali, qui potest hujusmodi nudum ministerium committere Notario, sicut de judice compulsoriali idem tradit *Coccin. decis.* 401 *n.* 1. quod non solum de stylo curiæ Hispaniarum, & aliorum locorum fieri potest ex prælegatis, sed etiam de jure, *Rot. decis.* 393. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* cum aliis cumulatis per *Fenzon. ad stat. urb. lib.* 1. *c.* 71. *n.* 23. *& seqq.* & eo magis ex causa *Farinac. d q.* 77. *n.* 181. quæ † quidem causa præsumitur, etiam si alias non constet de impedimento, *Farinac. d. q.* 77. *n.* 182. *& n.* 195. dummodo hujusmodi nudum ministerium committatur parte citata, prout quotidie observatur in praxi *Farinac. d. q.* 77. *n.* 182. & examen, † ac juramenta prædicta, licet à solo Notario recepta absque aliis testibus probant, quia cum sint facta de judicis mandato, censentur facta ab ipso, vel coram ipso, licet in ejus absentia, & ob id inter acta judicialia computantur, *Innoc. in c. quoniam contra n.* 1. *vers. dummodo, & ibi Host. n.* 5. *vers. respondeo, Abb. n.* 29. *prope fin. vers. & dummodo. Felin. n.* 12. *vers. & hoc intellige, Anchar.* 26. *Dec. n.* 78. *in fin. Bero n.* 79. *& alii, ext. de prob. Castren. in l. vinum n.* 3. *ff. si cert. pet. Sal. Tibet. in prax. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 38. *Greg. dec.* 368. *n.* 6.

27 Est tamen consilium *Hostien. in d. c. quoniam contra n.* 5. quem *Abb. ibid. n.* 29. *in fin. Dec. n.* 198. ubi se remittit ad ea, quæ scripsit in suo *consil.* 42. & alii sequuntur, quod de commissione hujusmodi facta Notario, rogetur alter Notarius, cum alias ipsi in hoc non credatur, nec possit esse testis in causa propria, *Alex. consil.* 104. *n.* 6. *lib.* 5. ubi de magis communi, *Gravat. ad Vestr. d. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 48. *Vant. de nullit. defec. citat. n.* 43. *vers. prout etiam Tabellioni, Salust. Tiber. d. l.* 3. *c.* 7. *n.* 38. *vers. & si secus, Afflict. decis.* 317. *n.* 3.

28 Sed hoc primò non procedit de stylo, *Farinac. d. q.* 77. *n.* 191. & signanter de stylo Rotæ, & curiæ, *Caputaque dec.* 245. *n.* 1. *p.* 2 *Rot. dec.* 699. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Nam in curia, antiqua, & notatoria praxis observat, ut credatur Notario de commissione sibi data examinandi testes, & recipiendi eorum juramenta, *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.* 1. *c.* 71. *n.* 27. parte tamen ad id, ut supra citata, ut quotidie servatur. *Farinac. d. q.* 77. *n.* 191.

29 Secundò non procedit in casu necessitatis, ut puta ratione officii, prout quando Notarius erat Cancellarius, & Actuarius Episcopi, aut alterius judicis, nam tunc ei creditur. *Dec. consil.* 42. *n.* 5. *vers.* 3. *& præcipue Io. And. in c. cum quid il.* 2. *n.* 12. *& seq. de reg. jur. in* 6. *Rot. dec.* 79. *n.* 16. *par.* 5 *recen.*

30 Tertiò non procedit, quando testes jam sunt per eum examinati, & scriptus processus, nam multa facta tenent, *Ferret. in rep. c. quoniam contra, num.* 131. *de probat.* ubi quod ita sæpè vidit observari in praxi.

31 Cæterum quod Notario credatur de commissione sibi data, contra *Hostien. & sequaces* tenuit *Innoc. in d. c. quoniam contra, in princip. de probat. Bart. in l. ex sententia circa med. versic. induco istam legem. ff. de test. tut.* & alii quos refert *Farinac. d. q.* 77. *n.* 186. quæ opinio est communis. & quotidie in Palatiis observatur, teste *Aret. §. Item propter inimicitias, in fin. Inst. de excus. tut.* & signanter in curia ex prælegatis, & in hoc creditur Notario etiam sine Testibus, cum sit actus judicialis, *Farinac. d q.* 77. *n.* 191. prout pariter observat praxis, & curia.

32 Sed hoc procedit, quando Notarius id attestatur per actum de præsenti, secus si id attestaretur per enunciativam, & sic per actum de præterito, cum eo casu non dicat se rogatum, & ideo non probet, *Afflict. dec.* 317. *n* 3. *& q.* 4. *Salust. Tiber. d. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 38. *vers. & si secus.*

B Citatio ad videndum jurare testes, si est facta

33 pro singulis diebus, & horis, & nullus terminus probatorius est præfixus, sustinetur per duos dies post illius executionem immediatè sequentes, *Rot. dec.* 307. *n.* 9. *p.* 1. *& dec.* 52. *n.* 8. *p.* 3.

34 *recent. Andr. dec.* 65. *n.* 7. & sæpius † fuit decisum: sed si certus terminus probationis fuit præfixus, sustinetur ex praxi curialium pro integro termino probatorio, *Bald. in l. si quando, n.* 11. *C. de test. Rot. dec.* 393. *n.* 6 *p.* 1. *& dec.* 557. *n.* 8. *p.* 4. *& dec.* 277. *n.* 9. *par.* 6. *recen. Greg. decis.* 446. *n.* 5. etiam si dictus terminus sit prorogatus, quia censetur idem cum primo præfixo, *Greg. decis.* 429. *n.* 5. *Rot.* 277. *n.* 10. *par.* 6. *recent.*

Sed

Sed non procedit in termino de novo concesso, quia est diversus à primo, *Greg. d. dec. 429 n. 5.*

35 Citatio autem ad videndum jurare testes, est omnino necessaria, *Greg. dec. 518. n. 1. Cavaler. dec. 275. n. 1.* adeò, quòd sine illa testium examen est nullum, *Cap. 2. de test. l. si quando, ubi gloss. & Castr. C. de test. Vestr. in prax. lib. 6, cap. 2, n. 1. Maran. de ord. Iud. p. 2. c. 6. prin. act. 6. n. 2. Cavaler. dec. 275. n. 1. Greg. dec. 268. n. 1. Buratt. dec. 169. n. 9. & dec. 506, n. 4.* nec est locus arbitrio, *Buratt. dec. 156. n. 11, & dec. 324, n. 8.*

36 Nec sufficit citatio generalis, sed requiritur specifica, individua, *Greg. d. dec. 268, nu. 3. Buratt. decis. 324, n. 5.*

37 Primò tamen hoc non procedit, quando fuit facta citatio ad omnia ad causam pertinentia, *Rota dec. 557, n. 1. in fin. par. 4. recent. Beltram. ad Greg. dec. 268. n. 12.*

38 Secundò non procedit, quando Decretum admissionis ad probandum fuit parti intimatum; nam in his continetur virtualiter citatio ad videndum jurare testes, *Beltram. ad Greg. d.*

39 *dec. 268 n. 12. Andr. dec. 41. n. 6.* & intimatio † supplet defectum citationis, *Rota dec. 280. nu. 3. post cons. Farin. lib. 2.* ubi quod ita fuit sæpius decisum *Buratt. dec. 606, n. 6. Seraph. dec. 1057, n. 4.* non tamen citationis ad sententiam, cùm sit gravis præjudicii, *Rota dec. 300, nu. 8, par. 2, diversor. & dec. 274. n. 3, par. 1, recent.*

40 Tertiò non procedit, quando pars dedit interrogatoria, & fuit obtenta commissio sanatoria, cum clausula arbitrio Judicis, quæ, si narretur, examen factum de interrogatoriis, à Signatura passim concedi solet, ut testatur *Salust. Tib.*

41 *in prax. lib. 2, c. 14, n. 7,* nam † tunc testibus fides adhiberi solet, cùm arbitrium concessum temperet juris rigorem ex observantia Rotæ, *Burat. dec. 118, n. 12. Cavaler. dec. 322, num. 6,* latè *Ferentill. ad Buratt. d. decis. 118, num. 19 sub lit. C.* ubi quòd idem procedit, etiam si pars dedit interrogatoria, cum protestatione de non consentiendo in jurisdictionem, dummodo defectus jurisdictionis non sit totalis, & dummodo interrogatoria contineant omnem excipientis defensionem, & quidquid relevans deduci poterat contra testes inductos; nam aliàs non est locus clausulæ arbitrio, *Pur. dec. 300, lib. 3. in correct.* cum aliis allegatis per *Ferentill. ad Buratt. dec. 506, n. 11.* Et quòd sit locus clausulæ arbitrio, quando pars dedit interrogatoria, etiam si testes fuerint examinati in alia instantia, tradit *Cavaler. dec. 240, n. 5.*

42 Quartò non procedit, quando defectus citationis est turbidus; nam etiam tunc sanatur ex commissione cum clausula, arbitrio, *Buratt. dec. 376. n. 9.*

43 Quintò non procedit, quando partes infra eumdem terminum testes eodem modo produxerunt, examinari fecerunt, *Seraph. decis. 857, n. 26. Buratt. dec. 304, n. 8.* ubi alias decisiones cumulat, *Cavaler decis. 32, num. 5.* ubi quòd ex hoc arguitur stylus, qui indubitatè attenditur ad validitatem examinis, & ne infiniti processus irritentur,

44 Sextò non procedit datâ scientiâ partis, contra quam testes examinantur, *Seraph. dec. 1094. n. 4,* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Burat. d. dec. 118. n. 19. lit. B.*

45 Septimò non procedit, quando pars, vel etiam procurator fuit præsens in monitione Judicis ad videndum jurare testes, & commissione examinis, quia d. præsentia supplet defectum citationis, *Seraph. dec. 388, n. 4. Greg. dec. 576, nu. 1. & seq. Rota decis. 79. n. 15. par. 5. recent. Ferent. ad Buratt. d. dec. 118. n. 19. lit. B.* quinimò habetur pro citatione, *Duran. decis. 305, n. 7.*

46 Die autem juridico non feriato recipiendi sunt testes, ut sentit *Gloss. 1. in vers. secùs ergo in Clem. 1. de offic. deleg. Castren. in l. si quando, nu. 4. C. de test. Butr. in cap. 1, num. 10, de fer. Specul. de fer. lib. 2. §. seq. videre, num. 6. post med. vers. recipi possunt* & ibi *Adden. in verbo Processus, Crot. de test. p. 7, nu. 22,* & ibi *Add. n. 108, in verb. feriata, lit. E. Severol. de remiss. cap. 32, num. 5, & seq. & cap. 33. Ruin. cons. 149, num. 21, lib. 5, Scacc. de Judic. c. 8, num. 457, & seq. Farin. de test. qu. 80. oppos. 36, num. 55. & seqq.* nec possunt jurare in die non juridico, *Specul. de fer. d. §. seq. videre, num. 5. Abb. in c. 1. n. 9. de fer. Sarnen. in cap. 20. num. 42, de Judic. in 6. Anchar. in cap. 1, n. 6.* & ibi *Cardin. vers. ex glos. penult. in fin. de fer. Roman. in Auth si quis in aliquo, num. 11. C. de eden. Alex. cons. 213, lib. 2. Montic. in repert. de test. tit. jurare quo die, & tempore debeant test. Lanfranc. in prax. in d. §. Testium depositiones, num. 15,* & ibi *Adden. Petr. Jacob de Monte pessul. de arbitr. num. 2. Mandos. comm. 13 vers. quartò quæro, Scac. de Judic. d. c. 8. n. 457. & seqq.* aliàs examen est nullum, *Seraph. decis. 861. n. 9. & n. 27.*

47 Et licèt ex præfatis Doctoribus quidam loquantur de admissione, & receptione ad jurandum, seu de dilatione juramenti, quæ fiunt à Judice, quidam verò dicant, quòd testis non potest jurare: tamen non sunt varii, sed secundi sunt intelligendi de admissione Judicis, quia moventur

48 iisdem juribus † authoritatibus, & rationibus, quòd tempore feriarum non possunt fieri actus judiciarii, quibus moventur etiam primi, ut in suo *Repert. tom. 9. in verb. Testis jurat folio*

49 *102.* adnotavit † bon. mem. *Antonius Maria Coratius,* qui fuit J. C. præclarissimus, ut per *Add. ad Massuer. in prax. tit. 35. de expens. damn. & interess. ad n. 8.* & in forma Curia causarum patronus primarius, cuius legali opera, & magni Duces Etruriæ, & Dux Urbini, & alii infiniti in eorum arduis negotiis, & litibus usi sunt, prout quinquaginta eius informationum volumina, quæ post se reliquit, omnibus protestantur.

50 Subdens, quòd hæc conciliatio deservit, ad salvandum stylum Rotæ, & Curiæ Romanæ citandi ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario causæ examen, & receptionè juramentorū testium in forma, ad primā diem, (quæ intelligitur de juridica) & postquàm cōmissum fuerit videndum illos jurare super dictis articulis, & tota causa in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & triginta (vel plures, vel pauciores ad libitum) sequentes dies (qui intelliguntur de currenti-

bus) dandum interrogatoria,& conducendum interpretem, quatenus dare, & respectivè conducere intendat, aliàs videndum mandari examinari sine ad eandem primam diem: Nam ex-
51 ecuta citatione, † & relatione facta, Judex decernit, ut suprà petitur, testes deinde jurant in manibus Notarii,ubi reperti fuerint, tã in d. die prima juridica, quàm in aliis prædictis triginta diebus currentibus,sive juridicis,sive feriatis sequentibus.

De quo stylo hujus A.C. tribunalis testatur *Salust.Tiber.in prax.lib.2.cap.13,n.6.cum pluribus seqq.* Rotæ verò : licet *Form. Termin. & Vestr.* illum omiserint,quilibet certus reddi poterit ex revolutione regestorum; prout de illo, suis temporibus,sic redditum se certum fuisse, testatur *Corat.ubi suprà.*

Qui quidem stylus ex præallegatis apparet validus, quia adest admissio huiusmodi juramenti facta à Judice in d.prima die juridica pro omnibus,& singulis dictis triginta diebus currentibus sequentibus, sive juridicis, sive feriatis, & sola remanet illa præstatio juramenti,quæ est quid facti ipsius testis,sicut examen, seu depositio eiusdem , & facta in dictis triginta diebus currentibus,sive juridicis, sive feriatis, dicitur facta in die iuridica per relationem, quam habet ad admissionem ad iurandum à Judice factam in d. prima die iuridica, à qua principium
52 sumit,& dependet;† nam ad iudicandum qualitatem actus quando illius finis habet necessariam consequentiam à principio, debet finis ad principium trahi, & solum principium attendi, *l.3.§.secundò,ubi Bart.ff.de Minor.idem.Bart.in l.1 ff.qui pot.in pig.hab. Alciat.præsump.32,n.2.reg.2. Afflict.dec.135.n.5. Seraph.dec.891.n.9.*

53 Cui stylo tribunalis A.C. confert non modicum stylus Curiæ Capitolinæ, quâ testes præsumuntur iurasse tempore,quo illorum nomina eduntur & juramentum, quod posteà à teste recipit Notarius de commissione Judicis, retrotrahitur ad tempus commissionis , sicut etiam examen,ad iuramentum,& commissionem prædictam à Judice factum in dicta prima die iuridica,refertur, *Luc.Pet.in prax.lib.2.cap.5.num.5. Fenzon. ad stat. urb. lib.1.c.71.n.24. & seq.* ubi quòd prædicta procedunt,licèt in actis constet, quòd testes non jurârint tempore dictæ editionis nominum illorum,sed longè posteà.

Aliàs si dicta præstatio iuramenti non trahe-
54 retur ad suum principium , scilicet ad dictum mandatum Judicis factum in die iuridica, non posset eadem præstatio facti ipsius testis committi Notario,uti nudo ministro,nec ab eo recipi ubicumque,prout committi, & recipi posse de stylo Romanæ Curiæ tradit *Vestr. d.lib.6.c.2. n.12,& seq. Salust.Tib.d.lib.2.c.13,n.6.* Nam de
55 jure testis † debet præstare iuramentum coram Judice in iudicio, præsente parte, ut post alios, quos allegat,tradit *Vestr.d.c.2.n.11.*

56 Et per consequens non posset dicta præstatio aliqua ratione dici actus judicialis, ut de se patet, sed dicitur actus judicialis , non solùm ipsa præstatio iuramenti in manibus Notarii nudi ministri extra iudicium ubicunque facta , sed quod magis est,etiam examen à Notario pariter nudo ministro quandocumque receptum , quod extra iudicium recipi posse; quia est quid facti,tradit,*Rota dec.26.de prob.in antiq. Vestr.d. lib.6.c.2.n.13.* etiam tempore feriato receptum, ut tradit *Specul.de fer.§.sequitur videre num.6.lib. 2.Abb.in c.1.n.10.de fer.Salust.Tib.d.lib.2.cap.13.n. 8.*ergo non alia ratione id de examine, prout est quid facti,dici potest,nisi quia trahitur ad suum principium, à quo habet necessariam consequentiam,scilicet ad mandatum Judicis factum in dicta die iuridica,ut per *Innoc.in cap.Quoniam contra,n.1.vers.dummodo, & ibi Abb.n.29.vers.sed ad unum,& vers.dummodo, & n.30.& seq. & aliis de probat.Vestr.d.lib 6.c.2.n.12. & seq.* cum aliis allegatis suprà,*ac eadem par.1.cap.9.lit. C.in nono requisito.vers.2.quia,& vers.3.quia, & cap.10.lit. A.*

57 Præterea à primo stylo committendi Notario uti nudo ministro,examen, & receptionem juramentorum testium in forma, qui iustus, & validus supponitur,prout iustum,validum,& iuri consonum asserit *Vestr.d.lib.6.n.13.& seq. Luc. Pet.in prax.lib.2,c.5.n.5.vers.quia Iud. Fenzon. ad stat.urb.lib.1.c.71, n.22.* qui alias cumulat auctoritates, *Rota dec.303,n.6.par.1.recent.*ubi quòd dictus stylus non est contra jus,per *text.in Clem:*
58 *1.de offic.deleg* cum aliis allegatis suprà lit. A. descendit alter stylus, ut testes iurent extraiudicialiter in manibus Notarii nudi ministri, in eorum, vel Notarii domibus , & ubi recepti fuerint,& ob id, cùm dicta præstatio iuramenti de
59 jure sit actus iudicialis, & postquàm dictis stylis mediantibus, prout est quid facti ipsius testis, fuerit effectus extraiudicialis, non possit amplius dici iudicialis, nisi per relationem , quam habet ad suum principium, ut suprà, cùm sicut de iure examen ad tempus iuramenti refertur iuramentum ad tempus commissionis ; & mandatũ Judicis retrotrahi possit, & retrotrahatur, ut per *Fenzon.ad stat.urb.lib.1.c.71.nu.24. & seq.*
60 *Luc.Pet.in prax.lib.2,c.2,n.5. Salust.Tib.lib.3,c.7. n.38.* utique poterunt testes iurare etiam in die feriata ; quia licèt tunc non possint fieri actus iudiciales,ex allegatis suprà *in vers.Die autem juri.* possunt tamen fieri actus extraiudiciales,& quidem validè,ex præallegatis , qui tamen per retrotractionem, ut suprà, etiam actus iudiciales dici possunt.

61 Et ob id non obstat, quòd non possit in die feriata præstari juramentum, *Cap.1.& ibi DD. de fer. l. omnes, & l. dies, C. de fer.* quia ad
62 hæc † ex præmissis apparet responsio; nam procedunt , & debent intelligi, prout DD. *in d. cap. 1. de fer.* & alii suprà allegati *in d.vers. die autem,* satis clarè innuunt de iuramento , quod præstatur coram Judice in iudicio,& de admissione , quæ fit à Judice ad juramentum,non autem de juramento, cujus receptio juxta notorium stylum Curiæ, fuit à Judice Notario commissa , & quod prout est quid facti ipsius testis,præstatur in manibus Notarii,uti nudi ministri, extrajudicialiter, & ubicunque, prout declaravit praxis , quæ est optima legum interpres,& magistra, *l. Si de interpreta-*

tione

tione, ff. de legibus, & post alios quos allegat, tradit *Cagnacen. in repet. cap. Quoniam contra. sub n. 1, de probat. Asin in prax. §. 22, cap. 16. limit. 3, n. 2 Gonzal. ad Reg. 8. gloss. 6, §. 1, num. 40. Guido Pap. decis. 30. num. 2. Cavaler. decis. 117, n. 6*, nam Jura, & DD. superius allegati non loquuntur in terminis alicujus ex dictæ Romanæ Curiæ stylis, nec illos, aut aliquem ex eis supponunt, sed potius contrarium.

64 Sed quatenus Text. in d. cap. 1, generaliter intelligendus esset (quod ex præmissis potest negari) tam in judicialibus, quàm extraiudicialibus debet secundùm Canonistas, & Summistas intelligi in judicialibus de præcepto, in extrajudicialibus verò de consilio, & omnes post Hostien. dicunt de consuetudine non servari, ut latè tradit *Seraph. dec. 782, n. 5. & seqq.*

65 Proinde quicquid de abusu dixerit *Salust. Tiber. d. lib. 2, cap. 13, num. 9*, sequitur quòd stylus præstandi juramentum, prout est quid facti ipsius testis, in manibus Notarii nudi ministri, ubicunque extra judicium in dd. triginta diebus sequentibus post dictam diem primam juridicam, sive juridicis, sive feriatis, sit validus, prout ad instar alterius styli examinandi testes, ut suprà, validum esse, affirmat *Corat. in loco suprà cit.*

66 Siquidem de stylis tribunalis A.C. est omnino Salustio Tiberio credendum, uti testi de visu, qui per spatium quadraginta annorum, & eò amplius fuit A.C. Notarius, & in eo tribunali plurimum versatus; ut ex primæva eius nudæ praxis impressione de anno 1584. *lib. 1. c. 1. & ex Formulario*, quod edidit, clarè apparet.

Cæterum illorum validitas, & justitia non est eius judicii, idque ipse in d. prima nudæ praxis editione *lib. 1. c. 1. proœmiali* ingenuè fassus fuit, licèt id posteà in secunda editione de anno 1607

67 omiserit, & quamvis in hac secunda editione authoritates, & jura addiderit, illa tamen à *Ioan. Bapt. Silla insigni practico*, & in eodem A.C. tribunali plurimum versato, mutuò accepit, ut idem Corat. ubi suprà memoriæ mandavit,

68 Commisso autem examine à Judice Notario intelligitur commissa etiam causa receptionis juramentorum, *Put. decis. 258. lib. 1.* & econtrà commissa receptione juramentorum censetur commissum examen, *Vestr. lib. 6. c. 2. n. 13.* &

69 sufficit, quòd testes iurent in termino probato-

70 rio, *Cavaler decis 175. n. 1.* quo casu possunt examinari quandocunque, etiam extra terminum, *Salust Tiber. lib. 2. c. 14, num. 1. Rota dec. 393. n. 6. p. 1 recent. Gregor. dec. 327, n. 7. & seq.* & ibi *Beltram. num. 11. Cavaler. decis. 349, num. 5.* Sine commissione autem juramentorum, aut examinis testium, examen à Notario receptum est nullum, *Buratt. dec. 169. num. 9.* ubi plures cumulat auctoritates.

C Articuli licèt promiscuè nominentur articu-

71 li, & positiones, ut per *Greg. dec. 385, num. 4. & dec. 577. nu. 4.* tamen si constat illas esse positiones, de eis uti de positionibus est iudican-

72 dum, *Greg. d. dec. 577, n. 4.* censentur autem positiones, si fuit parti præfixus terminus ad respondendum illis, *Greg. dec. 365. n. 4.*

73 Revelantes sunt admittendi tam de iure, quàm de stylo Curiæ, *Rota dec. 416, num. 7, & num. 10, par. 5. recentior.* etiamsi illi concernant obiectus, dummodo sint de iure dantis, *Rota decis. 661. num. 2, par. 2. recent.* & quando specificant materias melius, quàm primi, sunt pariter admittendi, *Rota decis. 315. num. 14. par. 5 recent.*

74 Irrelevantes autem, vel impossibiles, vel impertinentes, admitti non debent, *Rota dec. 349, num. 3. & dec. 661. num. 1. in fin. par. 3. & dec. 416, num. 10. par. 5. recent.* nec continentes inverisimilia, *Rota dec. 276, num. 9. p. 6. rec.* nec illi qui victoriam causæ non concludunt, *Rota dec. 177, nu. 4. p. 6. recent.* sed contrarii sunt admissibiles, *Burat. dec. 351, n. 2.*

75 Quando verò est dubium, an relevent, sunt potius admittendi, quàm reiiciendi, *Vestr. in prax. lib. 5. cap. 15, num. 7. Gravat. ad Vestr. d. lib. 5. cap. 14, n. 27. Rota dec. 503. num. 2. p. 2. rec. Buratt. dec. 28, num. 3.* ubi quòd Rota consuevit illos admittere. Dicuntur autem impertinentes, & irrelevantes, quando continent aliquid, quod probatum non relevat, *Rota dec. 589, nu. 1. par. 2, & dec. 634, num. 3. par. 3. recent. Duran. decis. 121. n. 1.*

76 Passim admitti solent articuli, salvis exceptionibus, *Caputaq. decis. 47. par. 1.* & salvo jure impertinentium, sed hoc recipit declarationem, de qua suprà, *cap. 10. lit. D. vers. solent.*

77 Articulans non fatetur, *Io. Andr. in cap. fin. in princ. de jureiur. in 6. Alex. cons. 80, num. 10 lib. 2. Seraphin. decis. 1044. nu. 2. Gregor. decis. 247. num. 15. Beltramin. ad Gregor. decis. 143 num. 5. Buratt. dec. 600, num. 10.* & ibi *Ferentill. num. 14. Duran. dec. 33 n. 17, & dec. 314. num. 9. Rota dec. 201, nu. 21. par. 5. recent.*

78 Sed hoc non procedit, quando sunt in actis dati medio juramento tactis &c. *Beltramin. ad Gregor. dec. 143, num. 5.* etiam si non sint à Judice admissi, *Ferentill. ad Buratt. d. decis. 600. num. 15.* tunc enim contra articulantem plenè probant, *Gregor. decis. 215, num. 2.* nisi doceatur de errore, *Ferentill. ad Buratt. dicta decis. 600. n. 16.*

79 Quando autem habent clausulam, non se astringens, nihil certi continere dicuntur, *Rota dec. 774, n. 8. p. 1. rec.*

D Articulans tenetur specificare materias, & iu-

80 rare contenta in articulis esse vera *Vestr. in prax. lib. 6. c. 2, n. 19.*

Hoc tamen non procedit parte non opponente, *Vestr. dicto lib. 6, cap. 2, num. 19.* cum aliis allegatis suprà *hâc eâdem parte primâ cap. 10 lit. A.*

E Testis debet jurare saltem per diem ante exa-

81 men, quod passim observatur, iuxta notorium Romanæ Curiæ stylum, *Salust. Tiber. d. lib. 2, c. 13, n. 7.*

82 Sed hoc non procedit, quando Judex, parte non opponente, mandat examinari testes summariè; nam tunc sufficit præstari juramentum in actu examinis, prout de stylo, & observantia huiusmodi testatur *Salust. Tiber. in d. cap. 13. n. 10.*

83 Secundò non procedit in tribunali illustrissimi almæ urbis Gubernatoris, prout nec in aliis inferioribus, in quibus praxis observat in dies, ut sufficiat præstatio juramenti in actu examinis ad eius validitatem.

F 84 Interpres jurare debet de fideliter interpretando, *Salust. Tib. lib. 2. c. 14. n. 1.* ubi quod potest addere interrogatoria ad causam pertinentia, non autem impertinentia.

85 De Jure communi examen est validum sine interprete, qui solùm adhibetur de stylo Romanæ Curiæ, *Beltram. ad Greg. dec. 331. num. 23.* & si

86 pars † citata ad conducendum interpretem, alias videndum examinari sine, illum non conducit diebus, & horis intimatis, examen est validum sine illo, etiam in locis, in quibus viget stylus eum adhibendi, & ita quotidie servat praxis, instante tamen parte testes possunt repeti, *Seraph. dec. 1229. n. 6.* ubi quod ita pluries fuit decisum.

G 87 Testes debent jurare tactis scripturis, *Lanfranc. in prax. de test. deposit. n. 3. in fin.* & ibi latè *Celsi. in addit. in verbo, tactis scripturis, sub lit. A. Caputaq. dec. 285. n. 1. par. 3. Boccac. de remiss. c. 8. n. 1.* ubi quod ita servatur, *Cas. de Grass. dec. 13. n. 9. & 19. de test. Farinac. de test. quæst. 74. n. 22.* nec est necesse jurare tactis Evangeliis nisi eo casu, quo de jure est expressè, ac in specie ordinatum; sed de consuetudine, & communi stylo sufficit regulariter jurare tactis quibusvis scripturis, habito respectu ad sacra Dei Evangelia, *Viv. in suis comm. opin. in verbo Juramentum,* ubi de communi DD. opinione testatur.

88 E. Notarius debet scribere, quòd testis jurávit tactis scripturis, aliàs cum tactis scripturárum sit solemnitas extrinseca, non præsumitur, nisi appareat. *l. quæcunq; §. quia pupillo, ff. de public. Glos. in l. sciendum, in verbo solemniter, ante fin. ff. de verb. oblig. Lanfranc. in prax. tit. de test. deposit. n.*

89 *4. & seq.* & ob id † si Notarius tantùm scriberet, *testis juratus &c.* ista verba, enunciativa de præterito, non probarent juramentum, *Boccac. de remiss. d. cap. 8. num. 2. Caputaq. d. dec. 285. num. 3. par. 3. Rota dec. 393. num. 8, & seq. & dec. 704. la prima, num. 1. p. 1. & dec. 277. num. 1. p. 6. recent. Gregor. dec. 393. num. 8. Cavaler. dec. 435. num. 3. Buratt. dec. 148. num. 2,* & ibi latè *Ferentill. num. 19, lit. A,* cùm id possit verificari in actu, in quo Notarius non sit rogatus, quo casu ei non creditur, *Cavaler. dec. 322. n. 3. & d. dec. 415. n. 3. Rota d. dec. 393. n. 8. p. 1. rec.*

90 Primò tamen hoc non procedit, quando Notarius attestaretur, fuisse à testibus iuratum per verba dispositiva, *prout juravit &c.* vel *juravit in forma,* vel *suo iuramento testificando dixit,* vel *iuravit dicere veritatem,* vel *per iuramentum, quod præstitit,* vel quid simile, ex quo appareret testem iurasse; nam tunc illa verba probarent iuramentum, licèt non fuissent à Notario addita alia verba, *tactis scripturis, Seraph. dec. 857. num. 25 Cas. de Grass. dec. 13. num. 7. & num. 15. de test. Rota dec. 393. num. 8. & seqq. par. 1. & dec. 406. n. 10. par. 5. & dec. 277. num. 3. & seq. par. 6. recent. Greg. dec. 368. n. 5. Cavaler. dec. 322. n. 4.* ubi alias decisiones cumulat *Buratt. dec. 148. num. 4,* & ibi *Ferentill. latè n. 12,* & præsumitur, quòd tunc testis iuraverit tactis scripturis, *Vestr. in prax. lib. 6. c. 2. n.*

91 *21.* præsertim † si Notarius scripsit, quod testis iuravit &c. quia illa dictio &c. comprehendit omnia, quæ sunt de natura, & substantia actus, *Rota dec. 393. n. 12. p. 1. & d. dec. 277. n. 5. p. 6. rec.*

92 Secundò non procedit, quando in loco adesset stylus, quia iuramentum probaretur ex sola assertione Notarii, *Rota d. dec. 393. n. 14. p. 1. rec. Buratt. d. dec. 148. n. 7.*

93 Tertiò non procedit, si in contrarium adesset statutum, quia iuramentum quoad sui essentiam non requirit actum scripturarum, sed sufficit, quòd testes iurent verbis, *Buratt. d. dec. 148,*

94 *n. 10,* & cùm forma, & solemnitas iurandi sit de iure positivo, *c. hortamur, 3. quæst. 9.* potest huic formæ à statuto derogari, *Buratt. d. decis. 148, n. 11.*

95 Quartò non procedit in teste Sacerdote, qui potest iurare tacto pectore &c. more sacerdotali, quod est receptum de consuetudine omnium Curiarum, *Cavaler. dec. 322. n. 2. Vestr. lib. 6. c. 2. n. 7,* & ibi *Gravat. n. 41. Farinac. de test. q. 74. n. 24. & n. 81. & n. 82.*

96 Quintò non procedit in equite, qui potest iurare super cruce sui habitus, & ob id si Notarius de hoc testetur per verba dispositiva, probatur inde iuramentum, secùs si per verba enunciativa de præterito, *Caputaq. dec. 285. num. 4. par. 3.*

97 Defectus autem iuramenti in teste suppletur morte ipsius, *Rota dec. 587. n. 4. p. 2. rec. Cavaler. dec. 322. n. 7.*

H 98 Examen testium, licèt factum sine interrogatoriis, est de iure validum, *Dec. in c. Licet causam, n. 56. de prob. Alex. cons. 172, n. 9. lib. Put. dec. 427. lib. 1,* cum aliis allegatis per *Greg dec. 331, n. 17,* & ibi *Beltram. n. 22. & dec. 351. n. 46. Ferentill. ad Buratt. dec. 100, n. 25.*

99 Et hoc procedit, etiam si pars dederit in actis interrogatoria, licèt tunc testes non probent, nisi repetantur, *Dec. in d. c. Licet causam, n. 56. Seraph. dec. 781. num. 4,* latè *Beltram. ad Greg. d. dec. 331, n. 22. Ferentill. ad Buratt. d. dec. 100. n. 25.* ubi alias

100 decisiones cumulant; Repetitio autem, si examen est nullum, debet fieri sumptibus eius, qui vult iuvari repetitione, *Boccac. de remiss. c. 9. n. 29.*

101 Si verò examen est validum, sed testes sunt repetendi, ut quia fuerunt examinati sine interrogatoriis datis in actis, vel pendente termino ad illa dandum, repetitio est facienda sumptibus eius, ad cuius instantiam fuerunt primitus examinati sine illis, *Put. dec. 366. in correct. li. 2. Rota 282,*

102 *par. 3. diverf. lib. 3.* quòd si interrogatoria non erant in actis data, & erat elapsus terminus ad illa dandum, repetitio fit sumptibus perentis repetitionem, *Fenzon. ad stat. urb. lib. 1. cap. 74, n. 15.*

103 Nullum autem est examen factum sine interrogatoriis, quando pars dedit interrogatoria in actis cum protestatione, ne testes examinarentur sine illis, *Beltramin. ad Gregor. d. dec. 331. n. 2. Ferentill. ad Buratt. d. dec. 100. n. 26. Boccac. de remiss. d. c. 9. n. 27.*

104 Quod procedit, etiam si testis aliqua, sed non omnia interrogatoria evacuaverit, *Buratt. decis. 113.*

cis.113,n.33, & pariter si interrogatoriis respondere recusavit, tunc etenim nihil probat, *Rot.decis.700,n.32,par.2,recent.Fenzon. ad Stat. Urb. d.cap.74,n.19,lib.1.*

105 Sed hoc non procedit in Interrogatoriis impertinentibus, crimen, infamiam, seu turpitudinem Testis continentibus, quibus Testis respondere non tenetur, *Felyn.* plures cumulans *in cap. cùm causam,n.10, de Test Fenzon.d.c.74,num.20;*

106 *Clar.in §.fin.q.24,vers. successivè ante fin.* cùm † nemo teneatur detegere suam turpitudinem, *Alex.in l.2,n.ff.de Iurisd.om. jud. Boccac. de Remiss. cap.6,n.30.*

107 Judex verò remissionis, cùm habeat formam sibi in remissoria præscriptam, debet interrogare Testes super omnibus Interrogatoriis, sumptibus ejus, qui remissoriam obtinuit, etiam si non adsit protestatio Partis, non examinari sine, aliàs examen est nullum, ratione formæ non servatæ, *Boccac.de Remiss.d.cap.9,n.27, Cavaler.decis.254,n.2,7,* etiam si aliqua tantùm ex interrogatoriis omiserit, *Buratt.decis.160,nu.10, & ibi Ferentill.n.27.*

108 Cæterum Pars, quæ dedit interrogatoria, dicitur consensisse examini, etiam si non fuerit citata, *Cavaler.decis.322,n.6, Buratt.dec.376,nu.12,* & nullitas facilius sanatur hoc casu superveniente commissione cum clausula *arbitrio, Buratt.decis 164,n.15,* Per † dationem namque Interrogatoriorum indicitur in dante scientia Testium, & materiarum, super quibus sunt examinandi, *Buratt.decis.118,n.10,* non tamen † Interrogatoria primo loco data faciunt sustineri examen, quando alia dari poterant, *Buratt.decis.726 num.5.*

111 Quòd si pars fuerit negligens, & citata ad dandum Interrogatoria, aliàs videndum mandari examinari sine, illa non dederit, examen est validum, *Greg.decis.351,n.46, & ibi Beltramin.n.51,lit.E. Ferentill.ad Buratt.d.decis.100,n.27, Rot. decis.276,n.6,p.5, recent. Duran.decis.188,n.7,* adeo quòd nec etiam Minor restituatur ad dandum Interrogatoria, quando tutor citatus illa non dedit, *Fenzon.ad Stat. Urb.d.c.74,n.9,lib.1;* 112 nisi doceat de læsione, *Ferentill.ad Buratt.d.decis. 100,n.28, & seq.*

113 Non omitto quòd Interrogatoria superflua, & impertinentia possunt à Judice resecari, *Glos. in cap. præsentium, §. Testes, in verbo Interrogatoria, in fin. de Test. in 6,* etiam tacitè illis omissis, *Boccac.de Remissor.cap.6,n.24, & n.32,* & ita observat Praxis.

I Testes abfuturi recipiuntur, etiam super Articulis non admissis, *Vestr.in Prax. lib.5,cap.15,n.* 114 2, & possunt jurare etiam die feriata; *Io. And. in cap.1,n.5, de fer. Specul. de fer. §. sequitur videre,n.3; late, Cels. ad Lanfran. in Prax. sub tit. de Test. depos. n.15, lit.B.*

115 Sed stantibus Stylis Curiæ committendi Notario causæ receptionem iuramentorum, & recipiendi illorum juramenta extra judicium, ut supra *lit.B.* in hoc Testes abfuturi non sunt magis privilegiati quàm cæteri, nisi de Jure quando juramentum præstatur in præsentia Judicis.

116 Debent Testes abfuturi jurare de veritate dicenda, necnon etiam de futura absentia, *Vestr. lib.5,c.2, n.3, in fin.* & ulterius in fine examinis præstare tertium juramentum, de non patefaciendo eorum dicta, donec publicentur, *Vestr.d. c.2,n.20, & ibi Gravat.n.33.*

L Testes post publicatas attestationes, & didicita testificata non possunt examinari super eisdem, vel directo contrariis, *c. intimavit, & c. Fraternitati de test. Clem. fin. de test. Auth. at qui semel, C. de probat. Gabr. concl.22,n.1, de test. Affict. decis. 216,n.1, Saluft. Tib. in prax. l.1,c.14, Ferentill. ad Buratt.dec.229,n.3, Rot.dec.154,n.1.p.4, recent. Gregor.dec.48,n.2, dec.497,n.1, & dec.583,n.1, Duran.dec.236,n.2.* 117

Testium autem publicatio est duplex: Alia pronunciativa, per quam Partes non dicicerunt testificata, & hæc nisi testificata fuerint didicita, non nocent, sed possunt testes nihilominus examinari, *Bald.cons.152, in prin. vers. item duplex in princ.lib.1, Alex.cons.84.n.4, & seq.lib.4, Gabr.d. concl.21,n.28, de test. Saluft. Tib.d.lib.2,c 14, nu,6, Rota dec.139,p.3, divers.lib.2.* 118

Sed hoc non procedit, quando Pars, quæ intendit omnes testes examinare, & publicationem petiit, non habet aliquam præsumptionem pro se, quod non didicerit testificata, nam aliàs facta publicatione, Pars, quæ testes publicari petiit, præsumitur testificata didicisse eo ipso, *Bart. in auth. at qui semel,n.17, C. de probat. Gabr. d.concl.21,n.29, & seq de Test. Ferentil. a.l Buratt.dec. 228,n.23,* ubi quod ita fuit decisum in *Albanen. continium 22. Aprilis 1622. coram Pirovano.* 119

Cæterum si publicatio fuit facta Parte invita, & reluctante, utique non nocet Parti contradicenti, & protestanti, vel etiam absenti, *Bar.in d. auth. & qui semel,n.17, C. de prob. Felyn.in cap. Fraternitatis,n.9, vers. nono quaritur, de test. Anchar. cons.223,n.2. Alex.consil.84, in prin. & n.8, lib.4, Surd.cons.156,n.4. & seqq. Ferentil.ad Burat.d.decis.228,n.23.* 120

Alia publicatio testium dicitur insinuativa, & ista impedit, ne testes possint super eisdem vel directo contrariis examinari, *Bald.cons.152, in prin. vers. alia est insinuatio. lib.1,* dicuntur autem didicita testificata, quando Pars habuit in suo posse processum originalem apertum, etiam si non sit facta solemnis publicatio, *Gabr. d.concl. 21,n.10, & n.31, de test. Rot.dec.154,n.2, & 3, par. 4, recent. Greg. decis.583,n.1.* 121 122

Prout etiam quando sunt discussa dicta testium in disputationibus, & ideo tunc non possunt testes examinari super eisdem, *Buratt.decis. 567,n.7.* 123

Principalis tamen conclusio, quòd post publicatas attestationes, & didicita testificata non possint testes examinari super eisdem, vel directo contrariis, plures habet fallentias, & 124

Primò non procedit in Testibus noviter repertis, dummodo hoc plenè, & concludenter probetur, *Hypol. de Marsil. post Bart. & alios in l.1, §. fin.n.17, ff. de quæst. Rot. decis.154,n.4, par.4, recent. Greg. decis.583,n.4,* ubi quòd hæc limitatio habet difficultatem. 125

Secundò non procedit, quando Articuli super quibus testes sunt examinandi, non sunt comprehensi sub primis tacitè, nec expressè, 126

prout

prout nec quando Teſtes examinantur ad diverſum finem, *Buratt.deciſ.824,n.4.*

127 Tertiò non procedit, quando id, quòd in primis Articulis continetur, articulatur in ſecundis alio modo, & magis explicitè, & de neceſſitate probationis, non veniebat in Articulis prioribus; nam tunc admittitur novum examen, etiam in ſecunda inſtantia, *Duran. deciſ. 126, numer. 3.*

128 Quartò non procedit, quando Articuli, qui de novo dantur, non tantùm in cortice, ſed in ſui eſſentia, ſunt partim novi, & partim antiqui, nam, attentis novis qualitatibus adjectis, non dicuntur iidem, *cap, veniens il 2, de Teſt. Alex. ad Bart. in l. per hanc, C. de tempor. appell. Crot. de Teſt. §. aggredior nunc ſeptimam partem, nu. 54, Gregor. deciſ. 494, n. 2, & ſeq.* ubi quod ſecus eſt, ſi tantùm in cortice differant ab antiquis.

129 Quintò non procedit, quando Teſtes nihil depoſuerunt ſuper materia, ſuper qua ſunt de novo examinandi, *Gabr. d. concl. 21, num. 119, &* 130 *ſeq. de Teſt. Greg. dec. 83, n. 4.* Quia † ſi nihil Teſtes depoſuerunt, non poſſunt dici didicita teſtificata.

131 Sextò non procedit, quando ex Teſtibus productis aliqui non fuerunt examinati, *Gabr. concluſ. 21, n. 138, de Teſt. Greg. deciſ. 583, num. 7,* ubi quòd hoc procedit, dummodo publicatio fuerit facta parte invita, & reluctante.

132 Septimò non procedit favore Eccleſiæ; dummodo probetur læſio, & interveniat cauſæ cognitio, & exacta diligentia ob timorem ſubordinationis, *Caputaq. deciſ. 50, nu. 5, & ſeq. par. 3, Greg. d. deciſ. 583, n. 6, & ibi Beltramin lit. D.* alias cumulat deciſiones.

133 Octavò non procedit, quando Proceſſus originalis fuit tantum oſtenſus, vel etiam dimiſſus in manibus Procuratoris, ſecus ſi diu fuit penes Principalem, *Gregor. deciſ. 497, n. 4, & ibi Beltramin latè n. 8,* ubi quòd hujuſmodi ſtylus admittitur in Curia ob præſumptam legalitatem, & probitatem Procuratorum Romanæ Curiæ, de quorum integritate Rota plurimum confidit, de quo ſtylo teſtantur etiam deciſiones allegatæ per *Seraph. deciſ. 688, n. 2,* quem ſecuta noviſſimè eſt *Rot in Bononien. Tranſactionis 1. Julii 1641. coram bo. me. Merlino.*

134 Nonò non procedit, quando examen tendit ad corroborationem, & confirmationem antiquarum probationum, *Innoc. in cap. cum dilecti de Accuſ. circa fin. verſ. Iudex, & in cap. cùm lege, de re jud. Bald. in l. cunctos populos in 5, oppoſit. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Abb. in cap. de cætero, de Teſt. Rom. ſing. 754, Dec. in cap. 1, n. 42, de Probat. Butr. & Felyn. in cap. fraternitatis, n. 11, verſ. & in eo, quod dicitur, de Teſt. latè Gabr. de Teſt concl. 21, n. 39, Natt. conſ. 595, n. 7, Surd. dec. 226, n. 10, & ſeq. Afflict. deciſ. 216, n. Gregor. dec. 272, nu. 9, & deciſ. 581, n. 12, & deciſ. 583, n. 5, & ibi Beltramin. lit. D.*

135 Decimò non procedit de Stylo Curiæ, quando fuit traditum ſolummodo ſummarium Teſtium; quia tunc non dicuntur didicita teſtificata, ex quo non dantur in ſummario extenſæ depoſitiones, nec panduntur nomina Teſtium, *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 8, n. 4, de Teſt. Seraph. deciſ. 688, n. 2, Rot. dec. 154, nu. 3, & dec. 403, nu. 13, p. 4, recent. Gregor. deciſ. 467, n. 4, & ibi Beltramin. nu. 8,* plures alias deciſiones cumulat idem *Gregor. deciſ. 583, n. 3, Buratt. deciſ. 228, n. 20,* ubi quòd ita quotidie in Curia ſervatur, *Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 14, n. 6,* ubi de antiquo Stylo Tribunalium Urbis, & ſignanter Rotæ, & A. C. teſtatur.

136 Alias fallentias ad regulam ſupradictam ponit *Card. Tuſc. lit. T. concl. 29, Gabr. de Teſt. d. concluſ. 21, & Farinacc. de Teſt. q. 75,* ad quos in hac ſatis controverſa materia, & judici arbitraria, quilibet in facti contingentia poterit habere recurſum.

M 137 Teſtes, ſi ſunt renitentes in teſtimonio perhibendo, poſſunt cogi ad ſubjiciendum ſe examini, *Gloſ. in l. ſi quando, in verbo ſi quando, C. de Teſt. c. 1, & 2, ubi Gloſ in verbo timore, de Teſt. cog. Lanfran. in Prax. ſub tit. de Teſt. depoſit. nu. 42, Gravat. ad Veſtr. lib. 6, c. 2, n. 26, Clar. in §. fin. q. 24, n, 22, verſ. ſucceßivè,* ubi dicit quod, quicquid ſit de jure, hodie indiſtinctè ſervatur, cogi Teſtes ſive in Civilibus, ſive in Criminalibus, ad teſtificandum.

138 Sed hoc Primò non procedit in conſanguineis, & Affinibus, qui non coguntur ad teſtimonium perhibendum contra Conſanguineos, & Affines, *Bald. conſ. 188, Conſobrinus in fin. verſ. non obſtat lib. 4, Alex. conſ. 18, num. 4, & ſeq. lib. 1, Lanfran. in Prax. tit. de Teſt. depoſit. num. 42, verſ. attende,* niſi veritas aliter haberi non poſſit, *Alex. conſ. 64. num. 6, verſ. hoc idem lib. 1,* & in ſubſidium cauſæ cognitæ, *Roman. ſing. 343. Apoſtill. ad Alex. d. conſ. 18, n. 5, in verb. libro quarto, lib. 1, Capell. Toloſ. deciſ. 3.*

139 Secundò non procedit in filio contra contra Parentes, & liberto contra Patronum, qui non ſolùm non coguntur, ſed etiam, volentes teſtificari, repelluntur, *Alex. d. conſ. 18, n. 5, lib. 1, Lanfranc. d. tit. de Teſt. depoſit. n. 42, verſ. attende.*

140 Tertiò non procedit, quando Teſti objiciuntur crimina per modum exceptionis; quia non poteſt tunc cogi ad teſtificandum, *Clar. in d. §. fin. q. 24, verſ. ſucceßivè. ante fin.*

141 Quartò non procedit in fratre, qui non poteſt cogi ad teſtificandum contra Fratrem, nec 142 in Clerico, † qui non cogitur teſtificari in Criminalibus: licèt quando veritas aliter haberi non poteſt etiam Privilegiati in cauſa Civili, abſque difficultate compellantur *Clar. in d. §. fin. q. 24, verſ. ſcias tamen,* ubi quod idem vidit etiam plerumque obſervari in Criminalibus, ſed quod in hoc caſu debet Judex conſulere Principem, quando veritas aliter haberi non poteſt, & delictum eſt atrox.

143 Coguntur autem Teſtes ad ſubjiciendum ſe examini mulcta indicta, & captis pignoribus, & alias, ut per *Gravat. ad Veſtr. d. lib. 6, c. 2, num. 26, Lanfranc. in prax. ſub tit. de teſt. depoſit. num. 42.* Quando autem ſubjiciuntur examini, debet, ut diximus, intimari Parti adverſæ, dies, & hora certa examinis, alias examen, tanquam factum contra Stylum Curiæ, eſſet nullum, *Rot. in Romana ſucceßionis 9, Maii 1624, & 26, Junii 1645 coram R. P. D. Bichio.*

144 Cæterum de hac ampliſſima Teſtium materia hæc dicta ſufficiant, cùm illius non ſit capax præ-

præsens libellus, in reliquis quilibet in facti contingentia poterit adire *Præclar. I.C. Prosper Farinac. in ejus celebri tract. de Testibus*, in quo omnia ad hanc materiam spectantia mirum in modũ de more enunciavit.

SUMMARIUM CAP. XII.

1 *Testibus in partibus existentibus, obtinentur literæ missivæ pro illis examinandis, Parte citata.*
2 *Citatio ad dicendum contra Articulos, & videndum decerni literas missivas in partibus, ejusque Formula, & Processus.*
3 *Alia citatio ad dicendum contra Articulos, & videndum decerni literas missivas in partib. loco remissorialium & ejus Formula, & Processus.*
4 *Protestatio in termino ad dicendum contra Articulos, & videndum decerni literas missivas, & ejus Formula.*
5 *Protestatio ex adverso facta contra Articulos, & literas missivas, debet adimpleri, & quomodo.*
6 *Cautela, quæ datur ad literas missivas celeriùs expediendas.*
7 *Citatio ad concordandum de alio Judice, & ejus Formula, & Processus.*
8 *Citatio ad dandum listam Confidentium, & ejus Formula & Processus.*
9 *Concordato de Judice, vel illo ex officio deputato, expediuntur literæ missivæ.*
10 *Literæ missivæ pro examinandis Testib. in partibus, & earum Formula, & transmissio.*
11 *Articuli admittuntur, & literæ conceduntur in executivis cum clausula, sine præjudicio, unde opus est Supersessoria.*
12 *Citatio ad videndum mandari supersederi in expeditione Mandati, & ejus Formula, & Processus.*
13 *Citatio ad videndum revocari Supersessoriam, quando necessaria, & ejus Formula, & Processus.*
14 *Terminus in Remissoria, seu literis missivis præfixus, cœpto examine in partibus, potest prorogari, & quomodo prorogatio obtineatur.*
15 *Citatio ad videndum prorogari terminum in literis missivis contentum, & ejus Formula, & Processus.*
16 *Termino in Supersessoria contento elapso potest alia Supersessoria obtineri, sed hoc est in arbitrio Judicis.*
17 *Literis missivis, vel remissorialibus simpliciter expeditis pendente termino in eis contento, Judicis officium quiescit.*
18 *Terminus in Remissoria præfixus potest prorogari, & eo elapso novus terminus concedi, sed ex causa.*
19 *Citatio ad videndum concedi novum terminum ad probandum incumbentia, & ejus formula, & Processus.*
20 *Parte negligente, vel ab calumniam non exhibente literas missivas coram Judice de partibus quid agendum.*
21 *Citatio ad videndum sibi præfigi terminum ad probandum, & probatum habendum, & ejus Formula, & Processus.*
22 *Citatio ad videndum revocari dilationem ad probandum concessam, & ejus Formula, & Processus in causa ordinaria.*
23 *Citatio ad videndum, prævia revocatione dilationis, expediri Mandatum in executivis, & ejus Formula, & Processus.*
24 *Processus remissorialis in partibus quomodo inchoari, & fieri debeat.*
25 *Citatio coram Judice remissoriali ad videndum aperiri literas missivas, & ejus Formula, & Processus.*
26 *Si in loco, nec Principalis, nec Procurator reperitur, tunc Judex remissorialis factis diligentiis procedit per affixionem ad Valvas.*
27 *In causis Commissariis Judex remissorialis, si Persona citanda commode haberi non possit, factis diligentiis, procedit per affixionem, & domi dimissa copia.*
28 *Judex remissorialis quomodo procedat, si Citandus non habet in loco domicilium.*
29 *Judex remissorialis in causa commissaria non potest procedere, nisi in diebus Rotalibus Lunæ, Mercurii, Veneris.*
30 *Citatio ad dicendum contra literas missivas in Actis exhibitas, & ejus Formula, & Processus.*
31 *Protestatio in termino ad dicendum contra literas missivas, & ejus Formula.*
32 *Protestatio facta contra literas missivas impleri debet, & quomodo.*
33 *Judex remissorialis quomodo ad Testium examen procedat.*
34 *Monitorium Judicis remissorialis contra Testes recusantes se examini subjicere, & ejus Formula.*
35 *Citatio ad videndum decerni copiam Processus remissorialis, & ejus Formula, & Processus.*
36 *Citatio ad videndum collationari copiam Processus, & ejus Formula, & Processus.*
37 *Citatio ad videndum super omnibus in Processu remissoriali contentis per D. Judicem Decretum interponi, & ejus Formula, & Processus.*
38 *Pars, si nolit citare in scriptis, poterit procedere juxtá stylum loci, dummodo in comparitionibus inferatur totus tenor citationum.*
39 *Intimatio Decreti quibus casibus non sit necessaria.*
40 *Quæ requiruntur in fine Processus remissorialis, & quomodo ad Curiam transmittendus.*
41 *Citatio ad videndum aperiri Processum ad partes, & ejus Formula, & Processus.*
42 *Protestatio contra Processum remissorialem, & ejus Formula.*
43 *Literæ compulsoriales, quando necessariæ, & quomodo obtineri possint.*
44 *Citatio ad videndum decerni literas compulsoriales generales, & ejus Formula, & Processus.*
45 *Compulsoriales speciales quomodo obtineri possint.*
46 *Citatio ad videndum decerni literas compulsoriales speciales, & ejus Processus.*
47 *De citatione ad concordandum de Judice compulsoriali, remissive.*
48 *Processus compulsorialis in partibus quomodo inchoari, & confici debeat.*
49 *Citatio ad dicendum contra literas compulsoriales coram Judice compulsoriali, ejusque Formula, & Processus, etiam in causis commissariis.*
50 *Monitorium Judicis compulsorialis contra Detinen-*

tes

tes scripturas extrahendas, & ejus Formula.
51 Originalia scripturarum sunt exhibenda coram Judice compulsoriali.
52 Citatio ad dicendum contra Jura per compulsum producta coram Judice compulsoriali, & ejus Formula, & Processus.
53 Protestatio facienda in termino ad dicendum contra Jura coram Judice Compulsoriali, & ejus Formula.
54 Protestatio coram Judice compulsoriali ex adverso facta est adimplenda, ut possit ad Jurium recognitionem procedi.
55 Intimatio, qualiter nomina Testium sunt in Actis specificata, & adimpleta protestatio, & ejus Formula.
56 Intimatione reproducta quomodo procedatur ad Iurium recognitionem.
57 Citatio ad videndum mandari extrahi copiam Iurium coram Iudice compulsoriali, & ejus Formula, & Processus.
58 Citatio ad videndum mandari collationari Processum coram Iudice compulsoriali, & ejus Formula. & Processus.
59 Citatio ad videndum super contentis in Processu compulsoriali per Iudicem decretum interponi, & ejus Formula & Processus.
60 Coram Iudice compulsoriali, quot, & quibus modis procedi possit.
61 In fine Processus Compulsorialis legalitas Ordinarii est apponenda.
62 Clauso processu compulsoriali, quid facere debeat Iudex de partibus.
63 Processu ad Urbem transmisso, citanda quomodo sit Pars coram A.C. remissivè.
64 De Citatione ad videndum jurare Testes remissivè.
65 Citatio ad videndum jurare Testes executa, & reproducta coram Delegante, durat toto tempore Remissoria coram Iudice delegato, seu Testium Receptore.
66 Si certum tempus est præfixum in citatione ad videndum jurare Testes, & Testes eo elapso fuerunt examinati, examen est nullum.
67 Examen est nullum si Testes non solùm deposuerunt, sed etiam jurarunt extra terminum.
68 Testes jurari in termino ritè possunt examinari extra terminum, & quare.
69 Cautela utilis in materia citationis ad videndum jurare Testes.
70 A.C. concedit literas compulsoriales, necnon literas missivas loco remissorialium ejus arbitrio, & quæ sit differentia inter literas missivas, & remissoriales.
71 Rota non concedit literas missivas, sed remissoriales in pergameno, cum sumpto juliorum septem cum dimidio pro quolibet palmo Rotuli.
72 Remissoria quid sit.
73 Remissoria unde dicta.
74 Remissio quot modu fiat, & de ejus effectu.
75 Remissoria, seu literæ missivæ concedendæ sunt ab A. C. etiam in causis executivis, cum termino competente.
76 Remissoria in causis Mercatorum non conceditur ad probandam solutionem in partibus, si de ea infra eumdem solutionis terminum debebat Creditor certiorari in Curia.
77 Decisiones Rotæ plures super concessiones Remissoriæ emanarunt.
78 Remissoria olim concedebatur à Papa sub plumbo, & cum Sigillo Auditoris, si erat ei in commissione concessum.
79 Innocentiana dat facultatem Auditoribus Rotæ concedendi Remissoriales, absque alia commissione.
80 Judex remissorialis potest non solùm examinare Testes, sed etiam recipere responsiones ad Positiones, & confessiones, & Partes ad id compellere.
81 Remissoria & compulsoria simul expedita potest Judex jura recipere, & alia facere juxta ejus facultates.
82 Remissoria semper est concedenda, si materia, super qua petitur, est relevans.
83 Remissoria, quando petitur ex justa causa necessaria, & quando cessat suspicio calumniæ, est concedenda.
84 Remissoria conceditur etiam data relevantia unius Articuli tantùm.
85 Remissoria in prophanis, data relevantia, conceditur sine fumo in quavis instantia.
86 Et facilius in prima instantia, & quare.
87 Et multò magis in tertia instantia, & quare.
88 Etiam in judicio restitutionis in integrum.
89 Remissoria in Beneficialibus, non datur de Stylo Rotæ, nisi dato fumo de bono jure.
90 Remissoria in Beneficialibus non datur in prima, nec in secunda instantia, nisi facta obligatione de standoque unicæ, & apposito sequestro.
91 Remissoria non possidenti non datur, nisi renunciet Sequestro.
92 Remissoria in Beneficium conceditur in tertia instantia, sicut etiam commissa causa appellatione remota.
93 Remissoria in Beneficiali datur in prima instantia pro examinan Senibus, & Valetudinariis nominatis in Curia sine retardat Processus.
94 Non obstante pendentia causæ attentatorum.
95 Beneficialis causa quæ dicatur quæ prophana, ad effectum obtinendi Remissoriam.
96 Causa super unione Beneficiorum perpetua, dicitur prophana, secus super unione ad vitam.
97 Causa Decimarum, ad effectum Remissoriæ, dicitur prophana sicut causa Pensionis.
98 Causa Juris patronatus si de eo principaliter agatur, est prophana ad effectum Remissoriæ. secus si de eo agatur incidenter, principaliter verò de titulo Beneficii.
99 Jus metimur ex parte Actoris.
100 Testes nulliter examinati dant fumum sufficientem ad effectum Remissoriæ.
101 Dummodo conveniat, & fumus non sit extinctus ex aliis Testibus eodem modo examinatis.
102 Testes de publica voce, & Fama, seu fides Notarii, seu confessio revocata, dant fumum ad effectum Remissoriæ.
103 Remissoria non datur ad probandum per Testes id, quod potest probari per scripturas.
104 Secus si in Articulis est quid relevans, quod in scripturis non continetur.
105 Et quando articulatur combustio Archivii.
106 Remissoria datur aliquando ad probandum per Testes, quod potest probari per scripturas

vas, si cessat suspicio Calumniæ.

107 Remissoria datur ad recognoscendum signa, & sigilla Notariorum in instrumentis contenta, & opposita.

108 Remissoria non datur ad probandum contrarium ejus, quod continetur scripturis.

109 Remissoria non datur ad impediendam immissionem ex testamento vigore l. fin. &c.

110 Immissio non retardatur, nisi per exceptiones probatas, vel incontinenti probandas.

111 Remissoria in calculo ferendæ sententiæ, vel in ultimis audientiis non datur, quia præsumitur calumniosa, secus si causa non est in termino expeditionis.

112 Remissoria non datur ad probandum factum supra centum annos, & quare n. 113.

113 Quisque præsumitur tantum vivere usque ad centum annos.

114 Remissoria frustra petitur ad probandum id, quod probatum non relevat, ideo non datur.

115 Remissoria non datur, si adest vehemens, & probabilis suspicio calumniæ.

116 Remissoria conceditur dato fumo pro exclusione suspicionis.

117 Relevantia excludit calumniam in materia remissoriæ.

118 Remissoriæ non datur, si testes degunt in locis vicinis, quia possunt duci ad urbem, vel destinari Notarius.

119 Remissoria non datur, quando causa per plures instantias fuit agitata in partibus, & pars non curavit ibi testes examinare.

120 Remissoria non datur si pars fuit negligens in examinandis testibus in curia, si illi postea recesserunt ab ea.

121 Cessante negligentia, vel dato fumo de veritate materiæ articulatæ, conceditur remissoria.

122 Remissoria non datur publicato processu, vel didicitis testificatis, ad examinandum super iisdem, vel directo contrariis, licèt articuli in cortice verborum videantur novi.

123 Et non minus, si sunt discussa dicta testium, vel resolutiones factæ.

124 Remissoriæ, non publicato processu, nec didicitis testificatis, conceditur.

125 Remissoria etiam publicato processu, & didicitis testificatis, datur, si articuli continent in substantia materias diversas à primis.

126 Etiam super iisdem, si articuli continent magis specificè id, quod fuerat antea confusè articulatum.

127 Et ad effectum examinandi testes vigore primæ remissoriæ nulliter examinatos.

128 Remissoria non datur in executivis, nisi detur magnus fumus, vel damnum sit alias irreparabile.

129 Remissoriæ concessio, & processus retardatio, plurimum pendent ab arbitrio judicis.

130 Remissoria in dubio est potius concedenda, quam deneganda.

131 Termino remissoriæ concessæ pendente, non potest procedi ad ulteriora.

132 Remissoria concessa cum clausula sine retardatione, vel sine præjudicio processus executivi, judex potest procedere ad ulteriora, illa non obstante.

133 Remissoria cum clausula, sine præjudicio, solet concedi, quando articuli sunt irrelevantes, vel suspecti.

134 Dato fumo cessat calumniæ, & remissoria conceditur cum retardatione.

135 Causa discussa in primæ instantia, solet dari pendenti uni sententia, & alteri remissoria.

136 Auditor, qui debet uni dare sententiam, & alteri remissoriam solet primo ferre sententiam, & deinde, tanquam unus ex auditoribus, dare remissoriam, & quare. & n. 137.

137 Rota est unicum tribunal, & quod auditor facit, omnes feciſſe dicuntur.

138 Auditor rotæ potest ante sententiam dare remissoriam cum clausula sine retardatione.

139 Remissoria non datur nisi semel, secus justa subsistente causa.

140 Remissoria in beneficialibus non datur bis, nisi adsit justa causa, vel petens consentiat sequestro.

141 Iusta causa est petendi novam remissoriam si testes sunt de novo reperti, vel quis fuit legitime impeditus in executione primæ, & maxime testibus primo non examinatis.

142 Remissoriam petens tenetur facere expensas examinis, etiam quoad interrogatoria exadverso data, alias examen est nullum; & non fit repetitio, nisi sumptibus illo uti volentis.

143 Forma in remissoria tradita est ad unguem servanda.

144 Terminus ad probandum, & reprobandum conceditur arbitrio judicis, secundum distantiam loci, & qualis regulariter concedi soleat.

145 Reprobatio est de jure promissa, sed non in causis executivis, & summariis, & quare.

146 Reprobatio conceditur etiam in executivis, & summariis, quando perjudicium non esset reparabile, vel idem non esset discutiendum in ordinario judicio, vel casu quo non sufficeret probatio imperfecta.

147 Terminus, si in remissoria non explicetur, intelligitur trium mensium in provincia, sex in continentibus, & novem in transmarinis.

148 Terminus currit à die consignationis literarum portitori, & alias arbitrio judicis.

149 Stylus circa terminum remissoriæ an, & quando incipiat currere in tribunali A. C. fuit modo albus, modo niger.

150 Terminus hodie in tribunali A. C. solet assignari reo à die præsentationis litterarum judici de partibus faciendæ, & alias arbitrio judicis.

151 Parte ultra modum negligente in exhibendo literas remissoriales judici de partibus, potest illi præfigi terminus ad probatum habendum, vel revocari dilatio, & expedir mandatum.

152 Impossibilitas examinandi infra terminum præfixum excusat.

153 Testes non solum jurare, sed etiam examinari debent in termino præfixo ad examinari faciendum.

154 Iudex, sicut potest terminum ad probatum habendum præfigere, ita etiam potest dilationem ad probandum concessam revocare.

155 Iudex ex justâ causa potest delationem concessam revocare, & ad expeditionem causæ devenire.

156 Dilationis revocatio debet esse expressa, alias non censetur revocata per sententiam, nisi sententia esset Rotalis.

157 Terminus ad probandum in remissoria concessus ex causa potest prorogari, & eo elapso bonus concedi, Parte tamen citata.

158 Terminus in Rem ssoria assignatus potest pluries ex causa prorogari, sed in curia, parte opponente non conceditur tertia dilatio, nisi impetrato rescripto à Papa, & causa cognita.

159 Iudex remissorialis ab A. C. deputatus cum facultatibus opportunis potest, circa examen quicquid potest A. C. non tamen terminum præfixum prorogare.

160 Interrogatoria, quando testes sunt examinandi à judice Remissoriali, possunt dari in partibus, cautius tamen est in causis gravioribus illos exhibere in curia, & quare.

161 Si testes non examinantur super omnibus interrogatoriis à judice remissoriali, & pars de hoc fuit protestata, examen est nullum.

162 Testes examinati nullius, repetuntur cum nova remissoria, sumptibus petentis.

163 Iudex potest interrogatoria superflua, & captiosa, vel impertinentia resecare.

164 Literis remissorialibus, vel missivis concessis ad ducendum de solutione, est supersedendum durante termino conveniente dato in executionem.

165 Dato fumo in executivis admittuntur exceptiones requirentes indagimem, & quæ incontinenti probari non possunt.

166 Hodie citare partem, ad interessendum collationi processus remissorialis, est superfluum & quare.

167 Pro juribus producendis non datur remissoria, sed compulsoria.

168 Compulsoria duplex est, generalis, & specialis.

169 Compulsoria generalis quid sit.

170 Compulsoria generalis, parte adhuc non citata in causa, conceditur sine citatione, alias secus.

171 Conclusoria generalis non retardat processum ad ulteriora.

172 Compulsoria generalis conceditur, etiam pendente termino remissoriæ.

173 Compulsoria generalis conceditur, ubicumque illa tendit non ad retardationem, sed ad expeditionem causæ.

174 In confessione remissoria generalis non habet locum regula, l. sivè pars, C. de dilat. quæ procedit in pronunciatione.

175 Compulsoria generalis conceditur, etiam tempore feriarum, & in causa Commissaria, diebus tamen judicii.

176 Compulsoriam obtinere sufficit, parte citata in curia, ut jura probent, cautius tamen est citare, etiam in partibus.

177 Compulsoria concessa parte non citata in curia, debet citari pars in ejus executione.

178 Compulsoria specialis quid sit.

179 Compulsor a specialis non datur, nisi parte citata, & dato fumo de relevantia jurium.

180 Copia scripturæ relevantis dat fumum sufficientem pro compulsoria speciali obtinenda.

181 Compulsoria specialis, & remissoria æquiparantur, & utraque retardat processum.

182 In compulsoria speciali præfigitur terminus, & dantur prorogationes, sicut in rem ssoria.

183 Compulsoria secunda conceditur quando jura fuerunt nulliter extracta.

184 In concessione compulsoriæ plurimum intrat judicis arbitrium.

185 Remissoria, seu compulsoria specialis, quando videatur calumnioscè peti.

186 Transumptum non probat, nisi à suo originali, vigore compulsoriæ servatis servandis, extrahatur.

187 Copia instrumenti tradita à Notario rogato, & ab illo extracta, probat absque compulsoria.

188 Transumptum factum à Notario successore in officio, probat absque alia compulsoria.

189 Transumptum factum ab Archivista de scripturis Archivij, probat absque alia compulsoria.

190 Archivistæ, vel Notario successori in officio attentati, se esse talem creditur.

191 Transumptum factum ab habente facultatem transumptandi instrumenta Notary mortui non indiget alia compulsoria, ut probet, & quomodo hoc intelligatur.

192 Transumptum factum ante motam litem, parte citata auctoritate judicis ordinarij, probat sine compulsoria, alias secus.

193 Sumptum ex Registro supplicationum probat sine alia compulsoria.

194 Contrarium, quod non probet.

195 Concorda, & distingue.

196 Sumptibus ex registro Bullarum in Curia probat sine alia compulsoria.

197 Sumptũ ex aliquo processu legitimè facto probat ad effectum jurium, absque compulsoria vigore Innocentianæ, & quando, & n. 198.

198 Innocentiana non loquitur de juribus extractis lite pendente.

199 Iura extracta, absque compulsoria probant, si in termino, ad dicendum contra, non opponantur generalia contra.

200 Iura concurrentibus adminiculis probant, licet non sint extracta vigore compulsoriæ.

201 Observantia dat robur scripturæ, etiam informi, ideo, illa concurrente, jura non egent compulsoria.

202 Antiquitas ultra centum annos supplet defectum scripturæ informis.

203 Scripturis antiquis indubitata lux veritatis assistit.

204 Scriptura antiqua de facili judicatur authentica.

205 Sola data non probat antiquitatem scripturæ, secus si antiquitas est conjuncta cum aliquibus aliis adminiculis.

206 Adminiculum facit, si instrumentum, quod judicè ostenditur ex sui facie apparet antiquum, & habet formam characteris antiqui & impolitam latinitatem.

207 *Adminiculum desumitur ex re inter alios acta, juxta* decis. Put.
208 *Data sola quando probet antiquitatem.*
209 *Iudex compulsor non potest recusari, nisi ex causa ardua, & tunc requiritur mandatum speciale.*
210 *Si in recusatione judicis appelletur ab ulteriori processu, non potest recusatus procedere ad ulteriora.*
211 *Literæ compulsoriales debent judici de partibus ab eo, qui instat pro illarum exequutione, coram Notario, & testibus præsentari.*
212 *Is contra quem obtinetur compulsoria, est citandus coram judice compulsoriali, & quomodo.*
213 *Iudex compulsor non potest citare ad valvas, nisi habeat hoc in facultatibus à judice delegante.*
214 *Modus citandi coram delegante; ut detur compulsori facultas citandi ad valvas, qualis inolevit.*
215 *Iudex compulsor quomodo possit citare ad valvas, quando habet in literis insertam hanc facultatem citandi.*
216 *Iudex compulsorialis cui non est data facultas citandi ad valvas, an, & quando, & quomodo possit citare domi, vel per edictum.*
217 *Iudex compulsorialis cui non est data facultas citandi ad valvas, an, quando, & quomodo possit citare non subditum absentem, sive tutus pateat, sive non pateat accessus.*
218 *Delegatus ab A. C. in causa non commissaria potest citare domi dimissa copia.*
219 *Delegatus recte procedit juxta stylum delegantis.*
220 *Iudex compulsor quid possit facere non citata parte.*
221 *Compulsor debet jura compulsata diligenter inspicere, & exemplari mandare.*
222 *Iudex compulsor præsumitur rite processisse, si Notarius testetur, jura fuisse coram eo exhibita.*
223 *Originale debet exhiberi coram compulsore, & ab illo extrahi transumptum, quia copia copiæ non probat.*
224 *Transumptum transumpti conservatum in Archivio publico transumptum, centum annis elapsis, probat.*
225 *Licet non probetur, quod transumptans fuerit Notarius.*
226 *Sumptum sumpti seu copia copiæ, parte non opponente probat.*
227 *Copia copiæ, concurrentibus adminiculis, & conjecturis sufficientibus, probat.*
228 *Et eo magis concurrente observantia, quæ dat robur scripturæ, etiam informi.*
229 *Jura compulsata debent non solum exhiberi, sed etiam recognosci coram judice compulsore.*
230 *Jura compulsata non esse recognita in partibus, potest opponi, etiam in curia.*
231 *Jura antiquissima compulsata non egent recognitione.*
232 *Compulsor debet dare copiam compulsoriæ sumptibus illius, qui eam obtinuit, alias, si copia petita non detur, compulsatio est nulla, nec antiquitas scripturæ supplet defectum.*
233 *Copia processus compulsorialis debet collationari cum suo originali, & clausula, & obsignata ad curiam transmitti.*

De Remissoria, & Compulsoria, Pars Prima. Cap. XII.

1 Si testes examinandi super nova conventione, solutione, aliisque præjudicialibus, sive qualibet alia re, in causa occurrente ad fundandam intentionem actoris vel rei, non sunt in curia, sed in partibus, tunc necesse est petere, & obtinere literas missivas ad partes, loco remissorialium, pro illis examinandis, & citanda est pars adversa, ut infra videlicet.

A. C. N.

2 Citetur NN. exadverso principalis ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti in curia, & extra, & decerni literas missivas loco remissorialium, in partibus, concordandum de judice, loco, loco loci, Portitore, & termino infra quem &c. alias videndum per D. deputari ex officio &c. Necnon videndum committi Notario actuario D. Judicis deputati examen, & receptionem juramentorum testium in forma, ad p.d. & postquam commissum fuerit videndum illos jurare super articulis, & nota causa, suis loco, & tem-
A pore, A. in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, constituendum, vel substituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem, alias videndum mandari procedi per affixionem ad valvas majoris Ecclesiæ dicti loci, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, alias videndum mandari examinari sine, ad eandem p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, sine tamen præjudicio obligationis cameralis, processus executivi, decreti facti, & mandati relaxati admitti articulos, si et inquantum, salvo jure etc. et committi etc. in forma ut supra, decerni literas missivas, et deputari judicem NN. et locum NN. et locum loci, Palatium solitæ residentiæ d.D. judicis, cum termino unius mensis ad probandum, et quindecim dierum ad reprobandum, etc. ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni etc.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus decrevit literas missivas, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Vel poterit pars citari, ut infra videlicet.

A. C. N.

3 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos ad probandum admitti in curia, et extra, et decerni literas missivas, loco remissorialium,
B B. in partibus pro testibus examinandis, et aliis probationibus recipiendis, concordandum de judice, loco, loco loci, Portitore, termino infra quem, necnon videndum committi Notario

actuario D. judicis deputati examen, & receptionem juramentorum testium in forma, ad p. d. & postquam commissum fuerit, videndum illos jurare super articulis, & tota causa, in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint toto termino probatorio durante, constituendum, vel substituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem in partibus, alias videndum per D. deputari ex officio judicem, locum, & alia præmissa, & mandari transmitti, atque procedi per affixionem ad valvas majoris Ecclesiæ dicti loci, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. alias videndum mandari examinari sine, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, sine tamen judicio obligationis Cameralis, processus executivi, decreti facti, & mandati relaxati, & deputati judicem NN. locum NN. & locum loci. Palatium solitæ residentiæ d. D. Judicis, cum termino unius mensis C, ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, & ut supra, nisi adp. d. cum intimatione, omni &c.

C

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter Dominus decrevit literas missivas, ac alios prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Articuli verò, & interrogatoria possunt confici, & dari juxta formulas superius traditas in *c. 11. proximè præcedente de Test. examin.* & alias mutatis mutandis, secundum factorum contingentias.

4 Exadverso in termino dictæ citationis, poterit fieri hæc protestatio, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In officio NN. dixit non admitti prætensos articulos, nec aliquid fieri in præjudicium obligationis cameralis, processus executivi, & decreti facti, ac mandati relaxati. & his salvis &c. & non alias &c. contra prætensos articulos dixit, pro nunc, generalia verbo, salvo jure &c. & non expediri prætensas literas missivas, nisi prius concordato de judice, & specificatis materiis, nominibus, cognominibus, patria, exercitio testium, medio juramento tactis &c. ac jurato de calumnia, & de omnibus intimato, & dato termino competenti ad conficiendum interrogatoria, alias &c. omni &c.

5 Pro cujus protestationis implemento, si antea non fuerunt specificatæ materiæ, nec fuit juratum de calumnia, erunt illæ specificandæ, & jurandum juxta tradita in *cap. præcedente de Test. examin. n. 6. & seq* quinimò etiam parte non opponente, quando dantur articuli, debent specificati materiæ medio juramento, prout in ipsis articulis, & jurari de calumnia. Testium verò nomina, & cognomina non specificantur in curia, quando datur remissoria, sed in partibus, nisi parte petente, in aliquibus casibus particularibus, & ex causa, tunc enim judex concedit Remissoriam conditionaliter, scilicet specificatis nominibus, & cognominibus testium in curia.

Specificatis verò materiis, & jurato de calumnia, fiet intimatio, videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter materiæ sunt in actis specificatæ, & fuit juratum de calumnia, & adimpleta protestatio, & alias, prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

6 Quod si quis celerius literas missivas expedire voluerit, poterit specificare materias, & unico contextu jurare de calumnia in termino citationis, ad videndum decerni literas missivas, & eadem die omnia parti adversæ intimare, ut infra videlicet.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. admisit articulos, materiæ sunt in actis specificatæ, fuit juratum de calumnia, & D. decrevit literas missivas, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Ut si pars adversa non concordaverit de judice remissoriali in partibus, vel non consenserit in deputato ex officio, sed illum recusaverit, poterit citari ad concordandum, ut infra, videlicet.

A. C. N.

7 Citetur NN. exadverso principalis ad concordandum de judice *(vel de alio judice in locum NN. alias deputati, vel suspecti allegati, secundum factorum contingentias)* dandum listam confidentium, & diffidentium, quatenus illam dare velit, alias videndum per D. deputari judicem ex officio, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, dari listam cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

8 Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. mandavit dari listam, & alias prout in actis. Ideo citetur idem ad illam dandum, quatenus &c. alias videndum per D. deputari judicem ex officio, quibuscumque non obstantibus, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Qua citatione executa, & reproducta, si pars non concordat, nec dat listam, obtinetur decretum, videlicet.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra deputari judicem NN. & locum NN. & locum loci Palatium dicti judicis, cum termino unius mensis ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, nisi ad primam diem, cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter D. deputavit judicem, quibuscunque non obstantibus, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Si verò pars concordat, deputatur judex, ut supra, de consensu partium, cum intimatione, vel partibus præsentibus.

Cæte-

9 Cæterum concordato de judice, vel illo ex officio, aut alias deputato, expediuntur litteræ missivæ tenoris inscripti, videlicet.

10 Illustri, & admodum Excellenti D. NN. Gubernatori NN. *Christophorus Vidman*, Protonotarius Apostolicus, Utr. Sig. Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, necnon curiæ causarum cameræ Apostolicæ Generalis auditor.

Intus verò.

Illustris, & admodum Excellens D. &c.

Coram nobis inter NN. ex una, & NN. ex altera partibus, de, & super nonnullis prætensionibus controversia vertitur, in causa pro parte d. NN. dati fuerunt articuli ad effectum examinandi testes istic in partibus degentes. Proinde te in judicem ad infrascripta peragenda, cum facultatibus opportunis, elegimus, & pro loco NN. pro loco verò loci, tuum domicilium deputavimus. Hæc tibi significamus, ut Notarium tibi benevisum, non tamen partibus suspectum eligas, & deputes, & citato d. NN. seu ejus legitimo procuratore, quatenus istic maneat sin minus per affixionem ad Valvas majoris Ecclesiæ loci prædicti, ad videndum committi Notario examen, & receptionem juramentorum testium in forma, & ad alia quomodolibet necessaria, & opportuna testium juramenta recipias, & recipi facias, eosdemque testes coram te, pro parte NN. producendos, primò juxta interrogatoria ex parte dicti NN. (*Deinde super articulis, quorum copias mittimus, D, inclusas, vel si interrogatoria non dentur in curia*) quatenus debito à te statuendo termino detur, sin minus super articulis, quorum copiam introclusam mittimus, tantum examines, seu examinari facias, postquam testes saltem pridie unius diei, quo examinandi sunt, de veritate dicenda juraverint, ad quæ peragenda terminum unius mensis à die, qua hæ literæ nostræ tibi redditæ fuerint, dinumerandum, ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, assignamus, & assignavimus. Hisque peractis dicta testium hujusmodi cum toto processu nemini partium patefacta, aut ostensa, tuo obsignata sigillo clausa, quam primum ad nos perferenda cures, præmissaque, & omnia alia desuper necessaria, & opportuna, facias. Hæc nobis in præsenti occurrunt, si tibi similia, vel majora rescribas. Vale, Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die &c.

Dominationis vestræ Illustris, & Admodum Excellentis ad servitia paratus.

NN. Notarius. *NN. Locumtenens.*

Quæ quidem literæ, postquam fuerint expeditæ, sunt ad judicem deputatum ad partes transmittendæ.

11 Licet autem regulariter, dilatione pendente, judicis officium conquiescat, tamen quando fuit actum via executiva, articuli solent admitti, & remissoria, ut supra concedi, cum dicta clausula, sine præjudicio &c. Idcirco, si testes examinandi sint, ne interim, donec compleatur examen, procedatur ad expeditionem mandati, vel ejus executionem, necesse erit citare Partem adversam, ad videndum mandari supersederi, ut infra videlicet.

A. C. N.

12 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum mandari supersederi, E, in expeditione, & exequutione mandati, & sibi inhiberi, nè audeat quicquam attentare, vel innovare sub pœnis arbitrio D. & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum.

N. Notarius.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, supersederi (*vel supersederi per NN. dies (arbitrio judicis)* nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. mandavit supersederi, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

13 Quod si supersessoria fuit simpliciter obtenta, & reus est in mora probandi suas exceptiones, potest citari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum revocari supersessoriam nulliter, & indebitè extortam, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sivè, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. revocavit supersessoriam, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

14 Quod si infra mensem præfixum non posset in partibus compleri examen, tunc probare hoc, vel quod examen jam fuit cæptum per fidem publicam judicis remissorialis, & ejus actuarii, illaque in actis producta, citato adversario ad dicendum contra jura, poterit instari pro termini antea concessi prorogatione, quam A. C. ejus arbitrio potest concedere, non tamen majorem prima dilatione, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum prorogari terminum in litteris missivis, loco remissorialium obtentis, contentum arbitrio D. & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit prorogari terminum ad alios dies 19. (vel viginti) nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. prorogavit terminum, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Elapsa prima die juridica post intimationem executam transmittitur ad partes decretum prorogationis termini, & completur examen testium.

16 Po-

16 Poterit obtineri alia ſuperſeſſoria per aliquod breve ſpatium temporis, ſi terminus in prima contentus, ſit elapſus: ſed hoc eſt judici arbitrarium, qui pro qualitate negotii poterit, prout ſibi juſtum & æquum videbitur, illam breviorem, vel longiorem concedere, vel penitus denegare etiam primam.

17 Si verò literæ miſſivæ, ſeu remiſſoriales fuerunt decretæ, & expeditæ ſimpliciter, & abſque clauſula, ſine præjudicio &c. tunc omnino pendente termino, debet officium judicis conquieſcere.

18 Et poteſt judex juxta exiſtentem cauſam, ſive dilatio ſit conceſſa cum clauſula prædicta, ſive non, terminum aſſignatum nedum, ut ſupra prorogare; ſed etiam, docto parte citata de legitimo impedimento, ſeu juſta cauſa, ob quam quis non potuit, in termino præfixo, ejus incumbentia probare, novum terminum primo elapſo concedere, ut infra, videlicet.

A. C. N.

19 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtanti, concedi novum terminum ad probandum, juxta formam contentam in literis miſſivis, alias expeditis, attento quod in termino præfixo, juſtis de cauſis legitimè impeditus, non potuit ſuas facere probationes, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra novum terminum unius menſis ad probandum cum termino 15. dierum ad reprobandum, cum intimatione omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. conceſſit novum terminum, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Et elapſa prima die juridica poſt intimationem executam, tranſmittitur inſtrumentum decreti ad partes, & poſſunt etiam quando primus terminus eſt, ut ſupra, elapſus obtineri novæ literæ miſſivæ, citata parte ad videndum illas, ut ſupra, decerni.

20 At ſi ille, qui remiſſoriam cum retardatione proceſſus obtinuit, eſſet ultra modum negligens in exhibendo literas miſſivas, ſeu remiſſoriales coram judice de partibus, vel ob calumniam id differret, ne interim terminus in eis aſſignatus, à die præſentationis literarum judici remiſſoriali decurrendus, efflueret, ut cauſæ expeditio in longum traheretur, ſi ille fuerit actor, poterit citari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

21 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum ſibi præfigi terminum ad probandum, & probatum habendum, ſeu examinari faciendum & decretum quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

Decretum. NN. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra præfigi terminum unius menſis *(vel alium competentem judici beneviſum)* niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. præfixit terminum, & alias prout in actis, Inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Vel A. C. N.

22 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum revocari delationem, ſibi ad probandum conceſſam, & decretum neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra menſem *(& aliud tempus judici beneviſum)* niſi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

At ſi fuerit reus in cauſa ordinaria, poterit etiam citari, ut ſupra, ſed in cauſa executiva poterit citari, ut infra, videlicet.

A. C. N.

23 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum, prævia revocatione dilationis ſibi ad probandum conceſſæ, expediri mandatum, alias decretum, & relaxatum, & quatenus opus ſit, de novo decerni & relaxari, quibuſcumque non obſtantibus, ad p. d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut ſupra, niſi infra quindecim *(vel aliud tempus judici beneviſum)* cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit expediri mandatum, quibuſcumque non obſtantibus, & alias prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N. Notarius.

Proceſſus Remiſſorialis.

24 Literæ miſſivæ loco remiſſorialium obtentæ ſunt in partibus judici remiſſoriali exhibendæ coram Notario, & teſtibus à principali, ſeu ejus legitimo Procuratore, qui debet in actis producere ejus mandatum Procuræ, & petere, ut ipſe judex dictas literas recipiat, & admittat, necnon citationem contra adverſarium decernat, ad videndum dictas literas aperiri, dicendum contra, & videndum ad illarum executionem mandari procedi, ac deputari Notarium, & nuntios, locum, dies, & horas audientiæ, ac deferri juramentum Notario, & nuntiis, de eorum officio fideliter exercendo, pro prima die juridica, hora NN. in domo ſolitæ reſidentiæ ipſius D. Judicis.

Ex tunc D. Judex dictas literas recipiet, & admittet, & mandabit citari partem adverſam, ut ſupra, omni &c. & de his fiet publicum inſtrumentum à Notario diverſo ab illo, qui eſt pro literarum executione actuarius deputandus, & tunc fiet infraſcripta citatio, videlicet.

Coram NN. Judice remiſſoriali ab A. C. deputato.

25 Citetur NN. exadverſo Procurator NN. ex adverſo principalis, *vel* NN. *exadverſo principalis*, ad videndum aperiri literas miſſivas in actis exhibitas, dicendum contra, & ad illarum execu-

executionem juxta earum formam, & tenorem videndum mandari procedi, ac deputari Notarium, Nuncios, locum, dies, & horas audientiæ, ac eisdem Notario, & Nunciis deferri juramentum, de fideliter exercendo eorum officium ad p.d. juridicam, coram N. in domo solitæ residentiæ d. D judicis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Citatione executa personaliter, vel domi, & relatione facta, illaque reproducta obtinetur decretum, videlicet.

NN. Procurator prout docuit per instrumentum publicum, *tenoris, &c.* repetiit literas missivas in actis productis, & Petiit, & obtinuit, ut supra deputari in Notarium N. & Nuncios N. & N. & locum, videlicet palatium solitæ residentiæ ipsius D. judicis, & dies, & horas, videlicet omnes dies juridicos, non feriatos in honorem Dei, vel Sanctorum, in quibus coram A. C. jus reddi solet, de mane, ab hora N. usque ad N. & de sero ab hora N. usque ad N. cum intimatione, omni &c.

Et ex tunc Notarius, & Nuncii jurabunt tactis &c. ut infra videlicet.

NN. Notarius, ut supra deputatus medio juramento tactis &c. ad delationem dicti D. Judicis, juravit de fideliter exercendo officium suum, omni &c.

NN. Nuncius, ut supra deputatus medio juramento tactis &c. ad declarationem dicti D. Judicis, juravit de fideliter exercendo officium suum, omni &c.

N. N. N.

Intimetur NN. exadverso Procuratori NN. exadverso principali, qualiter D. mandavit procedi ad executionem literarum, & deputavit Notarium, & Nuntios, locum, dies, & horas, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

26 Quod si in loco, nec Principalis, nec ejus Procurator reperiatur, tunc peti debet à judice, ut committat Nunciis, ut faciant diligentias de illis reperiendis & postquam judex id commisit, si factis diligentiis primo per unum, & deinde per duos Nuntios, juxta superius tradita, sub *cap. 4. litera B.* reperti minimè fuerint, relationibus factis, judex decernet processum per affixionem ad valvas Majoris Ecclesiæ loci juxta formam sibi in literis missivis, seu remissorialibus præscriptam, omni &c.

Et deinde citabitur adversarius ad Valvas ad omnes, & singulos actus prædictos, ut supra, necnon etiam ad infrascriptos, usque ad completum examen, & perfectum processum, & alias donec aliquis pro adversario legitimè comparuerit, quo casu ex tunc erit ille omnino citandus, omni &c.

27 Non est omittendum, quod si causa est commissaria, debent citationes exequi personaliter, si persona commodè haberi poterit, sin minus factis diligentiis, ut supra, primò per unum & deinde per duos Nuntios, de illa reperienda, eaque non reperta, ac relationibus factis, judex mandabit citari domi, dimissa copia, & per affi-

28 xionem ad Valvas, † quod si nec domicilium adversarius ibi habeat, eo, factis, ut supra diligentiis, non reperto, factisque relationibus, judex mandabit citari per affixionem, & aliàs ju-

29 xta formam sibi in literis remissorialibus præscriptam. Et si in commissione A. C. directa non adsit facultas procedendi singulis diebus, & horis, erunt deputandi tantum dies Lunæ, Mercurii, & Veneris, in quibus, in causis commissariis hujusmodi jus reddi solet, & in illis tantum actus judiciarii expediendi.

Delato juramento, Notario, & Nunciis, & facta intimatione de qua supra, citatur, ut infra, videlicet.

N. N. N.

30 Citetur NN. exadverso Procurator NN. exadverso principalis, ad dicendum contra literas missivas in actis productas, & articulos in eis inclusos, videndum illas, & illos ad probandum admitti, & committi Notario causæ examen, & receptionem juramentorum testium in forma, ad primam diem, & postquam commissum fuerit, videndum illos jurare in eorum, vel Notarii domibus, & ubi reperti fuerint, per totam illam, & viginti sequentes dies (*vel aliud tempus judici benevisum, intra tamen terminum literarum rem ssorialium, seu privarum*) dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus &c. alias videndum mandari examinari sine, ad primam diem, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit literas, & articulos in actis datos, & petiit, & obtinuit, ut supra, nisi per totam, & examinari testes pro diebus, & horis intimandis, omni &c.

Ex adverso poterit fieri hæc protestatio, videlicet.

31 Pro NN. contra NN.

In officio NN. Procurator, prout docuit per instrumentum publicum, *tenoris, &c.* contra prætensas literas, & articulos dixit pro nunc generalia verba, salvo jure &c. non examinari, nisi specificatis materiis, nominibus, cognominibus, patria, & exercitio testium, medio juramento tactis &c. ac data copia articulorum cum termino competenti ad conficiendum interrogatoria, quæ omninò dare intendit, & intimato die, & hora certis, ad effectum &c. alias &c.

32 Et ob id, si materia, nomina, & cognomina testium non sunt specificata in curia erunt in partibus specificanda, juxta formulam superius traditam sub *cap. 11. de Test. examm.* & inde facienda intimatio, videlicet.

N. N. N.

Intimetur NN. exadverso Procuratori NN. exadverso principali, qualiter materiæ, nomina, cognomina testium sunt in actis specificata, & D. mandavit examinari testes, & alias prout in actis, & testes examinabuntur die NN. cum quinque sequentibus, de mane, hora N. & de sero hora N. ideo &c. alias &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

33 De-

33 Denique proceditur ad examen testium faciendo illos jurare salten. per diem ante examen in die juridica pro majori cautela, & alias servatis servandis, juxta formam superius traditam sub *cap.* 11. *de Test. examin.*

Potest autem extendi examen, ut infra, & alias mutatis mutandis, secundum facti contingentiam, videlicet.

In Dei nomine Amen &c. Anno &c. die &c. Pontificatus &c. Anno ejus &c. Examinatus fuit in Palatio solitæ residentiæ infrascripti D. judicis, sito in civitate N. juxta suos fines &c. per eundem D. NN. Judicem Remissorialem ab A. C. seu NN. ejus in civilibus locumtenente, deputatum, ac per me NN. præsentis causæ Notarium deputatum, D. NN. ætatis suæ annorum N. Testis pro parte NN. ejusque Procuratoris inductus, qui fuit citatus &c. & monitus de gravitate juramenti, ac pœnis perjurii, & qui ad delationem &c. iterum, tactis scripturis, juravit ad Sancti Dei Evangelia (*vel tacto pectore, si sit Clericus*) de veritate dicenda tam super interrogatoriis, quam super articulis, & tota præsenti causa, remotis odio, amore, timore, lucro &c. Et ad opportuna interrogationes dixit, & respondit ut infra, videlicet.

Et incipiendo ab interrogatoiis, ad monitionem sibi factam de gravitate juramenti, & pœnis perjurii, & importantia hujusmodi causæ, pro veritate dicenda juxta primam interrogationem rectè respondit &c.

Juxta secundum de nomine, cognomine, parentibus, patria, & ætate respondit &c.

Juxta tertium respondit &c. & sic de singulis &c.

Deinde deventum fuit ad examen super articulis in literis missivis, seu remissorialibus contentis.

Et super primo Articulo ei lecto, idem testis interrogatus dixit, & respondit. Jo sò &c. & sic de singulis, usque ad ultimum &c.

Et si testes se examini subjicere recusent, poterunt pariter citari, & cogi ad subjiciendum se examini, & alia fieri, juxta superius tradita in dicto *cap* 11. *de Test. examin.*

Vel poterit peti, & obtineri à Judice Monitorium, seu Præceptum, per Nuncium deputatum, exequendum, contra eos, *tenoris infrascripti*, videlicet.

34 De Mandato NN. Judicis remissorialis ab Illustriss. & Reverendis, D. A. C. seu NN. ejus in Civilibus Locumtenente specialiter deputati, & ad instantiam NN. principalis, tenore præsentium.

Moneatur NN. Testis inductus, quatenus sub pœna scutorum NN. aliisque arbitrio Domini (*vel sub pœnis contentu in litteris Remissorialibus, quando adsunt*) debeat infra triduum proximum juramentum de veritate dicenda in causa inter dictum instantem ex una, & NN. ex altera partibus, in actis infrascripti Notarii præstitisse, & successivè examini subjecisse, aliaque desuper necessaria, & opportuna adimpleviſse, & præsentibus omninò paruisse, alioquin &c. non solum, ut supra, sed omni &c. In quorum &c. Datum &c. hac die &c.

NN. Judex Remissorialis deputatus.

Locus † Sigilli.

NN. Notarius actuarius deputatus.

Completo examine, citetur pars adversa, ut infra, videlicet.

N. N. N.

35 Citetur NN. exadverso procurator NN. exadverso principalis, ad videndum decerni copiam, seu transumptum processus, & omnium actorum in causa factorum, dictumque processum copiari, & transumptari mandari, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad primam diem, Instante NN. principali, sivè &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra omni &c.

Qua copia extracta, & transumpto facto, citetur, ut infra videlicet.

N. N. N.

36 Citetur NN. exadverso procurator NN. exadverso principalis, ad videndum mandari col-
F lationari, F, copiam processus, & omnia, quæ collationanda sunt, cum eorum propriis originalibus, & collationi interessendum, quatenus &c. necnon videndum deputari alium Notarium, qui una cum Notario actuario dictæ collationi interfit, & collationem faciat, ac dies, & horas pro dicta collatione facienda, & decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, & obtinuit, ut supra, & deputari in alium Notarium NN. & omnes, & singulos dies, & horas, donec collatio præficiatur, cum intimatione, omni &c.

N. N. N.

Intimetur NN. exadverso Procuratori NN. exadverso principalis, qualiter D. mandavit collationari processum, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Collatione facta citetur pars adversa, ut infra videlicet.

N. N. N.

37 Citetur NN. exadverso Procurator NN. exadverso principalis, ad videndum de, & super omnibus in processu remissoriali contentis, & super omnibus, & singulis præmissis per eundem D. Judicem suam auctoritatem, & decretum impartiri, & interponi necessarium, & opportunum, necnon mandari claudi transumptum, seu copiam processus, & omnia in Rotulo clausa Sigillo dicti judicis obsignari, & obsignata ad Romanam curiam transmitti ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra omni &c.

38 Quod si quis nollet procedere per viam citationum in scriptis, prout in curia, poterit coram judice remissoriali procedere juxta stylum; & usum illarum partium, dummodo in comparitionibus, parte citate faciendis, inseratur

ratur totus tenor dictarum citationum, ita quòd pars adversa ad præmissa omnia, ex iisdem actis citata appareat.

39 Nec est omittendum, quòd si pars alicui decreto fuerit præsens, & Notarius attestatur, decretum fuisse factum partibus præsentibus, vel dixerit in illius extensione, parte exadverso præsente, tunc non est necessaria illius decreti intimatio.

40 In fine processus, seu copiæ, Notarius subscribat, et suum signum apponat.

Et deinde apponatur in eo attestatio Ordinarii, seu alterius super legalitate Notarii, quæ attestatio vulgò legalitas appellatur, & Judex transmittat ad urbem processum clausum, & sigillarum cum suis literis missivis, quibus significet A.C. se eius literas recepisse, & juxta illarum formam processisse, & de omnibus alligatum processum, seu eius transumptum transmittere etc. omni &c.

Processu remissoriali ad urbem transmisso citetur coram A.C. seu eius in civilibus locumtenente, ut infrà, videlicet

A.C.N.

41 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum aperiri processum de partibus in Actis exhibitum, & dicendum contra illum, & jura producta, & repetita videndum jurare testes super illius, & illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, committi, & mandari restitui, dimissa copia collationata, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit processum de partibus, & jura, hac die in Broliardo producta, et repetita, & petiit, & obtinuit, ut suprà, aperiri, &, sine tamen præjudicio obligationis Cameralis, processus executivi, et decreti facti, admitti si, et in quantum, et committi etc. omni &c.

Repetitio autem in Actis fit, ut infrà, videlicet

Pro NN. contra NN.

In officio NN. repetiit processum remissorialem de partibus ad Curiam transmissum, prout in Actis; et instetit aperiri, et admitti, necnon repetiit omnia alia Jura, acta, & actitata, gesta, & facta per acta mei &c. in parte tamen, & partibus &c. & in quantum &c. Et dixit nihil fieri, nisi visis dd. Juribus, & testibus examinatis, per D. & eo informato in die Notarii, omni &c.

Exadverso in termino dictæ citationis ad dicendum contra, poterit fieri solita protestatio, videlicet

Pro NN. contra NN.

In officio NN. repetitis protestationibus, aliàs factis, & illis firmiter inhærendo, dixit non admitti aliqua Jura in præjudicium obligationis Cameralis, processus executivi, Decreti facti, & mandati relaxati, et his salvis contra prætensum processum, & jura, dixit pro nunc generalia verbo, salvo jure etc. & pendente &c. & nihil fieri, nisi illis recognitus, & intimato die, & horâ certis ad effectum, &c. omni &c. aliàs &c.

43 Cæterum, si in partibus adsint aliqua jura, & scripturæ ad causam facientes, & Notarii, & qui illas penes se habent, recusent eas exhibere, vel aliàs sit necesse, eosdem ad dicta Jura, & scripturas exhibendum compellere, poterit obtineri compulsoria, G, citando adversarium hoc modo, videlicet

A.C.N.

44 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum decerni literas compulsoriales generales ad partes, concordandum de Judice loco, loco loci, constituendum in partibus procuratorem reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum per D. deputati Judicem, ac locum loci ex officio, & respectivè mandari fieri processum per affixionem ad valvas, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, deputari in Judicem NN. & locum loci, Palatium eius solitæ residentiæ, cum termino 30. dierum, nisi ad primam diem, cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. decrevit literas compulsoriales generales, & aliàs prout in Actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

45 Si verò quis obtinere voluerit literas compulsoriales speciales, tunc docto per fidem publicam, aut aliàs de existentia scripturarum, ac productâ dicta fide, aut copiâ scripturæ &c. citata parte ad dicendum contra Jura, citatur, ut infrà, videlicet

A.C.N.

46 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum decerni literas compulsoriales speciales ad partes, concordandum de Judice, loco, loco loci, constituendum in partibus procuratorem reperibilem, & acceptantem, aliàs videndum per D. deputati Judicem, ac locum loci, ex officio, respectivè decerni processum per affixionem ad valvas, ad primam diem, Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, & deputari Judicem NN. & locum loci Palatium eius solitæ residentiæ, cum termino 30. dierum (*vel majore, aut minore, secundùm distantiam loci, arbitrio Judicis*) nisi ad primam diem, cum intimatione omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. decrevit literas compulsoriales speciales, & aliàs prout in Actis, Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

47 Quòd si pars adversa nolit concordare de Judice, ut alleget Judicem deputatum suspectum H, citatur ad concordandum, ut suprà de
48 Judice remissoriali dictum fuit.

Processus compulsorialis.

Expeditis literis compulsorialibus, illisque ad partes transmissis, proceditur ad illarum executionem, ut infrà, videlicet

Ubicunque aliquis obtinuit literas compulsoriales, debet ipse, vel eius procurator legitimus I eas exhibere I, Judici compulsoriali coram Notario, & test. & producendo in Actis mandatum

procuræ (*si instans pro executione literarum est procurator*) debet petere, ut idem D. Judex dictas literas recipiat, & admittat, & ad illarum executionem, juxta illarum formam, & tenorem, procedat, necnon decernat citationem contra partem adversam, ad dicendum contra dictas literas compulsoriales, & juxta illarum formam videndum mandari procedi, & deputari Notarium actuarium, nuntios, locum pro tribunali, dies, & horas audientiæ, ac deferri juramentum Notario, & nuntiis de fideliter eorum officium exercendo, pro prima die juridica, horâ N. in domo solitæ residentiæ eiusdem D. Judicis.

Ex tunc Judex dictas literas recipiet, admittet, & mandabit procedi, & fieri, ac citari, juxtà petita, omni &c. Et de his omnibus deinde confici debet publicum Instrumentum à Notario diverso ab eo, qui pro executione literarum est deputandus, ac successivè fiet infrascripta citatio, videlicet

Coram N.N.N. Judice compulsoriali deputato ab A.C.

L 49 Citetur L, NN. exadverso procurator NN. exadverso principalis, ad dicendum contra literas compulsoriales in Actis productas, videndum admitti, & ad illarum executionem, juxta earum formam, & tenorem mandari procedi, & deputari Notarium, nuncios, locum, dies, & horas audientiæ, ac deferri Notario, & nuntiis juramentum de fideliter exercendo officium suum, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Qua citatione executâ personaliter, vel domi, vel per affixionem, juxta superius tradita in processu remissoriali, ac ea reproducta, relationibus factis, obtinetur decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, & deputari Notarium NN. & nuncios NN. & NN. & locum pro tribunali palatium residentiæ eiusdem D. Judicis, & dies, et horas, videlicet omnes dies juridicos non feriatos in honorem Dei, vel Sanctorum, de mane ab hora N. usque ad N. cum intimatione, omni &c.

In causis verò commissariis, in quibus non adest facultas procedendi singulis diebus, & horis, erunt tantùm deputandi dies Lunæ, Mercurii, et Veneris non feriati, ut suprà dictum est in processu remissoriali, in quibus tantùm in causis commissariis jus reddi solet.

N.N.N.

Intimetur NN. exadverso procuratori NN. exadverso principalis, qualiter D. mandavit procedi ad executionem literarum, & deputavit Notarium, nuncios, dies, et horas, ac locum pro tribunali, & aliàs prout in Actis, instante NN. principali, sive &c. N. Notarius.

Delato juramento Notario, et nuntiis, ac reproducta intimatione, juxta superius tradita in processu remissoriali, procurator causæ debet comparere coram Judice, & specificare in Actis jura, quæ extrahere intendit, & petere contra Notarios, & personas illa detinentes decerni monitorium necessarium, et opportunum, illudque obtentum exequi facere per nuncium deputatum, tenoris infrascripti, videlicet

50 De mandato NN. Judicis compulsorialis ab Illustriss. et Reverendiss. D. A. C. seu NN. eius in civilibus locumtenente specialiter deputati, & ad instantiam NN. principalis. Tenore præsentium moneantur NN. & NN. omnesque alii in executione præsentium nominandi, et cognominandi, quatenus sub pœnis contentis in literis compulsorialibus, de quibus in Actis, debeant, et quilibet eorum debeat, infra triduum proximum, in Actis infrascripti Notarii, coram eodem D. Judice, infrascripta jura, & scripturas penes eos, & quemlibet eorum respectivè existentia, et existentes, videlicet (*hîc specificentur scripturæ, & jura exhibenda*) exhibuisse, præsentasse, & dimisisse, ad effectum transumptandi, & præsentibus omnino paruisse etc. alioquin &c. omni &c. in quorum &c. Datum &c. hac die etc.

NN. Notarius. Locus † Sigilli. N. Judex, compulsorialis deputatus.

51 M Quo monitorio per nuncium deputatum executo, ac juribus in actis productis, M, quæ debent esse originalia; nam aliàs nihil esset actum,

N N. citatur pars adversa, ut infrà, videlicet

N.N.N.

52 Citetur NN. exadverso procurator NN. exadverso principalis, ad dicendum contra jura producta, et repetita, videndum jurare testes super

O illorum recognitione, O, quatenus opus sit, admitti, et mandari restitui, dimissâ copiâ collationatâ, necnon committi Notario causæ examen, et receptionem juramentorum testium in forma, ad primam diem, et postquàm commissum fuerit, videndum illos jurare, in eorum, vel Notarii domibus, et ubi reperti fuerint, per totam illam, et viginti sequentes dies, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus etc. aliàs videndum mandari, examinari sine, ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Jura in Actis exhibita, inquantùm &c. & petiit, et obtinuit, ut suprà admitti, si, & in quantum &c. et examinari testes, et ut suprà, pro diebus, et horis intimandis, omni &c.

53 Exadverso poterit fieri hæc protestatio, videlicet

Pro NN. contra NN.

In officio NN. procurator, prout docuit per Instrumentum publicum rogatum per Acta NN. prout in folio *tenoris &c.* dixit quòd nemo exadverso comparens audiatur, nisi docto de legitimo mandato procuræ, ita quòd &c. et nihil fieri, nisi specificatis nominibus, cognominibus, patriâ, et exercitio testium, medio juramento tactis etc. & datâ sibi copiâ assertarum literarum compulsorialium, cum competenti termino ad conficiendum interrogatoria, aliàs de nullitate etc. omni etc.

Nomina, et cognomina testium sunt omnino

54 juxta superius tradita, *sub cap. 11. de test. examin.* specificanda, prout etiam tradenda, seu transmittenda est parti copia literarum compulso-

P rialium, P, sumptibus ejus, qui illam obti-

obtinuit, & facienda est postmodum parti hæc intimatio, videlicet

N.N.N.

55 Intimetur NN. exadverso procuratori NN. exadverso principalis, qualiter nomina, & cognomina testium sunt in Actis specificata, adimpleta Protestatio, & D. mandavit examinari testes, & aliàs prout in Actis, & testes examinabuntur die NN. cum tribus sequentibus de mane, horâ N. & de sero horâ N. ideò &c. aliàs &c. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius

56 Successivè intimatione executa, & reproducta proceditur ad examen testium, delato eis juramento, ut suprà, de veritate dicenda, saltem per diem ante examen, & illo deinde reiterato in actu examinis, primò examinantur super interrogatoriis, si fuerint à parte tradita, & posteà super recognitione Jurium, & alia circa examen observentur, juxta superius tradita, sub d. cap. 11. de test. examin.

Juribus recognitis, & examine completo, citatur pars adversa, ut infrà videlicet.

N N.N.

57 Citetur NN. exadverso Procurator NN. exadverso principalis, ad videndum mandari extrahi copiam Jurium in Actis productorum, illaque transumptari, & transumptata cum suis originalibus collationari, & quodcumque decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petit, & obtinuit, ut suprà, cum intimatione, omni &c.

N.N.N.

Intimetur NN. exadverso procuratori NN. exadverso principalis, qualiter D. mandavit transumptari jura, & aliàs prout in Actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Quibus omnibus expeditis, citatur adversarius, ut infrà, videlicet

N.N.N.

58 Citetur NN. exadverso procurator NN. exadverso principalis, ad videndum mandari collationari, Q. processum, & jura, & omnia, quæ collationanda sunt, cum suis propriis originalibus, & deputari alium Notarium, qui una cum Notario actuario dictæ collationi interfit, & collationem faciat, & dies, & horas pro collatione facienda, necnon dictorum Jurium collationi interessendum, quatenus &c. aliàs &c. ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, ac deputari in alium Notarium NN. & singulos dies, & horas intimandas, quousque collatio perficiatur, omni &c.

N.N.N.

Intimetur NN. exadverso procuratori NN. exadverso principalis, qualiter D. mandavit collationari jura, & processum, & aliàs prout in Actis, & dicta collatio fiet die N. cum tribus sequentibus, de mane horâ N. & de sero horâ N. ideò &c. aliàs &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executâ, & reproductâ intimatione, & collatione factâ diebus, & horis deputatis, citatur pars adversa, ut infrà, videlicet

N.N.N.

59 Citetur NN. exadverso procurator NN. exadverso principalis ad videndum de, & super omnibus, & singulis præmissis, & in dicto processu compulsoriali contentis per D. Judicem compulsorialem eius decretum, & auctoritatem necessariam, & opportunam impartiri, & interponi, necnon mandari claudi, & sigillari processum, seu transumptum, & omnia clausa, & sigillo D. Judicis obsignata, ad Romanam Curiam destinari, & transmitti ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, omni &c.

60 Quòd si quis noluerit procedere per viam citationum in scriptis juxta stylum Curiæ, poterit citare juxta stylum loci, in quo conficitur processus compulsorialis, dummodo in comparitionibus, & instantiis, quæ sunt parte citatâ ad omnia in illis contenta faciendæ, specificet totum tenorem omnium contentorum in suprà dictis citationibus, & in Actis appareat ex nuntii relationibus, quòd pars adversa ad omnia, & singula præmissa fuerit citata.

61 In fine processus, post subscriptionem, & signum Notarii, apponatur legalitas Ordinarii, aut alterius, ut suprà dictum est, de processu remissoriali.

62 Quibus expletis, Judex processum clausum, & obsignatum ad Romanam Curiam transmittat cum literis missivis, in quibus significet, se literas compulsoriales recepisse, & ad earundem executionem juxta illarum formam, & tenorem processisse, & de omnibus alligatum, & inclusum processum transmittere.

63 Processu ad urbem transmisso citatur pars adversa coram A.C. ad videndum illum aperiri, & alia observantur, & fiunt juxta superius tradita de processu remissoriali.

Observationes.

A 64 DE citatione ad videndum jurare testes, quæ omnino requiritur, satis dictum est suprà in cap. præcedente sub lit. B.

65 Illud addi potest, quòd quando sunt expediendæ literæ missivæ ad partes, si citatur in Curia ad videndum jurare testes, erit hæc utilis cautela, & durabit hujusmodi citatio toto tempore remissoriæ præfixo, *Rota decis. 175. num. 4. & decis. 284. num. 3. p. 2. recent.* & etiam si pars non fuerit denuò in partibus citata coram Judice delegato, vel coram testium receptore, ad videndum jurare testes, erit sufficiens dicta citatio executa, & reproducta coram Judice delegante, *Seraph. dec. 1010. n. 3. Rotæ dec.*

dec.686.n.4.par.1.recent. Andr.dec.41, n.6. Cavaler.dec.575.n.5. in quibus aliæ decisiones cumulantur.

66 Quòd si citatio, ad videndum iurare testes, sit facta pro certo tempore præfixo, & examen factum fuerit post terminum, pro quo durabat citatio, sive illa fuerit executa coram Judice delegante, sive coram delegato, sive testium receptore, examen est nullum tanquam factum sine citatione ad videndum iurare testes, *Gregor.dec.*

67 *453,n.2.* prout etiam, si † non solùm testes deposuerunt, sed etiam iurârunt extra terminum, examen eodem defectu laborat, ut tradit idem

68 *Greg.dec.429.n.5.* Verùm si testes † iurârunt in dicto termino, pro quo durabat citatio ad videndum illos iurare, sustinetur examen; licèt fuerit factum extra terminum, quia attenditur tempus præstiti iuramenti, non autem examinis, *Gravat. ad Vestr.lib.6.c.2.n.59. Salust.Tiber.lib.3, cap.7,n.49.Rota dec.3.de test.in nov. Veraldec.285, num.3.par.3.Rot.dec.393.n.6.p.1.recent. Greg.dec. 327,n.6,& seq. & ibi Beltram.num.17.* Quilibet

69 † igitur, dum citat ad videndum decerni literas missivas, seu remissoriales, citet unico contextu, etiam ad videndum iurare testes, ut toto tempore in remissoria præfixo iurare possint. Etenim citatio ad videndum iurare testes, licet sine die, sustinetur tamen toto tempore remissoriæ durante ex praxi, de qua testatur *Rota dec.557.n. 8.par.4.recent.* ne si fortè pars ad id coram Judice remissoriali amplius non citaretur, examen nullius esset momenti, vel si magis placet, utatur secundâ formulâ, suprà positâ, in qua citatur ad videndum iurare testes, toto termino probatorio durante.

B In tribunali A.C. & aliis extra Rotam solent

70 loco literarum remissorialium concedi literæ missivæ, quæ habent in omnibus eandem vim, & efficaciam, nec adest alia differentia, nisi quòd literæ remissoriales (quas pariter A.C. concedere potest, sicut etiam compulsoriales generales, & speciales eius arbitrio, *Paul.V. constit.28. Eximiè, §.ac literas quastuns,*) scribuntur in pergameno, literæ vero missivæ in papiro, & hæ cum solito sumptu iuliorum duodecim expediuntur, juxta reformationem *sanct.mem. Pauli V. const.71.universi in taxa Notariorum A.C.*

71 Sed hoc non procedit in Rota, in qua literæ missivæ concedi non solent, sed tantùm remissoriales, quæ scribuntur in pergameno, & fit Rotulus, cuius palmus linearum triginta, linea verò syllabarum decem, & octo, esse debet, *Paul. V.de const.71.Universi agri, sub tit.de Not. trib.urb. §.literas remiss.* cum sumptu Juliorum septem cum dimidio pro quolibet palmo, *Paul.V.d.constit.71.in Taxa Notariorum Rota.*

72 Est autem remissoria facultas probandi, extra locum Judicii, rem in Judicio deductam, à Judice litigatoribus concessa, ut ait *Severol. de remiss.c.1.n.2.* vel est dilatio ad probandum extra Curiam, in qua fuit causa introducta, ut per *Boccac.de remiss. c.1.n.1.* & dicitur remissoria

73 † quia per illam litigatores eò, ut plurimum ad probandum remitti solent, unde ab initio fuerunt revocati, *Severol. de remiss.d.c.1,n.3.*

74 Fit autem remissio à Judice dupliciter, vel quoad totum negotium, vel quoad probationem tantùm faciendam, primo casu Judex, qui remittit, non remanet Judex, secundo verò remanet, & post modicum, causa in omnibus coram eo revertitur, *Severol.de remiss.d.c.1.n.1.*

75 Remissoria, seu literæ missivæ loco remissorialium, sunt ab A.C. concedendæ cum competenti termino ad probandum, etiam in causis executivis, & quando agitur vigore obligationis Cameralis, si reus producit articulos, & illos petat, ad probandum novam conventionem, seu solutionem in partibus factam, admitti, *Salust. Tib.in prax.lib.1.c.31.n.5.*

76 Sed hoc non procedit in obligationibus mercatorum Romanæ Curiæ cum Curialibus, in quibus fuit conventum, ut infra certum terminum fieret solutio in partibus, & de ea infra eumdem terminum certioraretur creditor in Curia, aliàs solutio fieret in urbe, nam tunc non conceditur remissoria, etiam si solutio in partibus facta allegaretur, ut per eumdem *Salust. Tib. d.li.1.c.31.n.5.*

77 Cæterùm an, & quando sit concedenda remissoria, fuit in Rota sæpè disputatum, ut patet ex infinitis decisionibus desuper emanatis, ad quas in facti contingentia poterit unusquisque recurrere.

78 Concedebatur remissoria ante Innocentium VIII. à Summo Pontifice sub plumbo, *Rota dec. 33. aliàs 372.de test. in antiq. & dec.4, aliàs 76. de test.in nov.* & etiam sine plumbo cum solo sigillo auditoris, si hoc erat ei in commissione concessum, *Rota decis.36. aliàs 738, de test.in antiq. & dec.28.aliàs 738,de Jud.in antiq.*

79 Innocentius verò VIII. in eius *constit.10. Fidem litibus, secund. antiq. impress.* quæ vulgò Innocentiana nuncupatur, & Pius Quartus *constit.83, in Trono secund.antiq.impress.* dederunt Auditoribus Rotæ facultatem concedendi literas remissoriales, absque alia Summi Pontificis commissione, *Boccac.de remiss.cap.1,n.3,& c.2 n.2.*

80 Huius remissoriæ virtute, non solùm potest Judex remissorialis examinare testes, sed etiam responsiones ad positiones, & confessiones recipere, & partes ad id compellere, *Vestr.lib.6.cap.*

81 *ult.n.9.* & si remissoria, & simul compulsoria fuerint obtentæ, & expeditæ, ut sæpè contingit, etiã Instrumenta, & Jura recipere, & alia facere, juxta facultates sibi in eis concessas *Vestr. d.c. ult.n.9.*

82 Regula constitui potest universalis, quod in omnibus causis concedenda est remissoria, si materia, super qua illa petitur, est relevans, *l.de die §.jubetur,ubi Ang.num.2. ff.de statud.cog. Boccac.de remiss.c.4.n.1.& seq.Mohed.dec.5.de probat. in fin.Cass.d.dec.3,de dilat.Verall dec.59, & dec.66, & decis.68,par.3. Cas.de Graff.dec.1, num.5, & dec.2.de dilat. Rota dec.102,num.1, par.1, & decis. 647,nu.3.par.1,divers.lib.3, & in Fesulana Prioratus 30 Martii 1612.coram bon.mem.Innoc.X. Greg. dec.191, num.1. & seq. & decis.403.num.3. Andr.*

83 *dec.38,num.1,* prout quando petitur ex justa causa, & necessaria, *l.Judices,in princ.vers.si hoc perspexerit,& in fin.vers.& hoc si justè, ubi Bald.num.1,*

in

in quinto not. & Salic. in princ. ibi item nota, quòd hæc, & *Castren. num. 3, C. de fid. instrum. Cas. de Grass. decis. 1, num. 9, & seq. de dilat.* & quando cessat omnis suspicio calumniæ, *Verall. d. decis. 59, num. 1, p. 3, Cassad. d. decis. 3, num. 1, & seq. de dilat.*

84 Et procedit, etiam datâ revelantiâ unius tantùm articuli, ut concedatur super omnibus, *Cassad. dec. 5. num. 9, de seq. poss. & fruct. Mantic. dec. 312, num. 2, Seraph. dec. 1364, num. 3. Rot. decis. 977, num. 1, p. 1, dec. 661, n. 4. p. 2. dec. 43, n. 1, par. 5, & dec. 177, nu. 1, & dec. 315. num. 1. par. 6 recent. & in Neapolitana Pecuniaria 3 Julii 1645. coram* R. P. D. *Rojas Gregor. decis. 124, num. 3. & dec. 403, nu. 7. Buratt. decis. 246, num. 10.* & ibi *Ferentill. lit. A.* alias plures decisiones cumulat, *& decis. 273, nu. 8. & decis. 392, num 5, & decis. 701, num. 3, & dec. 824 num. 1. Cavaler. dec. 59, num. 1, & dec. 232, num. 1. & dec. 289, n. 2. Andr. dec. 38, n. 5,* ubi de stylo Rotæ testatur.

85 Et in prophanis, datâ relevantiâ, conceditur in qualibet instantia, etiam sine fumo, *Boccac. de remiss. cap. 4, num. 7. Caputaq. dec. 68. p. 3. Mantic. decis. 374, num. 2. Rota dec. 315, num. 3. p. 5. & decis. 266, num. 1. par. 6. recent. Greg. dec. 174, n. 2, & dec. 403, n. 3.*

86 Et facilius in prima instantia, quia durum est, quòd causa in prima instantia discutiatur in Curia, & tollatur facultas probandi in partibus, *Greg. dec. 403, n. 4. Buratt. dec. 821, n. 1, & 2.*

87 Et multò magis in tertia instantia, ne probationes coangustentur, *Cavaler. dec. 289. n. 4.*

88 Et etiam in judicio restitutionis in integrum, *Verall. dec. 67. n. 1. p. 3. Cavaler. dec. 170, n. 2. & dec. 425, n. 3, & dec. 469, n. 1.* in quibus aliis decisionibus cumulat.

89 Primò tamen principalis conclusio superius firmata non procedit in beneficialibus, in quibus de stylo Rotæ non conceditur, nisi dato fumo de bono jure, *Boccac. de remiss. cap. 3. num. 23, & cap. 4, num. 3. Seraph. dec. 555. n. 4. Rota dec. 661 n. 1. in fin. p. 2, rec. Coccin. dec. 165, num. 6. & decis. 246, n. 1, Greg. dec. 562, n. 4. Buratt. dec. 23, n. 4, &*

90 *dec. 28, n. 4.* nec † datur in prima, nec in secunda instantia, nisi facta obligatione de stando unicæ, & apposito sequestro, *Severol. de remiss. cap. 17 n. 1. Boccac. de remiss. cap. 4, num. 9. Caputaq. decis. 56, & dec. 57. p. 3. Puteus dec. 42. & dec. 54, n. 3. lib. 2. Seraph. dec. 555. num. 3. Rota dec. 919. par. 3. diverse. lib. 3. & dec 134. n. 1. & dec. 661. nu. 1. p. 2. rec. Coccin. dec. 165. n. 5. & dec. 246. nu. 3. Cavaler. dec.*

91 *271. n. 1.* non † possidenti verò non datur, nisi renunciet sequestro, si fuerit ad ejus favorem lata sententia, *Severol. de remiss. cap. 17. n. 1. Rot. decis. 919. par. 3. diverse. lib. 3.*

92 Sed benè conceditur remissoria in beneficialibus in tertia instantia, *Puteus dec. 54. nu. 3. lib. 1. Seraph. d. dec. 555. num. 3. Rota dec. 43. n. 4. par. 5. recent. Buratt. dec. 28. n. 1.* & commissa causa, appellatione remota, *Buratt. dec. 24. n. 10. & dec. 816 n. 4.*

93 Cæterùm si testes sint senes, & valetudinarii pro nominatis in Curia tantum, non pro aliis datur remissoria, etiam in prima instantia in beneficialibus, absque aliqua obligatione, & fumo, & hoc ratione periculi mortis, ne probationes pereant, sine tamen retardatione processus, *Put. dec. 305. lib. 2.* etiam † non obstante

94 pendentia causæ Attentatorum, *Boccac. de remiss.*

95 *c ap. 4. nu. 11. & n. 12.* Causa autem beneficialis dicitur illa, in qua agitur de titulo beneficii in re, vel ad rem, tam in petitorio, quàm in possessorio; Causa verò prophana, ad effectum obtinendi remissoriam, dicitur quælibet alia, in qua de titulo beneficii, ut suprà, non agatur, *Gloss. in Clem. 2. in verbo Beneficiis,* & ibi *Card. n. 16. & seq. de stud. Severol. de remiss. cap. 17. num. 2. & seq. Gonzal. ad reg. 8. in prohem. §. 2. num. 65. Gregor dec. 403*

96 *num. 2. Beltram. ad eund. dec. 174. num. 7.* ubi † quòd id procedit, etiam si causa fuerit spiritualis, & fori Ecclesiastici, & quòd ideò si agatur de unione perpetua beneficiorum, causa dicitur prophana, *Severol. de remiss. d. cap. 18. num. 3. Bellamer. dec. 617. Gonzal. dic. §. 2, num. 67. Seraph. dec. 1315, num. 9. & seq.* ubi secùs dicitur in unione ad vitam, & sic temporali, *Gregor. dec. 562, num. 2,* & ibi *Beltramin. lit. A. Cavaler. dec. 472. num. 4.*

97 prout † etiam causa decimarum dicitur prophana, ad effectum remissoriæ, *Severol. d. cap. 17. num. 3.* ubi idem tradit etiam de pensione Ecclesiastica, *Put. decis. 324, in fin. lib. 2. in correct. Rota dec. 677, num. 1. par. 1. recent. Greg. dec. 174, num. 1*

98 & causa Jurispatronatus ad dictum effectum pariter dicitur causa prophana, *Achill. dec. 11. de Jurepatr. Cas. de Grass. dec. 1, num. 9, de dilat.* quod procedit, si de eo principaliter agatur, secùs si principaliter agitur de titulo beneficii inter provisos, seu præsentatos, & incidenter de Jure patronatus, quia tunc respectu dicti tituli, causa non esset ad dictum effectum censenda prophana, sed beneficialis, *Seraph. dec. 555. num. 3. & decis. 990, num. 3. Beltramin. ad Gregor. decis. 174, n. 7.*

99 Quando verò respectu unius agitur de titulo, non autem ex parte alterius, jus metimur ex parte actoris, *l. 1, §. Is qui, ff. si pars hæred. petat. Bellamer. d. dec. 617. Seraph. d. dec. 990, num. 4.* ubi quòd id vulgatum est in Rota, *Beltram. ad Greg. dec. 174, n. 7. vers. in hac autem materia, Rota in Fesulana Prioratus 30 Martii 1612. coram bon, mem. Innocentio X.*

100 Fumum autem sufficientem præbent testes nulliter examinati, *Boccac. de remiss. cap. 4, num. 3,* ubi de stylo Rotæ testatur, *Farinac. de test. qu. 77, cap. 1, num. 32, in fin. Rota dec. 661, num. 1. par. 2. & dec. 315, num. 3. par. 5. recent. Greg. dec. 163. n. 1. & ibi Beltramin. num. 19. & dec. 562, nu. 4. & ibi Beltram. n. 6. Buratt. dec. 68, n. 3. & ibi Ferentill. lit. B.*

101 *n. 5. & dec. 824. n. 8.* Dummodo conveniant, & dictus fumus non sit extinctus ex aliis testibus ex adverso eodem modo examinatis, *Buratt. dec.*

102 *273, n. 3. & seq.* Et testes de publica voce, & fama, seu fides Notarii, seu confessio, licèt tanquam erronea revocata, pariter dant fumum, ut per *Boccac. d. c. 4. n. 3,*

103 Secundò, principalis conclusio superius firmata non procedit, quando quis vellet probare per testes id, quod potest probari per Scripturas; nam tunc remissoria non conceditur, *Severol. de remiss. c. 9. num. 4. Aegid. Bellamer. dec. 9.* ubi de stylo Rotæ, & Curiæ testatur, *Rota decis. 17. de test. in nov. & decis. 304, num. 4. & decis. 694, n. 3, par. 3. recent.*

recent. Cavaler. decis. 87, n. 1. Buratt. decis. 829, n. 4. & decis. 877. n. 3.

104 Sed si in articulis est aliquid relevans, quod in scripturis non contineatur, benè ad id probandum conceditur remissoria, *l. fin. C. de fideic. Rota dec. 46. de test. in antiq. & dec. 17. de test. in nov. & decis. 304. num. 4. & dec. 694, num. 3, par. 3, recent. Cavaler. decis. 271, num. 5. Andr. decis. 38. n. 3.*

105 Prout etiam quando articulatur combustio Archivii, *Rota dec. 718, num. 4. par. 4. recent. Cavaler. dec. 368, num. 2. Ferentill. ad Buratt. decis. 180. n. 12.*

106 Quinimò datur aliquando remissoria, etiam ad probandum id, quod continebatur in scripturis, *Cas. de Gras. dec. 1, num. 11. de dilat. Cavaler. dec. 271, num. 5. Ferentill. ad Buratt. dec. 180, n. 12, in fin.* ubi quòd hoc procedit, cessante suspicione calumniæ, quo casu Rota non solet coangustare probationes, *& ad dec. 587, n. 8. Beltramin. ad Greg. dec. 253, n. 3*, ubi alios cumulat, & in fin. subdit, quòd, cessante calumnia, conceditur remissoria, etiam ad probandum per testes, quod potest probari per scripturas, quia cùm probatio possit fieri etiam per testes, non debet coangustari ad scripturas.

107 Licèt autem regulariter non detur remissoria ad probandum, quod potest per instrumenta probari, benè tamen conceditur ad probandum, & recognoscendum signa, & sigilla Notariorum in instrumentis apposita, & contenta, *Severol. de remiss. c. 10, n. 5. Boccac. de remiss. c. 4. nu. 21. Rota dec. 6, de probat. in nov. Caputaq. dec. 59, n. 2, par 3. Salust. Tib. in prax. lib. 3, c. 7. n. 45.*

108 Tertiò non procedit, quando remissoria petitur ad probandum per testes contrarium eius, quod constat ex scripturis, *Bellamer. decis. 9. Seraph. dec. 1460, num. 3. Rota decis. 135. n. 3, & dec. 384, n. 2, par. 4. & dec. 319. n. 18, par. 6. recent. Buratt. decis. 351, n. 1, & decis. 864, n. 1. Duran. dec. 453. n. 6.*

109 Quartò non procedit ad impediendam immissionem ex testamento, vigore *legis fin. C. de edict. div. Adrian. toll. Seraph. dec. 1364, num. 1, Rota decis. 212, num. 7, & dec. 424, num. 3, p. 1. & decis. 306, num. 3. p. 6. recent. Cavaler. decis. 208, num. 3,*

110 *Gregor. dec. 367. n. 1. & ibi Beltramin. n. 3.* quia † ad impediendam immissionem non admittuntur exceptiones, nisi probatæ, vel incontinenti probandæ, *DD. in l. fin. C. de edict. div. Adrian. toll. Rot. d. dec. 212. n. 7. p. 1. recent.*

111 Quintò non procedit in calculo ferendæ sententiæ, quia tunc censetur calumniosè petita remissoria, *Greg. dec. 356, n. 85*, sicut quando petitur in ultimis audientiis, ex eadem præsumpta calumnia, denegatur, quasi petita ad differendam causæ expeditionem, *l. Non ignorat, ubi Bald, in prin. C. de fruct. & lit. exp. Bellamer. dec. 427 Rot. dec. 424. n. 4 p. 1. & dec. 693. n. 3 p. 3. recent. Seraph. dec. 1450, num. 1. Andr. dec. 38, n. 6.* ubi quod secùs est, quando causa non est in termino expeditionis.

112 Sextò non procedit, quando agitur de probando factum supra centum annos, *Seraph. dec.*

113 *1450, n. 2. Rot. dec. 271, n. 7. p. 5. rec.* quia cùm quis præsumatur tantùm vivere usque ad centum annos, *l. fin. C. de sacrosanct. Eccl. c. in præsentia de sponsal. Alc. de præsumpt. reg. 1. præsump. 44, num. 1. Gabr. de præsumpt. concl. 16, num. 1.* ubi de communi non est verisimile testes reperiri, *Beltram. ad Greg. dec. 298, num. 12. Rot. dec. 266. num. 17. & seq. pag. 6. recent.*

114 Septimò non procedit, quando petitur remissoria ad probandum id, quod probatum non relevat, *l. ad probationem, C. de probat. Mohed. dec. 5. aliàs 199. n. 6. de prob. Verall. decis 66. p. 3. Cassad. dec. 2. de dilat. Greg. dec. 584, n 3. Rota dec. 589. n. 1. p. 1, & decis. 111. n. 8. p. 6. recent.*

115 Octavò non procedit, quando adest vehemens, & probabilis suspicio calumniæ, *Ægid. decis. 625. in fin. Mantic. dec. 61. n. 5. & dec. 312. n. 9. Buratt. dec. 55 5. n. 9. & n. 11. & dec. 824. n. 9. Rot. in Firmana pensionis 12 Maii 1642. coram R. P. D. Bichio.*

116 Sed si petens remissoriam dat aliquem fumum per exclusionem suspicionis conceditur remissoria, *Rota dec. 693. n. 4. par. 3. recent. Gregor. decis. 414. n. 2. & seq. & ibi Beltram. num. 13. & ad*

117 *dec. 81. n. 6. in fin.* ubi † quòd relevantia excludit calumniam, *Ferentill. ad Buratt. dec. 23. lit. A. n 13. in fin.*

118 Nonò non procedit in locis vicinis, quia testes possunt conduci ad urbem, vel destinari Notarius ad locum, in quo testes degunt, *Boccac. de remiss. c. 3. nu. 41.* ubi dat cautelam in beneficialibus, ut fiat commissio Auditori Rotæ directa, cum facultate destinandi Notarium ad loca vicina, in quib.is testes morantur, sed si testes essent debiles, senes, mulieres impediti, illustres, vel similes, non essent ad urbem evocandi, *Cap. si quis testium de test. Boccac. de remissoria, cap. 12, num. 4.* A.C. verò hujusmodi commissione non egeret; nam posset præmissa facere vigore suarum ordinariarum facultatum, non tamen in beneficialibus, in quibus jurisdictionem non habet, ex allegatis suprà *cap. 1. lit. E. vers. Non habet*, nisi in casibus ibidem exceptuatis.

119 Decimò non procedit, quando causa fuit per plures instantias agitata in partibus, & pars super materia, de qua agitur, testes examinare non curavit; nam remissoria tunc censetur calumniosè petita, & non conceditur, *Castren. in l. de die, §. Tutor, num. 7 ff. qui satisd. cogan. Gravat. ad Vestr. in prax. lib. 6. c. ult. n. 23. Salust. Tib. lib.*

120 *3. c. 7. n 48.* ubi † quòd nec etiam datur remissoria ei, qui fuit negligens in examinandis testibus in Curia, si illi postea recesserunt ab ea, *Boccac. de remiss. cap. 3. n. 32. Verall. dec. 63, n. 1. p. 3. Duran. decis. 462. n. 2.*

121 Sed si ille, qui petit remissoriam, obtinuerat sententiam favorabilem in partibus, non egebat remissoria, & sic cessat negligentia, & per consequens calumniæ timor, prout etiam si detur fumus, quòd materia articulata sit vera, conceditur remissoria utroque casu, prout utramque limitationem in sacro Palatio practicatam ab antiquo fuisse, testatur *Duran. dec. 462, n. 4. & n. 5. & seq.*

122 Undecimò non procedit, quando publicato processu, & didicitis testificatis, dantur articuli, qui licèt appareant primo aspectu novi in cortice

tice verborum, tamen in effectu, & rei veritate, continent easdem materias cum primis, vel directo contrarias, nam tunc remissoria adhuc denegatur, latè *Greg.dec.497.num.2. & seq.* ubi, quòd id signanter procedit post discussa dicta testium, & resolutiones factas, quo casu præsertim cavendum est, ne super eisdem, vel directo contrariis concedatur novum examen, *Buratt. dec.163.n.3. & ibi Ferentill.lit.C. Rota dec.266.n.14 p.6.recent.*

124 Sed non publicato processu, nec didicitis testificatis, benè conceditur remissoria, etiam super eisdem, *Buratt.dec.314.n.4.*

125 Quinimò, & publicato processu, & didicitis testificatis datur, si articuli continent materias in substantia diversas à primis. *Greg.dec.191.num.3.*

126 *Buratt.dec.392.n.2.* prout etiam † super eisdem, si articuli contineant magis specificè id ; quod fuerat anteà confusè articulatum, *Rota dec.183. num.2. & seq.p.4. & dec.266.num.13.par.6.recent. Cavaler.466.num.3. Buratt.dec.814.num.3.* & novissimè fuit decisum *in Faventinâ beneficii 27 Iun. 1627 1644.coram R.P.D.Cerro,* & ad effectum examinandi testes nulliter examinatos vigore primæ remissoriæ : quia tunc cessat timor subornationis, *Boccac.de remiss.cap.4.num.36. Rota dec.11.de prob.in nov. & dec.13.de test.in nov. Cavaler.decis. 425.n.2.*

128 Duodecimò non procedit in executivis, *Coccin.dec.122.n.3.* sed si detur magnus fumus, vel damnum, aliàs esset irreparabile, conceditur remissoria, etiam in executivis, prout de fumo tradit *Seraph.dec.298.n.13. Rota dec.276.n.12.p.9.rec.* & de damno irreparabili, *Coccin.dec.122.n.3. & Rota d.dec.276.n.13.p.6.recent.*

129 Concessio autem remissoriæ, & retardatio processus plurimum ab arbitrio Judicis dependet, *Severol.de remiss.c.17.num.9.in fin. & cap. 18,num.1. & 3. & cap.27.n.2.in fin. Boccac.de remiss.c.6.n.18. Mantica dec.312.n.20. Rota dec.134: n.2.p.2.recent.*

130 Et in dubio potius est concedenda, quàm deneganda, *Buratt.dec.656.n.5.* etiam ad partes minus longinquas, prout de stylo Rotæ testatur *Buratt.d.dec.314.n.2*

131 Illa verò concessa, ejus termino pendente impeditur processus ad ulteriora, *l.3. C.de dilat. Severol.de remiss.c.27.n.1. Boccac.de remiss.c.6.nu.18. Salust.Tib.in prax.lib.3.c.7.n.39. ante fin; & n.44. Rot.dec.334.n.3.p.3.rec.*

132 Sed hoc non procedit, quando fuit concessa contra Instrumentum Guarantigiatum, cum clausula, sine retardatione processus, *Buratt.dec. 246.n.11. & ibi Ferentill.lit.A,* vel sine præjuditio processus executivi, aut alterius, de quo agitur; nam tunc Judex potest procedere ad ulteriora, illa non obstante, *Severol.de remiss.cap.27. num.2. Paleott.dec.718.par.3. diversi.lib.3. Rotâ dec.282.num.3.par.1.& dec.234. num.5.par.5.recent.*

133 Solet autem signanter concedi cum dicta clausula, quando articuli sunt irrelevantes, vel de calumnia suspecti, *Boccac.de remiss.cap.4.n.46 Rota dec.581.n.3.* ubi etiam, quod ita in similibus

134 Rota consuevit, *par.1,recent.* Sed si datur fumus, ex quo calumnia excluditur, conceditur remissoria cum retardatione, *Cassad.dec.2. & dec.3.de dilat.* cum aliis allegatis suprà *in octava fallentia, vers.sed si Petrus.* Quãdo verò causa est discussa in

135 prima instantia, si remissoria petatur, solet dari uni sententia, & alteri remissoria, *Boccac. de remiss.cap.4.num.47. Rota dec.322 par.3.divers.lib. 3.* prout commissa causa appellatione remotâ ; quando Breve est justificatum, datur uni remissoria, & alteri immissio, *Rota in Ulisbonen. beneficii 4 Julii 1618. coram sanct. mem.Innoc.X.* quo

136 casu Auditor Rotæ Judex commissarius solet prius ferre sententiam, ne illius prolatio impediatur à remissoriæ expeditione, & deinde idem Auditor, non uti Judex commissarius, cùm jam sit functus officio suo, sed tanquàm unus ex Au-

137 ditoribus Rotæ † remissoriam concedit : & cum Rota sit unicum tribunal, quod unus ex eis fecit, omnes fecisse dicuntur, *Greg.dec.369.n. 1. & ibi Beltram.lit.A.* aliàs decisiones cumulat, ex quibus dicta decisio Gregor. canonizatur, cum aliis allegatis suprà *cap.7.lit.M. vers. Clerici Camera.*

138 Posset etiam Auditor ante sententiam concedere remissoriam cum clausula, sine retardatione, quo casu posset nihilominus ferre sententiam, ut per *Severol. de remiss.d.c.27.nu.2.Seraph: decis.1292.n.3.* cum aliis suprà allegatis.

139 Remissoria autem semel concessa, non solet regulariter iterum concedi, sed hoc non procedit stante justa causa, *Sarnen.decis.83, lib.1. Pur. dec.4. de dilat. Boccac.de remiss.cap.3.num.27. Rota decis.348.num.8.par.1.recent. Buratt.dec.816. num.1. & in d. Faventina beneficii 27 Junii 1644. coram R.P.D. Cerro.* In † causa verò

140 beneficiali pariter bis remissoria non conceditur, nisi adsit justa causa, vel illam petens consentiat relaxationi sequestri, *Boccac.de remiss.d.c.3.nu.5. & seqq.*

141 Et erit justa causa, si testes fuerint de novo reperti, *Buratt.dec.816.num.1.in fin.* vel si ille, qui habuit primam remissoriam, fuit legitimè impeditus in illius executione, *Boccac.d. cap.3.n. 27. & seq.* præsertim, si vigore primæ testes non fuerunt examinati, *Rota d.dec.348.num.8.par.1. recent.*

142 Et tenetur petens remissoriam facere expensas examinis, etiam quoad interrogatoria adverso data, aliàs si interrogatoria omittantur, ex eo, quia petens remissoriam nolit solvere mercedem pro examine juxta interrogatoria, examen est nullum, *Cavaler.decis.254 num.2. & seq.* nec repetitio testium nulliter examinatorum deberet fieri, nisi sumptibus uti volentis repetitione, *Boccac.de remiss.d. c.9.n.29.*

143 Non omitto, quòd forma in remissoria tradita est ad unguem servanda, aliàs examen, illâ non servatâ, remanet nullum defectu jurisdictionis, *Cavaler.decis.154.num.1. & 2. & dec.410: n.5. Greg.dec.1.n.1. & dec.518.n.2. Buratt.dec.118. n.18.*

C Terminus ad probandum in literis remissorialibus, seu missivis, est duorum mensium, &

144 unius mensis ad reprobandum testium personas, & aliàs, habitâ ratione distantiæ loci, ma-

jor,

jor, vel minor dilatio arbitrio Judicis concedi solet, *Severol. de remiss. c.24. n.4. Boccac. de remiss. c.7.n.4. Salust. Tib. in prax. lib.3.c.7.n.39.* & non ratò solet A.C. concedere tempus unius mensis ad probandum, & quindecim dierum ad reprobandum, si loci distantia id desideret.

145 Et licèt regulariter reprobatio sit de jure permissa, *Cap. præsentium de test. l. si quis testibus, C. de test.* In causis tamen executivis, seu summariis, in quibus non requiritur plena probatio, ut per *Aret. in c. Veniens il 2. col. 9. vers. & quia hic, Innoc. de test. Marant. de ord. jud. p. 9. principali, act. 13. de repul. test. num. 19.* vel non videtur necessaria concessio dilationis ad reprobandum, *Salust. Tiber. lib. 3. cap. 7 num. 39.* vel non videtur concedenda, *Marant. de ord. jud. par. 4. princ. dist. 9. num. 63. & dicta par. 6. principali, act. 13. de repul. test. num. 19, Gravat. ad Vestr. lib. 5. cap. ult. n. 36.*

146 Sed hoc non procedit, quando idem non esset posteà discutiendum, vel præjudicium non esset reparabile in judicio ordinario, *Roman. king. 388. & ibi Adden. Covar. pract. quæst. cap. 17. num. 4. vers. 7. est in eadem, Capic. dec. 55. num. 5. Cels. ad Lanfranc. in prax. de depos. testium, num. 83 in verbo neutri, lit. B.* nec in casibus, in quibus non sufficit imperfecta probatio, *Aret. in d. c. Veniens, col. 9. vers. & per ea quæ dicta sunt,* quem cæteri supracitati allegando, & ad eum se remittendo, sequuntur *de test.*

147 Cæterum, si nullum tempus in remissoria fuerit præfixum, intelligitur præfixum prout de jure, quod est trium mensium, si remissoria concedatur in eadem provincia; sex mensium in provinciis continentibus, & novem mensium in transmarinis, *l. 1. & l. Nec de statu, C. de dilat. cap. fin. §. spatium 3. quæst. 3. Severol. de remiss. cap. 24, num. 2. Ægid. decis. 427. vers. Sed dicebant.*

148 Currit autem terminus præfixus à die consignationis literarum remissorialium portitori regulariter, *Boccac. de remiss. c. 7. n. 10. Salust. Tib. in prax. lib. 3. c. 7. n. 39. & c. 11. Buratt. dec. 501. n. 2.* & aliàs prout Judex, in hac materia ipsi arbitraria, currere statuerit, *Boccac. d. c. 7. n. 10.*

149 Cæterum in tribunali A.C. stylus hujusmodi modò fuit albus, modò niger; nam olim solebat d. terminus, sive actori, sive reo assignari à die consignationis literarum portitori decurrendus, deinde fuit ab ea praxi recessum, & cœpit Actori præfigi à die consignationis literarum Judici remissoriali in partibus faciendæ, reo verò à die decretarum literarum decurren. prout testatur *Salust. Tib. in prax. lib. 3. c. 11.*

150 Sed hodie non ratò solet, etiam reo, assignari à die præsentationis literarum Judici in partibus faciendæ decurren. & aliàs, prout Judex arbitratus fuerit.

151 Quòd si pars, quæ remissoriam obtinuit, fuerit ultra modum negligens in exhibendo literas hujusmodi coram Judice remissoriali, tunc poterit citari ad videndum sibi præfigi terminum ad probandum, & probatum habendum, vel ad videndum revocari dilationem, vel ad videndum, prævia revocatione dilationis, expediri mandatum, quibuscunque non obstantibus, juxta formulas superius traditas; nam Judex ex justis, & rationabilibus causis animum suum moventibus, potest terminum ad probandum, & probatum habendum, seu examinari faciendum præfigere, juxta trad. per *Gravat. ad Vestr. lib. 6. c. 2. n. 60. & seq.*

152 Si tamen testes examinandi degerent extra forum, in quo exequitur remissoria in partibus longinquis, tunc ad eas terminus hujusmodi ad examinari faciendum non extenderetur, quia impossibilitas examinandi infra terminum præfixum (si illa existeret) excusaret, juxta trad. per *Papien. in form. prod. Instr. §. in termino, num. 3. ubi Adden. in verbo terminus,* subdunt † quòd, quando terminus antè dictus præfigitur, testes regulariter non solùm debent jurare, sed etiam examinari infra terminum, *Gravat. ad Vestr. d. lib. 6. c. 2. n. 60.*

153

154 Et non solùm Judex potest terminum ad probatum habendum præfigere, sed etiam dilationem ad probandum concessam revocare, *Vant. de null. defect. jurisd. ord. n. 159. Gravat. ad Vestr. lib. 5. c. 9. n. 3. Card. Tusc. in verbo Dilatione, concl. 441. n. 15. Cassad. dec. 19. n. 1. in fin. & n. 2. de appell. Rot. in Nucerina hæreditatis, 13 Novemb. 1595. coram bon. mem. Justo.* Revocatio † verò fieri debet ex justa causa, *Jo. Andr. in Addit. ad Specul. de dilat. §. 1. num. 23. circa fin. in verbo spatium, Socin. reg. 93. limit. 18. Gravat. ad Vestr. lib. 5. c. 9. num. 3. Cassad. d. decis. 9. num. 1. in fin. & num. 2.* ubi causa erat, ne liberetur biennium, & ob id si Judex viderdilationem petitam esse calumniosam, potest illam juridicè revocare, & ad expeditionem causæ procedere, *Socin. d. reg 93. limit. 13. Gabr. de dilat. conclus. 1, num. 23. Salust. Tiber. d. lib. 3. cap. 11. in fin.*

155

156 Debet autem revocatio esse expressa, nec censeretur per sententiam aliàs revocata, nisi sententia esset Rotalis, *Rot in d. Nucerine hæreditatis 13 Novemb. 1595. coram bon. mem. Justo.*

157 Si verò in termino ad probandum in remissoria assignato, quis non poterit eius incumbentia probare, poterit ei ex justa causa concedi prorogatio, *Severol. de remiss. c. 25. num. 1. Salust. Tib. d. lib. 3. c. 7. n. 39.* ubi quòd A.C. primò termino ad probandum elapso, solet etiam novum terminum ex causa concedere, parte tamen ad id semper citata ad *l. de unoquoque ff. de re jud.*

158 Et potest ex causa terminus semel, vel pluries prorogari, *Severol. de remiss. c. 25. n. 2. Boccac. de remiss. c. 7. num. 11.* ubi quòd cessante calumnia, id est Judici arbitrarium, & ita observari testatur: sed in Curia parte contradicente, non conceditur tertia profogatio, nisi impetrato rescripto à Summo Pontifice, & causa cognita parte citata, *Severol. de remiss. d. c. 25. n. 2. & n. 6.* ubi de hujusmodi observantia testatur.

159 Cæterùm Judex remissorialis ab A.C. deputatus, stantibus illis verbis in literis missivis contentis, videlicet *cum facultatibus opportunis,* potest in termino sibi assignato cogere testes ad subjiciendum se examini, eosque gravare, nec non committere Notario examen, & receptionem juramentorum, & alia facere, quæ idem A.C. seu ejus locumtenens facere circa examen posset; non tamen terminum, ut suprà, præfixum

exa-

examini prorogare, & ita obſervat praxis.

D Interrogatoria, quando teſtes ſunt exami-
160 nandi in partibus, poſſunt dari in Curia, vel in partibus coram Judice remiſſoriali ad libitum, ſed in cauſis gravioribus cautius videtur, illa in Curia exhibere, ne poſteà coram Judice remiſſoriali ſuper illorum admiſſione aliqua (uti aliquando evenire ſoler) oriatur difficultas, prout hoc caſu dari in Curia, conſulit *Severol.de remiſſ. c.29,n.3.*

161 Producens interrogatoria proteſtatur ſemper coram Judice remiſſoriali, examinari teſtes primò juxta illa, & non examinari ſine, ſed obſervari formam in literis remiſſorialibus traditam, aliàs de nullitate: nam hoc caſu, ſi teſtes non fuerint examinati ſuper omnibus interrogatoriis,examen erit nullum, defectu jurisdictionis, *Boccac.de remiſſ. c.8.n.8.* & † erit neceſſe illos repetere cum nova remiſſoria, ſumptibus petentis,quod fieri poteſt hoc caſu,etiam publicato proceſſu, *Boccac.de remiſſ. cap.9.num.28. & ſeq.*

163 Poteſt tamen Judex,coram quo interrogatoria fuerunt exhibita,ſi videt aliqua ſuperflua, captioſa,& impertinentia, reſecare, *Felyn.in cap. per tuas,n.2,verſ.conſiderant,de teſt.* quem ſequitur *Boccac.de remiſſ.c.6,n.24.* & etiam tacitè omittere, *Felyn.in d.cap.per tuas,n.2,verſ.ſecundus quando, Ruin.conſ.35.n.4.verſic. non obſtat etiam lib.4.Boccac.de remiſſ.d.c.6.n.24, & n.32.* Judex,
E conceſſis literis remiſſorialibus,ſeu miſſivis loco
164 illarum, ad docendum de ſolutione, ſeu nova conventione in partibus facta,debet ſuperſedere pendente termino conveniente dato ratione diſtantiæ loci,ut tradit *Saluſt.Tib.in prax.lib.1.c.3*
165 *n.6.* & † eò magis quando datur fumus, quia tunc etiam in executivis admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, et quæ incontinenti probari non poſſunt,*Seraph.dec.298. n.3.*

F In citatione ad videndum mandari collatio-
166 nari proceſſum,poſſent omitti illa verba, *necnon dictæ collationi intereſſendum,quatenus &c.* quæ recenſet *Veſtr lib.6.c.ult.n.7. & ſeq.* ubi tradit formulam proceſſus fabricandi coram Judice remiſſoriali; nam cùm hodie Judices delegantes in eorum literis remiſſorialibus,ſeu miſſivis, apponant illa verba, *dicta teſtium cum toto proceſſu nemini patefacta,aut oſtenſa,tuo obſignata ſigillo; clauſa quamprimum ad nos perferenda cures,* ut ſuprà in formula literarum miſſivarum apparet; non videtur pars intereſſe poſſe collationi,cùm ſit obſervanda forma in remiſſoria tradita,& ob id ſuperfluum,& fruſtratorium videtur, partem adverſam ad intereſſendum collationi citare, quidquid dixerit *Veſtr.d.cap.ult.num.10. verſ. At ubi deniq;, & poſt eum Saluſt.Tiber. lib.3.cap.7.n. 47.& ſeq.*

G Licèt pro Inſtrumentis, & juribus produceni-
167 dis remiſſoria non concedatur, ut ſuprà, *ſub lit. B.in 2.fallentia* deductum fuit, datur nihilominus pro illorum exhibitione dilatio, cum facultate compellendi illa penes ſe detinentes, ad exhibendum,quæ facultas, vulgò compulſoria appellatur,*Severol.de remiſſ.c.10.n.4.Boccac.de remiſſ. cap.3.num.6.& ſeq.Veſtr.in prax.lib.6.c.1.n.11.verſic. Quòd ſi quis.*

168 Compulſoria autem eſt duplex, videlicet generalis,& ſpecialis,*Veſtr.in prax.lib.6.cap.1.nu.12. Saluſt.Tiber.lib.3.cap.7.num.43.& ſeq. Severol.de remiſſ.d.cap.10.num.4. Boccac.de remiſſ. d.c.3.n.3. & ſeq.*

169 Compulſoria generalis,quæ pro omnibus & ſingulis ſcripturis ad cauſam facientibus extrahendis conceditur,ut per *Veſtr.lib.6.c.1. n.12,* ejus formula ponit *Saluſt.Tib.in prax.lib.4 fol.445* parte non citata paſſim concedi ſoler, *Rota dec. 42.de prob.in antiq.*

170 Sed hodie obſervatur,quòd,parte adhuc non citata in cauſa, conceditur compulſoria ſine citatione,ſed poſt citationem executam,licèt concedatur in quacunque parte judicii,tamen quicquid dicat *Veſtr.*non conceditur ſine partis citatione,& ita etiam obſervari in Curia A.C. teſtatur *Saluſt.Tiber.in prax. lib.3.c.7.n.42. & ſeq.*
171 & † hæc non retardat proceſſum ad ulteriora in cauſa.*Veſtr d.lib.6.cap.1.num.12.Saluſt. Tiber.d.*
172 *lib.3.cap.7.n 44. Duran.dec. 376, n.7.* Et † conceditur etiam pendente termino remiſſoriæ,*Put.*
173 *dec.160.lib.1.* & † ubicunque tendit, non ad retardationem; ſed ad exceptionem cauſæ *Put.d.*
174 *dec.160,& dec.362,lib.1.*& ob id in hoc caſu non eſt locus regulæ, *l.ſive pars, C. de dilat.*quòd pendente termino, Judicis officium conquieſcat, *Saluſt.Tiber.d.lib.3.c.7. n.39. Put d.dec.160.* ubi
175 quod *d.l. ſive pars* procedit † in pronunciatione, quinimò conceditur etiam tempore feriarum, & etiam ſi cauſa ſit commiſſaria, diebus tamen juridicis, *Saluſt.Tiber.d.cap.7.num.44. Rota dec. 758.in fin.par 3.diverſ.lib.3.*

176 Conceſsâ autem compulſoriâ, parte citatâ in Curia, Jurà extracta probant, etiam parte non citata in partibus, *Rota dec.43. de prob. in antiq.* Cautius tamen eſt, ut etiam in partibus citetur, ut ſubdit Rota ibidem.

177 Sed ſi conceſſa eſt,parte non citata in Curia, jura non ſunt in forma probanti, niſi citetur pars in illius executione, *Rota dec.4. de fide inſtr. in antiq.*

178 Compulſoria verò ſpecialis; quæ datur pro certa ſpeciali ſcriptura extrahenda, & exhibenda, *Veſtr.d.lib.6.cap.1,num.12. Duran.d.dec.376, num.1.* cujus formulam tradit *Saluſt. Tiber. in*
179 *prax.lib.4.fol.448.* non † ita de facili concedi-tur,& niſi parte citata,& dato judicio, ſeu fumo ſufficiente de revelantia, pro excluſione ſuſpicionis calumniæ,*Veſtr.d.lib.6.cap.1. num.12. Saluſt.Tiber.d.lib.3.cap.7.num.44. Duran.d.dec.376, n.3.*

180 Fumus autem ſufficiens videtur dari, ſi exhibeatur coram Judice copia ſcripturæ, de qua agitur,de cujus relevantia appareat, *Veſtr.d.lib.6. cap.1.num.12. Duran.d.deciſ.376, num.1. & ſeq.*
181 *Buratt.deciſ.555,num.1.* Nam compulſoria ſpecialis,& remiſſoria æquiparantur, *Veſtr.d.cap.1. n.12. & ſeq. Buratt. d.deciſ.555.num.5.* & ideò compulſoria ſpecialis retardat proceſſum, & expeditionem cauſæ, ſicut remiſſoria, *Saluſt. Ti-*
182 *ber.d.lib.3.cap.7.num.44.* ubi † quod in compulſoria ſpeciali præfigitur terminus,& dantur prorogationes, ſicut in remiſſoria, *Veſtr.d.lib.6. cap.1,num.12.Duran.d.deciſ.376.num.7. ad fin.*

183 Quinimò etiam compulsoria secunda conceditur, quando jura vigore primæ fuerunt nul-
184 liter extracta, *Buratt.d.dec.555.n.12.* & † cùm in concessione compulsoriæ, ut plurimum agatur de dilatione, plurimum intrat arbitrium Judicis, *Gloss.in cap. Præterea, in verbo plenè, de dilat. Vestr.d.lib.6 c.1.n.13.vers. & eum quæstio.*

185 Videtur autem calumniosè peti remissoria, quando jura extrahenda sunt nulla, vel quis vigore compulsoriæ generalis nihil extraxit, ut per *Boccac.de remiss. cap.3. num.7.* prout quando quis potest vigore compulsoriæ generalis Jura extrahere, & petit specialem, *Duran. d.dec.376. n.7.*

186 Est autem necessaria compulsoria pro extrahendo transumpto, seu copia Instrumenti, seu alicujus scripturæ originalis; nam transumptum seu copia non probat, nisi vigore compulsoriæ à suo originali, servatis servandis, extrahatur, *l si scripturam, de fid.instrum. Bald.in Auth. si quis in aliquo, num.1. & ibi alii tradunt, C.de eden.Roman. con.336.num.2. Vestr.in prax.lib.6.cap.1. num 11. vers.quòd si quis, Rota decis.36. de probat. in antiq. Put.dec.159.n.4.lib.1.& dec.422. vers. & fuit dictum lib.3.*

187 Sed hoc primò non procedit in Notario rogato de Instrumento, quia copia ab illo extracta probat absque alia compulsoria, *Bart. in Auth.si quis in aliquo, n.3.C.de eden. Abb.in cap. Albericus, n. 5. vers.& in hoc, de test. Felyn.in cap.fin. num.5. & num.7.de fid.instrum. Rot.dec.4.de fid.instrum.in antiq.& dec.1.n.1.de fid.instr.in nov. & in Perusina beneficiorum 4 Decemb.1619.coram bon.mem.Remboldo.*

188 Secundò non procedit in transumpto facto à Notario successore in officio, *Bart. in l. si quis ex Argentariis 6 in §.1.sub num 3. vers.sed per hanc, ff. de eden. Dec.in Auth.si quis in aliquo, n.26. C. de eden. Guid. Pap. dec.118. in prin. Verall.dec.244.n. 3.par.2. Rot.dec.389.num.1.par.1.recent. & dec.107. num.2.post cons.crimin. Farinac.lib.2 & in Anconitana de Fanellis 21 Maii 1618. coram bon.mem. Ubaldo, Cavaler.dec.351.n.3.& decis.518. num.5. in fin.*

189 Tertiò non procedit in transumpto facto ab Archivista de scripturis archivii, *Rota decis.27. num.1.& dec.245.num.2.par.2.recent. & in Perusina beneficiorum 4 Decembr. 1619. coram bon. mem.Remboldo, Cavaler.dec.351, num.1.* & credi-
190 tur † archivistæ, vel successori in officio attestanti se esse talem, *Rota d.dec.27.n.1.& dec.145.n.3. par.2.recent.*

191 Quartò non procedit in transumpto facto ab habente facultatem transumptandi Instrumenta Notarii mortui, *Verall.dec.351 num.2.& seq.par.2. Rota in Anconitana, de Fanellis 21 Maii 1618.coram bon.mem.Ubaldo,* dummodo habeat huiusmodi licentiam, & facultatem ab habente jurisdictionem, & potestatem illam concedendi, *Put.decis.159.num.1.lib.1.* prout de habente facultatem à statuto tradit *Seraph. decis. 1236. n.2.*

192 Quintò non procedit in transumpto facto auctoritate Judicis ordinarii ante motam litem, parte citata, *Cap.fin. & ibi DD. & præcipui Felyn.num.6. & seq.* ubi multipliciter limitat, & declarat, *de fid.instrum.Gabr.de citat. concl.1.num. 136.* secùs parte non citata, *Put.decis 4 de fid. instrum.* prout etiam secùs lite pendente; nam tunc est necessaria compulsoria, *Rota dec.75.n.6. & seq.par.4.recent.*

193 Sextò non procedit in sumpto ex registro supplicationum, *Bellen.de char. subsid.q.113.nu.9. fol.166. Rebuff.in prax.in 3.par.Signat.in verbo, datum apud, n.5.fol.1280. Crescen.de.is.2.de fid.instr. Adden.ad Rot.dec.28.de prob in antiq. Put.dec.231. lib.3. & dec.24. de fid instrum. Rota dec.219.n.4. par.3.divers.lib.3.* & quod, juxta modernum stylum Curiæ sumptum ex registro supplicationū probet in Curia tradit *Mandos. super reg. de non judic.juxta form.suppl.to.2.q.6.n.4. Duran,decis. 265.n.2.*

194 Contrarium, quod sumptum ex registro supplicationum non probet, tradit *Staphil. de litt. Grat.vers.conceduntur autem fol.140 Bellen.de charit.subsid.quæst.113.n.6. Rota dec. 28. d.prob. in antiq.& dec.10.de fid.instr.in antiq. Bellamer.dec.257 Rota dec.407.n.3.p.1 rec. Duran.dec.765.n.14. & seqq.*

195 Concordat has opiniones distinguendo; nam aut agitur ad effectum regulæ de non judicando juxta formam supplicationis, & procedit secunda opinio negativa, quòd sumptum non probet; cùm enim in hoc casu non probet supplicatio originalis, ergo nec sumptum ex ea quomodocumque extractum probabit. Aut agitur, semotâ d.regulâ de non judicando juxta formam supplicationis, & tunc procedit prima opinio affirmativa, quod sumptum probet sicut originale, *Mandos.super d.reg. de non judic.juxta form.supp.to.2.quæst.6.num.2. fol.47. Rebuff. in prax.ubi suprà,n.2.& n.5.* & sic aut sumus in casu, in quo non probat supplicatio originalis, vel in quo sumptum discordat ab originali, aut literæ non sunt expeditæ, & tunc sumptum non probat; aut in aliis casibus, & tunc sumptum probat quoad omnes effectus, etiam canonizationis gratiæ, juxta modernum stylum Curiæ, ut dictas decisiones omnes concordandum post alios declarat *Duran.d.dec.265.n.14.& seqq.*

196 Septimò non procedit in sumpto ex registro Bullarum, quod probat in Curia, *Staphil. de lit. grat.& just.vers utrum autem.fol.143. Mandos.super d.reg.27.de non judic.to.2.q.6.n.3. & seq. Rotæ dec.28.de prob.in antiq. & dec.10.de fid.instr. in antiq.Verall.dec.321.p.3.Rot.in Perusina beneficiorum 4.Decemb.1619 coram bon.mem.Remboldo, Duran. decis.265.n.3.* & de transumpto ex registro Apostolico, quod facit fidem, tradit etiam *Buratt. ratt.dec.337.n.30.*

197 Octavò non procedit in sumpto ex aliquo processu legitimè confecto, quia ad effectum Jurium probat, *Verall.decis 351. num.5. & seq. par. 2. Rot. in Perusina beneficiorum 4. Decembris 1619. coram. bon. mem. Remboldo.* Nam quando Jura sunt ante litem benè extracta, habet locum Innocentiana, *Verall. decis. 101. num. 3. par. 2.* Quæ signanter procedit, quoties Jura sunt etiam recognita, & non dubitatur de veritate, & fide registratorum,

ut

ut tunc illius vigore sit adhibenda fides juribus regiſtratis, etiam in proceſſu de partibus, *Verall. deciſ. 351. n. 5. p. 2. Rot. in Lucen portionis 22. Ian. 1604. coram bo. me. Card. Millino.*

198 Cæterum jura extracta ex proceſſu inter alios fabricato in alia cauſa, lite pendente, non probant vigore innocentiæ, quia innocentia non loquitur lite pendente *Verall. deciſ. 101. in num. 4. lib. 2.* ubi quod alias ita fuit deciſum *in Tiraſonen. Canonicatus coram Domino Achille.*

199 Nonò non procedit, quando in termino productionis, citata parte ad dicendum contra, non fuerunt ſaltem oppoſita generalia contra, *Verall. deciſ. 234. n. 2. p. 3. put. deciſ. 159. n. 2. lib. 1. & deciſ. 4. de fid. inſtr. cum aliis allegatis ſupra hac eadem p. 1. c. 2. lit. V.*

200 Decimò non procedit concurrentibus adminiculis, nam tunc probat etiam ſcriptura informis, *l. inſtrumenta, C. de probat. Verall. deciſ. 234. n. 2 lib. 1. Ricc. deciſ. 198. n. 2. verſ. & multo magis par. 1. put. deciſ. 210. n. 7. & deciſ. 336 n. 4. & ſeq. & deciſ. 359. lib. 2. Seraph. deciſ. 1192. n. 2. Rot. deciſ. 543. in prin. par. 4. diverſ. & deciſ. 389. n. 3. p. 1. recent. & in Baren. juris patronatus 27. Ianuarij 1645. coram R. P. D. Peutingero, Cavaler deciſ. 79. n. 2. & deciſ. 142. n. 1. & n. 4.*

201 Undecimo non procedit ſtante obſervantia, quæ dat robur ſcripturæ, etiam informi, *l. 1. & 2. & l. ſi veritas, C. de fideic. Bart. inter conſ. Bald. conſ. 400. n. 5. verſ. non obſtat l. 3. Aymon. conſ. 65. n. 11. & conſ. 101. n. 4. Ricc, doc. 198. n. 3. p. 1. Seraph. deciſ. 1192. n. 2. & deciſ. 1232 n. 4. Rot. deciſ. 543. p. 4. diverſ & deciſ. 482. n. 3. p. 1. & deciſ 18. n. 1. p. 2. recent. Coccin. deciſ. 128. n. 7. Cavaler, deciſ. 122. n. 4. & ſeq. Buratt. dec. 243. n. 6. Rot in Aſculana juriſp tronatus 24. Febr. 1616, coram bo. me. Card. Veroſpio, & in Baren. juriſpatronatus, 27. Ianuarij 1645. coram R. P. D. Peutingero, & ſæpius in aliis.*

202 Duodecimò non procedit, ſtante antiquitate ſcripturæ ſupra centum annos, quæ antiquitas ſupplet defectum ſcripturæ informis. *Rub. Alex. conſ. 10. n. 8. & ſeq. Dec. conſ. 36. n. 2. & n. 6 Covar.* qui alios cumulat *pract. quæſt. c. 21. n. 7.* Scriptu-
203 ris † enim antiquis indubitata lux veritatis aſſiſtit, ut inquit *Bald.* quem ſequitur *Greg. deciſ.*
204 434. n. 9. & † ſcriptura antiqua de facili judicatur authentica, *Cavaler dec. 122. n. 3.*

Nec relevat, quod ſola data non probet an-
205 tiquitatem, *Put. dec. 186. lib. 3.* Quia procedit quando antiquitas deducitur ex ſola data ſcripturæ, ſed quando antiquitas eſt conjuncta cum aliquibus aliis adminiculis, tunc data probat antiquitatem, *Put. dec. 449. lib 1. & deciſ. 186. lib. 3. idem Put. deciſ. 9. de fid. inſtr.* cum aliis cumulatis per *Beltramin. ad Gregor. deciſ. 393. num. 5. late Ferentill. ad Buratt. deciſ. 290. num. 12. lit.*
206 C. ubi † quod pro adminiculo deſervit, ſi inſtrumentum oſtendatur judici, & ex ſui facie appareat antiquum, & legale, necnon forma characteris antiqui, & impolita latinitas; deſumitur etiam adminiculum ex re inter alios acta
207 juxta *deciſ. Put.* quem † ſequitur *Buratt. deciſ.*
208 243. n. 5. quinimo † ſi oſtenditur judici originale, quod in ſui facie, ex oculari inſpectione tunc ſubjecta judici appareat antiquum, & legale, ſola data probat, eo caſu, antiquitatem, *Beltramin. ad Greg. deciſ. 393. n. 5. in fin. Ferentill. ad Buratt. deciſ. 290. n. 12. lit. B. verſ. probat tamen antiquitatem ſola data.*

H Non poteſt judex compulſor de ſtylo curiæ
209 recuſari, *Verall. dec. 168. n. 3. par. 1.* niſi † ex cauſa ardua, *Verall. dec. 238. n. 3. par. 1.* & tunc requiritur mandatum ſpeciale ad allegandum, ſuſpectum *Verall. d. deciſ. 168. n. 1.* cum aliis allega-
210 tis ſupra *c. 7. lit. P. verſ. ad allegandum*, & ſi in † recuſatione appelletur ab ulteriori proceſſu, & procedatur nihilominus ad ulteriora, omnia inde ſecuta ſunt nulla, & attentata *Verall dec. 172. n. 1. p. 1. Rot. in Romana prætenſi fideicommiſſi de Strozzis, 17. Februarij 1645. coram R. P. D. Cerro.*

I Litteræ compulſoriales debent in partibus
211 ab eo, qui inſtat pro illarum executione, judici compulſoriali coram Notario, & teſtibus præſentari, *Veſtr. in Prax. lib. 6. c. 1. n. 14.* ubi tradit formulam proceſſus conficiendi coram judice compulſoriali.

L Debet equidem is, contra quem fuit petita,
212 & obtenta compulſoria citari coram judice compulſore perſonaliter, aut domi, dimiſſa copia, non autem ad valvas, *Duran. deciſ. 32. n. 11.*

213 Sed hoc non procedit, quando compulſor habet expreſsè inſertum in facultatibus à judice delegante, ut poſſit citare etiam ad valvas,
214 *Duran. d. dec. 32. n. 12.* Et † ideo inolevit praxis citandi coram delegante ad conſtituendum (vel ſubſtituendum, ſi citatur Procurator) in partibus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, alias videndum mandari procedi per affixionem ad valvas, juxta tradita per *Veſtr. in prax. lib. 6. c. 1. n. 13.* & inſerendi in literis dictam facultatem, juxta tradita per eundem *Veſtr. d. l. b. 6. c. 1. n. 14. Duran. dec. 32. n. 12.*

215 Sed in hoc plenius videtur diſtinguendum, nam aut in literis compulſorialibus inſerta eſt facultas citandi ad valvas, parte citata coram judice delegante ad conſtituendum in partibus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, prout quotidie fieri ſolet; & tunc factis diligentiis, in loco, in quo exequenda eſt compulſoria, de reperiendo perſonam principalis, aut ejus Procuratoris, primò per unum, & deinde per duos Nuntios, juxta ſuperius tradita *ſub cap. 4.* nemine reperto, judex decernet proceſſum domi, dimiſſa copia, *Clem cauſam de elect. Veſtr. lib. 6. c. 1. n. 14. Burat. dec. 606. n. 9.* Quod ſi citandus non habeat ibi domicilium, tunc factis diligentiis, ut ſupra, etiam de domicilio reperiendo, judex decernet proceſſum per affixionem ad valvas, juxta facultates ſibi in dictis literis præſcriptas, *Veſtr. d. lib. 6. c. 1. n. 14. Duran. d. deciſ. 32. n. 12.*

216 Aut in literis compulſorialibus non eſt inſerta facultas citandi, ut ſupra, ad valvas, & tunc aut pars fuit citata coram judice delegante ad conſtituendum in partibus procuratorem reperibilem, & acceptantem, & poſt judicium inchoatum pars citata ſe abſentavit, &

factis diligentiis, ut supra, de reperiendo adversario, & ejus procuratore in loco, in quo est exequenda Compulsoria, nemine reperto, judex pariter mandabit citari adversarium domi dimissa copia juxta *text. in c. si adversarius de eo qui mitt. in poss. Rot. dec. 1. n. 4. de fid. inst. in nov. Burat. dec. 606. n. 9.* si ibi domicilium non habet, decernet processum generaliter per edictum, *cap. fin. de dol. & cont. Rot. d. dec. 1. n. 4. vers. poteſt, & vers. quibus rationibus*, ubi de observantia Rotæ testatur, *de fin. instr. in no. Vestr. d. lib. 6. c. 1. n. 14.* ubi loquitur de processu compulsoriali, *& cap. ult. n. 7.* ubi loquitur de processu remissoriali, *Mohed. decis. 8. alias 334. de fid. instrum.* Aut pars non est citata, nec judicium inchoatum, & tunc, aut citandus est subditus judicis citantis ratione domicilii, & factis diligentiis, ut supra, de reperiendo ejus personam, & illius procuratoris, judex, nemine reperto, decernet citari domi dimissa copia, vel si domum habet in remotis, per edictum in valvis Ecclesiæ majoris loci, in quo est exequenda compulsoria, affigendum *clem. causam, de elect. Mohed. dec. 8.* 217 *alias 334. de fid. instru.* aut citandus † non est subditus citantis ratione domicili, & tunc debet judex decernere citationem ad locum, in quo citandus habet domicilium, si tutus pateat accessus, & si factis diligentiis, ibidem nec ipse, nec ejus Procurator reperiatur, citatio erit exequenda domi dimissa copia, vel si domus sit in remotis per affixionem ad valvas Ecclesiæ majoris illius loci, *Clem. causam, de elect. Mohed. d. dec. 8. alias 334. de fin. instrum. Rot. decis. 22. de rescript. in nov.* si verò ad locum, in quo citandus degit, tutus non pateat accessus, constito de non tuto accessu, vel si citandus non est certus, judex poterit procedere per edictum publicum, juxta *Text. in d. Clem. causam, de elect.* & juxta superius tradita, hac eadem *par. 1. c. 3. & cap. 4.*

218 Advertendum tamen est, quod delegatus ab A.C. in causa non commissaria, valide poterit citare domi dimissa copia juxta Stylum Tribu-
219 nalis A.C. de quo supra *cap. 2. litt.* C. Nam † delegatus rectè procedit juxta stylum delegantis *Ias. in l. & si Prator. n. 1. ff. de off. ejus, Puteus decis. 122. n. 1. lib. 1. in correct. Burat. decis. 170. n. 13. & decis. 606. n. 8.*

220 Parte autem non citata potest, judex compulsor tantum deputare Notarium, Nuntios, & locum Tribunalis, quia hoc non infert parti aliquod præjudicium, *Buratt. decis. 606. n. 1. & seq.*

M Debet judex compulsor jura compulsata di-
221 ligenter inspicere, & si ea in aliqua sui parte vitiata videt, exemplari mandare, ut fuit dictum in *Anconitana, seu Auximana florum*, *apud Burat. decis. 290. n. 1.*

222 Sed si Notarius attestetur, jura fuisse exhibita coram judice, præsumitur pro judice compulsore, quod rite, & rectè processerit, ut in terminis respondendo ad *d. decis. Burat.* in qua aderat defectus exhibitionis jurium coram judice (quam quidem exhibitionem requirit *text. in cap. fin. de fid. instrum*) declaravit, *Rot. decis. 76. n. 7. cum pluribus seq. par. 6. recent.*

N Instrumentum, ex quo eliget transumptum
223 vigore compulsoriæ, debet esse originale, nam transumptum transumpti, seu copia copiæ non probat, *Verall. dec. 234. n. 1. par. 1. Put. decis. 159. n. 4. lib. 1. & decis. 422. & dec. 423. lib. 3. Seraph. decis. 425. n. 1. latè Ferentill. ad Burat. d. decis. 290. n. 13. lit. D.* ubi, plura cumulando, probat, hoc procedere etiam si copia, seu primum transumptum esset solemniter extractum.

Sed hoc primo non procedit in transumpto
224 antiquo, conservato in Archivio publico, & transumptato centum annis elapsis, *Put. dec. 20. de fid. instr.* cui † etiam adhibetur fides, quamvis
225 hoc casu non probetur, quod transumptans fuerit Notarius *Dec. cons. 36. n. 3. Put. d. decis. 20. de fid. instrum.*

Secundò non procedit parte non opponente
226 *Verall. decis. 234. n. 2. par. 3. Ricc. decis. 198. n. 1. & seq. p. 1.* cum aliis allegatis *supra lit. G. vers. 9. non procedit.*

Tertiò non procedit concurrentibus adminiculis, & conjecturis sufficientibus ad inducendum animum judicis ad illi credendum, quia
227 tunc, cum probationes sint arbitrariæ, etiam simplex hujusmodi scriptura informis probat *l. instrumenta domestica, C. de probat. Verall. decis. 234. n. 2. par. 1. Ricc. decis. 198. n. 2. versic. & eo magis, par. 1. Cavaler. decis. 79. n. 2. & seqq.* Et
228 eo magis, † si cum adminiculis concurrat etiam observantia, quæ dat robur scripturæ etiam informi, *Ricc. d. dec. 198. n. 3. p. 1.* qui loquitur in copia copiæ, cum aliis allegatis supra *lit. G, versic. 11 non procedit*, & ego obtinui in facto *in Cortonen. Capellæ, coram R. P. D. Proto per acta Archivij Romanæ curiæ de anno 1631.*

O Jura compulsata non solum debent, ut supra,
229 coram judice exhiberi, sed etiam debent recognosci, alias transumptum esset nullum, *Gonzal. ad reg. 8. Glos. 64 n. 12. Vestr. in prax. lib. 6. c. 1. n. 14. vers. his omnibus, Verall. dec. 4. n. 1. & dec. 5. n. 5. & seq. par. 3. Put. decis. 440. n. 3. lib. 2. Rot. in Lucen. portionis 17. Ianuarij 1604. coram bo. me. Card. Millino* ubi † quod de hoc potest opponi in
230 curia, etiam si non fuisset oppositum in partibus, *Buratt. decis. 290. n. 4. & seq.* ubi quod id signanter procedit parte opponente, & quod ideo inolevit praxis citandi partem, ad videndum jurare testes super jurium recognitione quatenus opus sit.

Sed hoc non procedit, in casibus, in quibus
231 recognitio non est necessaria, prout in antiquissimis, *Put. decis. 151. lib. 1. & decis. 12. de fid. instrum. Rot. decis. 27. n. 2. p. 2. recent.* cum aliis allegatis supra hac eadem *par. 1 c. 2. litera L.*

P Judex compulsor debet dare copiam com-
232 pulsoriæ sumptibus ejus, qui illam obtinuit, *Duran. decis. 6. num. 4. & seq. Ferentill. ad Burat. dec. 555. n. 17.* alias in copia fuisset petita, & non tradita, compulsatio esset nulla *Duran. d. decis. 6. n. 2. Ferentill. ad Buratt. d. decis. 555. n. 16.* nec antiquitas scripturæ quicquam relevaret ad supplendum defectum nullitatis compulsationis, *Duran. d. decis. 6. n. 14.*

Completo processu compulsoriali debet
233 transumptum, seu copia collationari cum suo originali, *Vestr. in prax. d. lib. 6. c. 1. n. 14. Burat. d. decis.*

dec. 606. n. 11. ac proindè cum solita legalitate ordinarii claudi, & sigillis obsignari, & a judice compulsoriali ad Romanam curiam transmitti *Vestr. d. lib. 6. cap. 1. n. 14.* prout idem tradit de processu remissoriali, *Iacob. Butr. in l. judices, C. de fid. instr. Vestr. d. lib. 6. c. ult. n. 10.*

SUMMARIUM CAP. XIII.

1 *Is, contra quem lata est sententia, habet remedium appellationis.*
2 *Appellatio est interponenda coram judice à quo, infra decem dies, à die latæ sententiæ, vel si citatio non fuit personalis, à die notitiæ.*
3 *Appellatio vivæ voce non potest interponi, nisi incontinenti.*
4 *Appellatio vivæ voce, & ejus formula.*
5 *Appellatio in scriptis, & ejus formula.*
6 *Iudex parti appellanti respondet de Apostolis, vel dat terminum juris, & quomodo.*
7 *Terminus juris appellanti datus à jud. quid sit.*
8 *In termino juris dato, redeundum est pro Apostolis, & judex debet de illis respondere, & quomodo.*
9 *Cedula appellationis à definitiva sententia, & ejus formula.*
10 *Ab interlocutoria vim definitivæ non habente, necesse est appellare in scriptis, & exponere causam gravaminis.*
11 *Cedula appellationis ab interlocutoria, & ejus formula.*
12 *Alia cedula appellationis ab interlocutoria, & ejus formula.*
13 *Cedula appellationis à gravamine, & ejus formula.*
14 *Appellatio à termino pro servato infra decem dies interponenda est, quando citatio fuit ad sententiam personaliter executa, & quare.*
15 *Interpositio appellationis à termino pro servato, & ejus formula, ac responsio judicis.*
16 *Cedula appellationis à termino pro servato, & quatenus contra, & ejus formula.*
17 *Appellatio sine cedula in executivis, & ejus formula, & responsio judicis.*
18 *Iudice non admittente appellationem, seu dante refutatorios, necesse est adire præfectum signaturæ pro supersessoria obtinenda.*
19 *Citatio, ad videndum mandari supersedere, coram præfecto signaturæ, & ejus formula, & processus*
20 *Vt causa in plena signatura discuti possit, quid agendum.*
21 *Citatio coram referendario ad dicendum causam, quare commissio proponi, & signari non debeat in signatura, & ejus formula, & processus extrajudicialis.*
22 *Die Martis ante signaturam ne esse est, informare præfectum, & votantes illius in voce, & in scriptis.*
23 *Potens debet in informatione facti ejus, qui adit signaturam, adnotare manu propria, proponam, alias causa non proponeretur.*
24 *Actor si ejus defectu, post intimationem executam causa non proponitur, tenetur refuere parti informanti scuta quatuor pro expensis.*
25 *Die Iovis fit signatura coram Emin. præfecto in qua commissiones signandæ signantur, non signandis rejectis.*
26 *Signaturam adire volens potest supersessoriam à præfecto obtinere, & quomodo.*
27 *Fides à ponente super propositione causæ facienda, & ejus formula.*
28 *Commissio in causa Rotali scut. 500. excedente, & ejus formula.*
29 *Commissio in causa non rotali ad scut. 500. non ascendente, & ejus formula.*
30 *Commissio cum narrativa in causa rotali, & ejus formula.*
31 *Commissio cum narrativa in causa non rotali, & ejus formula.*
32 *Commissio appellationis à gravamine, & ejus formula.*
33 *Commissio appellationis ab interlocutoria, & ejus formula.*
34 *Signatura quomodo rescribat in causis pecuniariis quæ in ea proponuntur.*
35 *Decreto nullo, vel injusto existente, signatura admittit appellationem, & quomodo referendarius signet hoc casu commissionem.*
36 *Primus revisor affert commissionem præfecto signaturæ, qui consignat, & quomodo.*
37 *Secundus revisor affert commissionem regenti cancellariæ qui eam signat & quomodo.*
38 *Magister cursorum fert commissionem ad Banchum cursorum ponit in ea diem, & adnotat in suo libro.*
39 *Pars quæ obtinuit rescriptum favorabile à signatura soluta mercede Mag. Cursorum, commissionem in Capsa judicis inferri, & à Notariis extrahi, & distribui curat.*
40 *Decreto justo & valido existente; signatura rescribit cum clausula,* sine præjudicio.
41 *Iustitia, & validitate decreti clara non existente signatura rescribit, cum clausula,* si quid exequendum, vel ad legitimam, *& sic aufert executionem judici à quo.*
42 *Clausula, cum quibus signatura rescribit, adduntur de ordine illius in corpore commissionis à referendario, & deinde commissio signata reponatur in capsa, & distribuitur.*
43 *Citatio ad dicendum contra commissionem in actis exhibitam, & ejus formula & processus.*
44 *Mensarius est Notarius causæ, donec alteri commissionem distribuat, & quomodo debeat pa citari in causis commissariis.*
45 *Causa appellabili existente, non est necesse adire plenam signaturam, & quomodo tunc appellationis commissio signetur, & à quibus.*
46 *Pars, quæ sententiam obtinuit, si timet commissionem transire sub Bancha, curet obtinere,* nihil transeat.
47 *Nihil transeat, & ejus formula.*
48 *Obtento,* nihil transeat, *commissio non potest expediri, nisi citata parte coram revisore.*
49 *Citatio coram Revisore ad dicendum causam quare commissio expediri non debeat, & ejus formula, & processus extrajudicialis.*
50 *Revisor in causis pecuniarus relaxat aliquando commissionem cum clausula, non tamen vigore obligationis camerales, aut alterius processus executivi, ita ut alias inhibitio non afficiat.*
51 *Commissionem obtinens à revisore cum clausula*

non

non tamen vigore oblig. Camer. aut processus executivi, ita ut &c. debet adire, Signaturam, ac si commissio esset rejecta, & quare.

52 Referendarius mandat aliquando, coram se citari partem, & quare.

53 Citatio coram referendario ad dicendum causam, quare commissio signari non debeat in camera, & ejus formula, & processus.

54 Commissio, exadverso extorta via ordinaria sine clausula potest scribi, uti præinserta, & reformari parte citata in plena signatura.

55 Commissio reformatoria præinserta, & ejus formula in signatura proponenda parte citata.

56 Pars, quæ in plena signatura reportavit rescriptum contrarium, non potest iterum audiri, nisi factis præinsertis, ac deposito scutorum quatuor pro expensis, & obtenta licentia abillius præfecto.

57 Commissio reformatoria secundo loco præinserta, & ejus formula.

58 Si pars, quæ fecit depositum obtinet in Signatura, illud recuperat, alias consignatur parti adversæ pro expensis.

59 A. C. post appellationem interpositam, antequam pars adeat Signaturam, aliquando audit, & reponit à decreto.

60 Decretum quoad partem transit in judicatum, secus quoad judicem; nisi sit lata sententia per cedulam, vel commissa causa appellationis.

61 Signatura aliquando mandat A. C. oretenus, ut reponat, vel iterum audiat, vel alium deputet prævia repositione à decreto.

62 Signatura potest adiri, obtenta supersessoria pro appellatione, vel repositione, vel alterius deputatione.

63 Commissio super deputatione alterius judicis in Signatura proponenda parte citata, & ejus formula.

64 Commissio pro repositione à decreto, & ejus formula.

65 Signatura mandante aliquid oretenus A. C. citanda est pars ad id coram eo.

66 Citatio coram A. C. met ad videndum reponi, & concordandum de alio judice, & ejus formula, & processus.

76 Citatio ad dandum listam confidentium, & ejus formula, & processus.

68 Citatio ad videndum reponi à quocunque decreto præjudiciali, juxta mentem signaturæ, & ejus formula & processus.

69 Si non constat de appellatione saltem legitima observantur quatuor termini ad docendum de illa.

70 Citationes quatuor ad docendum de appellatione & ejus legitima prosecutione, & illarum formulæ, & processus.

71 Servatis quatuor terminis, si pars non docet de appellatione, & ejus legitima prosecutione citatur ad videndum taxari expensas, vel in quarto termino, vel separatim.

72 Citatio ad videndum taxari expensas, & ejus formula, & processus.

73 Mandatum in prolatione Sententiæ non relaxatum, potest relaxari in executione illius.

74 Citatio ad docendum de appellatione quarto pro quarto, & videndum taxari expensas, & pro illis, & contentis in sententia relaxari mandatum, & ejus formula, & processus.

75 Citatio ad videndum taxari, & relaxari mandatum pro expensis continentibus summam appellabilem, debet fieri divisim à citatione ad videndum relaxari mandatum pro contentis in re judicata, quæ potest fieri etiam de per se post quartum terminum.

76 A. C. vigore suarum facultatum potest exequi sententias à se latas, etiam si sit judex commissarius, alij judices secus, nisi obtenta executoriali.

77 Commissio executorialis, & ejus formula, & rescriptum.

78 Sententia in secunda, & tertia instantia confirmata, quid addendum in executoriali, & quomodo signatura rescribat.

79 Sententia confirmatoria lata inter cives, & incolas, quid narretur in executoriali, & quomodo signatura rescribat.

80 Citatio ad dicendum contra commissionem, & ejus formula, & processus.

81 Citatio ad dicendum contra, & repetitio jurium facienda, si opus sit.

82 Citatio ad videndum sibi præfigi terminum ad docendum de appellatione, juxta formam commissionis & ejus formula, & processus.

83 Citatio ad videndum taxari expensas, & pro illis, & contentis in sententia relaxari mandatum, & ejus formula, & processus in causa commissaria.

84 Reproducta intimatione potest expediri mandatum pro contentis in sententia, sed non pro expensis continentibus summam appellabilem, nisi post decem dies, & quare.

85 Pars citata ad docendum de appellatione debet citare ad dicendum contra commissionem, vel commissionem non expedita, docere de diligentiis coram judice à quo.

86 Copia commissionis præsentatæ præfecto signaturæ, vel Cancellariæ Regenti, sufficit ad docendum de diligentiis, & excusat à desertione, si producatur coram judice à quo.

87 Protestatio fieri solita in productione præsentatæ in actis judicis à quo, & ejus formula.

88 Præsentata in actis exhibita, habet appellans terminum 30. dierum à die subscriptionis illius ad committendum causam appellationis.

89 Si infra terminum primæ præsentatæ commissio non potuit expediri, potest fieri alia præsentata, quo casu habet appellans alium terminum, donec in eo commissio expediatur, & judici præsentetur.

90 Actis coram judice commissario infra biennium non transportatis, obtinetur rescribi eidem à signatura, ut suam moderetur inhibitionem.

91 Commissio super moderatione inhibitionis ob non transportationem actorum infra biennium, & ejus formula, & rescriptum.

92 Commissione præsentata judici ad quem citanda est pars ad dicendum contra illam.

93 Citatio ad videndum sibi præfigi terminum ad transportandum acta, & ejus formula, & processus.

94 Citatio ad videndum moderari inhibitionem, & remitti causam, & ejus formula, & processus.

95 Actis

95 *Actis transportatis, quomodo pars citetur, remissivè.*

96 *Actis, in causa appellationis coram A.C. introductæ, non transportatis infra biennium, citatur pars coram eo, ad videndum moderari, absq; aliâ commissione.*

97 *Citatio coram A.C. ad videndum moderari inhibitionem, attento lapsu biennii, & eius formula, & processus.*

98 *Actis in termino præfixo coram A.C. non transportatis, inhibitio remanet moderata, illis verò transportatis, A.C. procedit in meritis causæ ad ulteriora.*

99 *In causis commissariis instante lapsu biennii, est obtinenda prorogatio fatalium.*

100 *Commissio prorogationis fatalium, & ejus formula, & rescriptum.*

101 *Commissio est exhibenda, citatâ parte ad dicendum contra.*

102 *Citatio ad videndum prorogari fatalia, & ejus formula, & processus.*

103 *Rota, si causa restitutionis in integrum in prima, vel alia commissione etiam sit ei commissa, audit super meritis, & bono jure, non obstante lapsu fatalium, & quadriennii.*

104 *A.C. transportatis actis in causa appellationis, & constito de bono jure, non attendit lapsum fatalium, aut quadriennii, ex praxi.*

105 *Termino juris, vel alio dato ad redeundum pro Apostolis, appellatus potest amputare protractionem litis.*

106 *Citatio ad videndum sibi responderi de Apostolis, & eius formula, & processus.*

107 *Si actum fuit vigore obligationis Cameralis, & Judex det terminum juris, potest appellatus parte citata jurare, ut Iudex det refutatorios juxta solutum.*

108 *De formulis cedularum, & commissionum appellationis in possessorius, & aliis causis, remissive.*

109 *Appellatio quid sit.*

110 *Appellationis remedium competit etiam de jure naturali.*

111 *Appellationis defensio, ut dixit Rota, non est deneganda, etiam diabolo, si esset in judicio.*

112 *Appellatio est de genere permissorum, & datur regulariter in omnibus causis; nisi reperiatur prohibita.*

113 *Casus sexaginta, in quibus appellatio prohibetur, & quis eos refert, & sequatur.*

114 *Sunt alii casus usq; ad centum viginti, in quibus appellatio prohibetur, & quis eos referat.*

115 *A decreto A.C. summam scutorum 20. monetæ non excedente, non datur appellatio.*

116 *Ubi appellatio non admittitur, statim fit executio, si mandatum fuit jam relaxatum, aliàs secùs, & n. 117.*

117 *Mandato non relaxato in sententia, non potest fieri executio, nisi denuò ad id citata parte de illo servatis servandis expedito.*

118 *Appellatio est interponenda infra decem dies.*

119 *Tempus decem dierum ad appellandum currit de momento ad momentum.*

120 *Momentum vigore Innocentianæ non attenditur in statu Ecclesiastico, sed sufficit appellare in qualibet parte ultimæ diei decendii.*

121 *Appellatio est interponenda infra decem dies à die sententiæ latæ, seu Decreti facti, etiam sub conditione, nisi, & quare.*

122 *A sententia excommunicationis latæ sub conditione, sufficit appellare infra decem dies à die existentis conditionis.*

123 *Præsens Decreto, seu sententiæ, vel citatus personaliter non appellat, nisi infra decem dies à die latæ sententiæ, vel facti Decreti.*

124 *Verus contumax regulariter non appellat, sed hoc non semper procedit.*

125 *Verus contumax in non veniendo, in Rota, & Curia, in statu Ecclesiastico potest appellare infra decem dies à die latæ sententiæ.*

126 *Verus contumax quis sit.*

127 *Contumax fictus potest appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ, & quis sit fictus contumax.*

128 *Citatus personaliter, qui procuratorem constituit, & deinde se absentavit; etiam si postea citetur per contradictas, non potest appellare, nisi à die latæ sententiæ.*

129 *Audiretur tamen isto casu per viam restitutionis in integrum.*

130 *Citatus domi dimissâ copiâ, si habuit notitiam citationis mediante intimatione, & de hoc constet in Actis, non potest appellare; nisi infra decem dies à die latæ sententiæ.*

131 *In intimatione facta authoritate Judicis, juxta stylum A.C. non est necesse inserere tenorem sententiæ, secùs si intimatio non est facta authoritate Judicis.*

132 *Appellatio est interponenda coram Judice.*

133 *Non sufficit dimittere cedulam appellationis in manibus Notarii.*

134 *Si Judicis præsentia haberi non potest, sufficit præsentare appellationem coram Notario, vel coram Judice ad quem, vel coram honestis viris.*

135 *Sufficit de stylo, quòd cedula appellationis adnotetur à Notario in actis sub illis verbis, coram D. meq, &c. dummodo infra legitima tempora à Notario legatur Judici.*

136 *A.C. de stylo admittit appellationem à sententiis de partibus, licèt illa non fuerit interposita coram Judice à quo, dummodo appelletur coram ipso A.C. & quare.*

137 *Appellatio viva voce sufficit, dummodo lata sententia incontinenti, Judice adhuc sedente, interponatur, dicendo, Appello.*

138 *Ab interlocut. necesse est appellare in scriptis, cum viva voce ab ea appellare non sit satis.*

139 *In appellatione ab interlocutoria viva voce emissa, superflua est clausula, salvo jure appellandi in scriptis.*

140 *Diligentia appellandi viva voce, potest aliquando prodesse, & aliquando obesse, ideò cautus debet esse appellantis patronus.*

141 *In Curia semper ferè solet appellatio interponi in scriptis, etiam à definitiva.*

142 *Appellat. viva voce emissa, cum clausula, salvo jure, tempus prosequendi, seu fatale videtur currere à die interpositionis illius, & quare.*

143 *Contrarium tenent plures.*

144 *Concorda primò, quòd aut prima appellatio est valida, & illa attenditur; aut prima est invalida, vel interposita ab interlocutoria, & tunc secùs.*

145 *Con-*

145 Concorda secundò, quòd aut in secunda appellatione non fuit deductum aliquid diversum à prima, & tunc attenditur prima, aliàs secùs.

146 Concorda tertiò, quòd aut sumus in terris Ecclesiæ, & ibi servatur Jus Canonicum, & tunc attendetur secunda opinio contra Bart. quæ est communis Canonistarum: aut in terris Imperii, & ibi servatur Jus civile, & tunc attenditur prima opinio Bart. communis Legistarum.

147 Opinio Bart. quòd fatale currat à die primæ appellationis viva voce emissæ cum clausula, salvo jure &c. ut Jas. testatur, est communis, tam Legistarum, quàm Canonistarum.

148 Si non constat, an appellans voluerit prosequi primâ vel secundam appellationem, cautius est in dubio supponere opinionem Bart. quòd Fatale currat à prima appellatione viva voce emissa, & quære.

149 Fatale videtur, secundùm aliquos, computandum à die secundæ appellationis, quia hoc est utilius appellanti ob interesse longioris vitæ appellationis.

150 Sed istud interesse, vel non adest, vel non est considerabile, & non attenditur.

151 Contrarium quòd in sententiâ, & appellatione attendatur interesse si adest defendit Jason.

152 Distingue, aut in sententia, & appellatione adest interesse pecuniarium, & illud attenditur: aut adest interesse longioris vitæ appellationis, & tunc secùs.

153 Cautela est, ne quis possit bis appellare, ut statim prima appellatione interposita, Judex respondeat de Apostolis dimissoriis, & sic abdicet à se jurisdictionem.

154 Apostoli quid sint, & ad quid appellanti concedantur à Judice à quo.

155 Apostoli unde dicti.

156 Judices de quibus Apostolis in Curia soleant, ut plurimum respondere.

157 Refutatorii Apostoli quando dari soleant, & quis sit illorum effectus.

158 Refutatorius datis, appellans habet annum, ex causa biennium, & per viam restitutionis in integrum triennium, ad causam appellationis committendam, & finiendam.

159 Reverentiales Apostoli in forma, quando dari soleant appellanti, quis sit illorum effectus, & unde dicti.

160 Reverentialibus in forma datis, habet appellans tempus, sive expresse, sive tacitè præfixum, decem dierum ad causam appellationis committendam.

161 Causa in termino decem dierum, post datos Reverentiales in forma, non commissa, appellatio remanet deserta.

162 Testimoniales Apostoli, quando dari soleant, quis sit illorum effectus, & cur ita dicti.

163 Testimonialibus datis, habet appellans terminum unius anni ad causam appellationis committendam.

164 Testimoniales Apostoli propriè dicuntur, quando quis ob Judicis absentiam appellat coram publicis, aut honestis viris, & Notarius de hac diligentia testatur, & fidem facit per publicum instrumentum.

165 Appellans, cui à Notario sunt dati testimoniales reverso Judice, non cogitur eum adire, aut Apostolos ab eo petere.

166 Judex etiamsi non vult appellationem admittere, nec denegare, potest dare testimoniales, quo casu appellatio censetur admissa, vel rejecta, prout de jure.

167 Apostolorum genera tria alia sunt, ultra prædicta, & quæ.

168 Dimissorii Apostoli qui sint, quem operentur effectum, & unde dicantur.

169 Reverentiales Apostoli, qui sint, unde dicantur, & in quibus differant Reverentiales simpliciter dati, à Reverentialibus datis cum illo adjuncto, in forma &c.

170 Verbum, in forma, in responsione Apostolorum Reverentialium quid significet.

171 Dimissorii, & Reverentiales Apostoli differunt, & in quibus, & quando dentur.

172 Conventionales Apostoli qui, & unde dicantur.

173 Terminus Juris quid sit, & quando dari soleat à Judice appellanti.

174 Terminus Juris currit à die appellationis interpositæ, tam Judici, quàm parti.

175 Apostoli infra terminum Juris sunt instanter, instantius, & instantissimè petendi, quod potest fieri, etiam unico contextu, dummodo expresse, & specialiter.

176 Apostoli sunt pars appellationis, & illorum petitio est de appellationis substantia.

177 Apostoli possunt dari à Judice, etiam non petiti, quo casu appellatio sustinetur, licèt, si non sint petiti illos dare non teneatur.

178 Quòd Judex dederit Apostolos, probatur ex admissione appellationis, & termini ad prosequendum præfixione.

179 Judice appellationi deferente, non est amplius necesse comparere coram eo, ad petendum Apostolos.

180 Apostoli dari debent in scriptis, sed in Romana Curia parum curat de hoc, & quare.

181 Apostolos petere sat est in termino Juris, hoc est triginta dierum à Judice dato.

182 Appellans, qui non redit pro Apostolis in termino Juris, censetur renunciasse appellationi, nec potest quis excusari, nisi constito de diligentiis factis.

183 Impedimentum non sufficit, quando quis, etiam eo cessante, fuit negligens.

184 Dato termino Juris simpliciter, non potest appellans redire pro Apostolis, nisi in fine termini, sed dato termino Iuris, & interim &c. potest redire quandocunque.

185 Causa appellationis in termino Iuris commissa non est necesse redire amplius pro Apostolis, dummodo fuerint aliquando antè petiti.

186 Appellans in Curia, petitis Apostolis, potest Judicem impetrare, etiam non expectata responsione de illis.

187 Jus defert appellationi à definitiva, & terminum statuit, etiam responsione de Apostolis non expectata.

188 In commissione solet apponi clausula, termino Juris &c. non obstante, ita quòd pro Apostolis redire non teneatur attento, quod à definitiva.

189 Clausula, termino Jur. &c. ita ut pro Apostolis redire non teneatur, non est de necessitate, quan-

do jus defert appellationi, sed ad cautelam apponenda.

190 Sufficit quod commissio in termino juris perveniat ad Banchum cursorum, licet non sit adhuc judici præsentata.

191 Rota aliquando rotat.

192 Iudex tenetur petenti de Apostolis respondere, alias posset puniri.

193 Iudice tacente, appellans non tenetur amplius redire pro Apostolis, & quare.

194 Iudex non respondens de Apostolis amittit jurisdict. & nulliter ad ulteriora procedit.

195 Appellatione interposita ab interlocutoria, & Apostolis non petitis, judex rite procedere potest ad ulteriora.

196 Appellatione ab interlocutoria interposita sine scriptis, seu frustratoria existente judex potest ad ulteriora procedere.

197 Iudex datis refutatoriis potest ad ulteriora in causa procedere.

198 Appell. à gravam. interposita judex à quo recuperat jurisdict. amissam, si Appell. succumbit, & judex ad quem causam ad eum remittat.

199 Processus factus à judice à quo pendente termino juris, an valeat, sunt opiniones diversæ.

200 Proceff. factus à judice à quo pendente termino juris est nullus, si fuit appell. à definitiva.

201 Dilatione pendente judicis officium conquiescit.

202 Processus factus à judice à quo postquam jud. ad quem inhibuit, est nullus, etiam si fuit appellatum à gravamine, vel interlocutoria.

203 Appellatione ipso jure nulla existente, processus factus à judice à quo etiam termino juris pendente, valet.

204 Proceff. factus à judice, à quo pendente termino juris, si appell. etiam ab interlocut. deinde obtinuit, est nullus, secus si app. succubuit.

205 Validitas processus facti à judice à quo, pendente termino juris, donec appellans ab interlocutoria obtineat, vel succumbat, pendet à futuro eventu.

206 Vt proceff. factus à judice à quo, pendente termino juris, valeat, quando fuit appellatum ante definitivam, cautela est, ut citetur appellans ad videndum sibi responderi de Apostolis.

207 In curia ab A.C. prout ab audit. Rotæ, & quolibet Papæ delegato, appellatur ad Papam.

208 A Vicario urbis, & ejus locumtenentibus, & à Vicegerente appellatur ad Papam.

209 A Gubernatore urbis, & ejus locumtenentibus appellatur ad Papam, si non agitur de interesse Fisci, alias ad cameram.

210 Papa pro faciliori supplicantium expeditione Signaturam gratiæ, & Signaturam justitiæ instituit, & utrique Cardinalem præfectum, ac prælatos, referendarios præfecit.

211 Papa olim in utraque Signatura manu propria rescribebat, sed postea à munere rescribendi de jure se revocavit, & vices suas Cardinali præfecto Signaturæ justitiæ concessit.

212 Rescripta Cardinalis præfecti Signaturæ justitiæ habent eandem virtutem, ac si essent à Papa manu propria exarata.

213 Cardinali præfecto dicenti placet D.N. PP. creditur, & factū ab eo censetur factum authoritate Papæ.

214 Card. præfecto signaturæ justitiæ dicenti, concessum in præsentia D. N. PP. creditur. quando commissio est signata per concessum.

215 Rota non solet revocare in dubium potestatem Signaturæ justitiæ, etiam si præcesserit commissio manu sanctissimi signata.

216 Signatura gratiæ, & signatura justitiæ fuerunt divisæ tempore Alexandri VI. nam ante diversimodè procedebatur.

217 In causis parvæ summæ signatura non rescribit, sed datur recursus à locumtenente Vicarij ad Vicesgerentem, & ab eo ad Vicarium.

218 In curia Gubernat. adest. jud. recursus ad quem datur recursus à sententia locumtenentis infra decem dies, & ab illo ad Gubernatorem.

219 A Camera, & illius Decano, & Clericu in plena camera tantum collegialiter jurisdictionem habentibus, datur appellatio ad cameram.

220 Causa semel effecta curialis nunquam committitur extra curiam.

221 Causa semel curial. effecta à solo papa non autem à Signatura, potest committi extra curiam.

222 Causa effecta curialis non definit esse curialis, nisi ex magna, & urgenti causa, potius facti, quam juris.

223 Causa semel Rotalis effecta nunquam definit esse Rotalis, sed causa appellationis à sententia unius committitur alteri auditori, qui diversos responsales habet.

224 Causa semel effecta cam. nunquam definit esse camer. sed causa appellationis à sententia unius committitur à camera alteri clerico.

225 A Cardinali camerario, Thesaurario, Præsidibus & cameralibus quibuscunque appellatur ad cameram.

226 A judicibus Ripæ, & Ripettæ ad Præsidem Riparum, & à Dohaneriis ad Præsidem Dohanarum, qui sine voto cameræ causam expediunt, datur appellatio.

227 A judicibus Marescialli, & Soldani Vrbis appellatur ad A.C. & ad Gubernatorem Vrbis.

228 A judice Fabricæ S. Petri semel ad Congregationem Fabricæ appellatur.

229 A judice Burgi, & judicibus Romanæ curiæ (Vicario, Gubernatore, & Senatore exceptis) appellatur ad A.C.

230 A Cardinali camerario, & camera non appellatur ad A.C.

231 A Thesaurario, Præsidentibus, & aliis cameralibus non appellatur ad A.C. & quare.

232 Appellans à sententia lata seu decreto facto à Thesaur. vel ejus Min. non auditur, nisi facto depositu, quando agitur de debito cameræ.

233 A prætore Vrbano, & collateralibus appellatur ad Capitaneum appellationum.

234 A Capitan. appell. ad Senat. nisi sit locus Stat. de duabus conformibus, quod locum habet in omnibus curiis inter cives, & incolas.

235 A Senat. appell. ad Capitan. sed si Senator, vel Capitan. sit ille, qui alias sententiavit, causa decidituf de voto Consultoris eligendi.

236 A Magistris justitiariis, & omnibus judicibus capitolinis appellatur ad capitaneum.

237 In casu non appellabili in curia capitolina datur recursus per viam querelæ ad conservatores urbis.

238 A consulibus agriculturæ datur tantum revisio juxta dispositionem statuti.

239 A Consulibus aromatariorum appellatur ad Capitaneum, ac etiam ad Gubernatorem, & ad Decanum cameræ.

240 A magistris viarum appell. ad præsidem viarum.

241 A magistris viarum, & camerario simul sententiam ferentibus, appellatur ad cameram tantum.

242 A conservatoribus urbis de legatis Papæ in causis eis commissis appellatur ad Papam.

243 A Vicariis Basilicarum non datur appellatio, sed recursus, primò ad judicem ad id deputatum, deinde ad Eminentiss. Archipresbyterum.

244 Læsus valde à judicibus Basilicarum potest adire Signat. Sanctiss.

245 A judicibus locorum piorum, Card. Protect. habentium, non datur appellatio, sed recursus, primò ad judicem ad id deputatum, deinde ad Eminentiss. Protect.

246 Gravatus à Protect. loci Pij, & ejus judicibus potest adire Signat. Sanctiss.

247 Iudex deferens appellationi, etiam in casu non appellabili, non potest ad ulteriora in executione suæ sententiæ procedere.

248 Iudex deferens appellationi in causa non appellabili non facit eam appellabilem, quoad præiudicium partis.

249 Iudex admittens appellationem cum clausula, si, & in quantum, in causa non appellabili, non facit eam appellabilem.

250 Clausula si, & in quantum operatur, quatenus, de jure, & non alias.

251 Iudex dando Reverentiales in forma, in causa, non appellabili non facit eam appellabilem.

252 A judicibus locorum piorum, Card. Protect. non habentium, appellatur ad Papam, quo casu potest adiri Signat. justit. & quare.

253 In causis cameralibus signatura justitiæ nõ rescribit.

254 In causis capitolinis Signat. justitiæ non rescribit, nisi super restitutione in integrum ob lapsum dilationum, vel fatalium.

255 Signat. Sanctiss. ex causa rescribit in omnibus causis, & quare.

256 A definitiva sent. appellandum est in scriptis.

257 A definitiva incontinenti potest appellari sine scripto, viva voce.

258 Ab interlocutoria, & gravamine, non potest appellari, nisi in scriptis, tam de jure Can. quam civili.

259 Ab interlocutoria, habente vim definitivæ, potest appellari, etiam incontinenti viva voce, sicut à definitiva.

260 Appellatio in scriptis quæ dicatur, & quæ sint de illius essentia.

261 Nullitas quid sit, & unde dicatur.

262 Potest dici de nullitate usque ad triginta annos non ultra.

263 Omnis actio præscribitur spatio trigin. annorum.

264 Quando agitur de periculo animæ, potest agi, & dici de nullitate in perpetuum.

265 Nullitas per modum exceptionis potest proponi, etiam ultra triginta annos, & quare.

266 Actu in jure nullo existente, potest dici de nullitate in perpetuum; nisi alias spatio triginta annorum solemnitas præsumatur.

267 De nullitate defectu jurisdictionis, vel mandati dici potest, usque ad mille annos.

268 Potest dici de nullitate ultra triginta annos, Statuto, vel consuetudine fic d fponente.

269 Potest dici de nullitate princip. & incidenter.

270 Quot, & quibus modis possit dici de nullitate principaliter.

271 Quot, & quibus modis possit dici de nullitate incidenter.

272 Instantia etiam nullitatis de jure civili est triennalis, de jure verò canonico perpetua.

273 Causa nullitatis, per viam actionis in judicio deducta, efficitur deserta spatio triginta ann.

274 Instantia nullit. per viam action. una cum appell. deducta, est eadem cum instantia appellat.

275 Nullitate, & injustitia simul propositis, potest super utraque simul ad ulteriora procedi, nisi pars instet prius cognosci de nullitate.

276 Sententia notoriè injusta, & nulla non potest parte opponente confirmari, alias processus est nullus, non cognito prius de nullitate.

277 Sent. nulla potest parte non oppon. confirmari, & ex tunc non potest amplius dici nulla, si Sentent. confirmans transivit in judicatum.

278 Nullit. quomodo differat ab injust. & quot, & quibus modis injust. accipi possit.

279 Nullitas quot, & quibus modis accipi possit.

280 Sententia nulla dicitur etiam injusta.

281 Omne nullum dicitur injustum.

282 Nulla est major injust. quam nullitas.

283 Sicut potest appellari à sententia notoriè injusta, sic etiam à sententia nulla.

284 Notoria injust. reddit sententiam nullam.

285 Sententia, quæ omnino caret probationibus, & sic non justificatur ex actis, est notoriè injusta, ex quo redditur etiam nulla.

286 Rota non admittit illam opin. quod judex possit moveri ad judicandum extra acta, & quare.

287 Injustitia adeo notoria, ut aliquo colore velari non possit, reddit sententiam nullam, secus si non sit ita notoria.

288 Sententia, quæ ex probat. antiquis non justificatur, & ex novis non potest judicari, est nulla: secus si saltem possit justificari ex novis, & agatur de illa non exequenda, sed sustinenda.

289 Sententia excommunicationis debet justificari ex eisdem actis.

290 Sententia lata in Salviano, ut intret Ægidiana, debet justificari ex eisdem actis.

291 Si agatur de sententiæ executione, illa debet justificari ex eisdem actis.

292 Mandatum executivum, ut illius executioni locus fit, debet justificari ex eisdem actis.

293 Ad effectum executionis non habet locum regula, non deducta deducam, non probata probabo; sed sententia notoriè injusta ex eisdem remanet etiam nulla.

294 Sententia, quæ non justificatur ex actis est notoriè injusta, & etiam nulla, si expressè per modum causæ dispositivæ, se refert ad acta, alias secus.

295 Injust. notoria æquiparatur nullitati, & dispositum in una censetur dispositum in altera.

296 Sententia injusta non est propriè nulla, & quare.

297 Sententia injusta est nulla minus propriè, & secundum quid, vel per comparationem.

298 Appellatio ab interloc. de jur. civ. non datur.

299 Appellatio ab interloc. de jur. Canon. datur, sed non suspendit, nisi judex ad quem inhibeat.

300 Appellatio de jure Canonico hod e ab interlocutoria non datur.

301 Ap-

301 *Appellatio datur ab interlocutoria inferente gravamen irreparabile per definitivam.*

302 *Gravamen sufficit, quod sit irreparabile pro parte, vel non possit reparari sine magna difficultate, ad hoc ut ab interlocutoria possit appellari.*

303 *Pronuncia de respondendo libello, vel non, & de procedendo, vel non super eo, non obstantibus oppositis, ex adverso infert gravamen irreparabile.*

304 *Pronuncia injusta de procedendo ad ulteriora sive rejiciat exceptionem dilatoriam, sive peremptoriam, infert gravamen irreparabile.*

305 *Peremptoria exceptio repellens à limine potest opponi, & probari etiam ante litem contestatam.*

306 *Omnis exceptio, quæ concludit actori actionem non competere ipso jure, de jure communi impedit litis ingressum, & prosecutionem.*

307 *Quatuordecim alij casus, in quibus interlocutoria infert gravamen irreparabile.*

308 *Appellatio datur ab interlocutoria vim definitivæ habente.*

309 *Casus viginti, & unus relati per modum exempli, in quibus interlocutoria habet vim definitivæ.*

310 *Appellatio datur ab interlocutoria tangente negotium principale, & ejus substantiam, prout quod quis sit minor, prodigus, vel alias inhabilis.*

311 *Appellatio datur ab interlocutoria inferente difficultatem circa decisionem causæ.*

312 *Appellatio datur ab interlocutoria, quando exprimitur, & probatur justa causa.*

313 *Appellatio ab interlocutoria debet interponi in scriptis, & exprimi in ea causa gravaminis, etiam de jure civili.*

314 *Causa in scriptis in appellatione ab interlocutoria non expressa decem diebus elapsis, sententia transit in judicatum.*

315 *Causa, licet in libello, seu cedula appellationis non sit expressa potest tamen exprimi quandocunque infra decem dies.*

316 *Decem requiruntur in appellatione ab interlocutoria, & quæ.*

317 *Interlocutoria est, quæ non terminat negotium principale, sed aliam sententiam post se expectat.*

318 *Appellari potest ab interlocutoria vim definitivæ habente, absque alia expressione causæ.*

319 *Interlocutoria, habens vim definitivæ, in omnibus definitivæ æquiparatur.*

320 *Interlocutoria dicitur habere vim definitivæ, quando terminat negotium, de quo agitur.*

321 *Appellari potest ab interlocutoria, absq; expressione causæ, quando causa gravaminis esset manifesta & consisteret in mero jure, aut juris præsumptione.*

322 *Appellari potest ab interlocutoria, absque expressione causæ, quando ex actorum, vel sententiæ lectura causa apparet notoria.*

323 *Causa quare sit in appellatione ab interlocutoria exprimenda, & n. 324.*

324 *Ratio generalis, ob quam causa est in appellatione ab interlocutoria inferenda.*

325 *Causa exprimenda in appellatione ab interlocutoria, debet continere damnum irreparabile per definitivam.*

326 *Appellatio de jure Canonico datur à quolibet gravamine ex causa rationabili.*

327 *Causa rationabilis, ut detur appellatio de jure Canonico à quolibet gravamine, hodie debet esse gravamen irreparabile.*

328 *A rejectione exceptionis relevantis, ob gravamen irreparabile, datur appellatio, probata exceptionis veritate.*

329 *Etiamsi rejectio sit tacita, nam potest appellari ab ulteriori processu.*

330 *A rejectione probationum relevantium, etiam tacita, ob gravamen irreparabile datur appellatio.*

331 *A denegatione prorogationis termini dati ad subjiciendum se examini, ratione gravaminis irreparabilis datur appellatio.*

332 *Judice in causa obligationis cameralis via ordinaria procedente est incontinenti appellandum ab ulteriori processu, ob gravamen irreparabile.*

333 *Appellatio à gravamine eisdem modis regulatur quibus appellatio ab interlocutoria inferente gravamen, quod debet esse irreparabile utroque casu.*

334 *Appellans à gravamine, & alijs quibuscunque gravaminibus non auditur, nec signatura rescribit, nisi super gravamine specificato.*

335 *Appellatio à sententia seu decreto, de quo non constat, non datur, nec valet.*

336 *Appellari potest à termino habito pro servato cum clausula, quatenus contra, de Stylo Rotæ, & curiæ, & quare.*

337 *Terminus pro servato coram ordinarijs & delegatis eorum, & ad universitatem causarum durat decem diebus, ideo utilis est cautela appellare ab eo coram eis & quare, & n. 338.*

338 *Sententia fingitur lata die termini habiti pro servato, & sub illa die reponitur.*

339 *Terminus pro servato in rota durat quindecim & in ultima audientia triginta diebus, & coram alijs delegatis Papæ ultra annum, ideo necesse est appell. coram illis infra decem dies, & quare.*

340 *Quicumque judices, etiam delegati, in curia tenentur declarare terminos habitos pro servatis infra decem dies exceptis auditoribus rotæ, qui ad id tenentur infra quindecim, & in ultima audientia infra triginta dies.*

341 *In curia sat est, quod judex appellanti à termino pro servato des terminum juris, ut possit deinde subscripta sententia congruis Apostolis respondere.*

342 *Citatus personaliter debet appellare infra decem dies à die termini pro servato, sed non ita citatus potest appellare à die notitiæ, nisi dolosè latitet, vel id non præmittat, vel post primam citationem personalem recedat.*

343 *Appellatio in parte, & partibus non devolvit causam, nisi quoad partes contrarias, si sententia est lata per capita separata.*

344 *Sententia unicum caput, vel plura connexa habente, clausula in parte & partibus, vel quatenus contra in appellat. nihil operatur.*

345 *De clausula ita ut pro Apostolis redire non teneatur, remissivè.*

346 *A rejectione appellationis est iterum appellandum, & quare.*

347 *De præfecto signaturæ justitiæ remissivè.*

348 *Nullitates ex tribus sunt insanabiles, & quæ.*

349 *Rota non attendit nullitates, nisi sint ex tribus.*

350 *Signatura justitiæ non sanat nullitates ex tribus, & quare.*

351 *Signatura, licet non sanet nullitates ex tribus, ex causa tamen relaxat rigorem juris, rescribendo cum clausula, Arbitrio.*

352 Nullitates ex tribus per clausulam, arbitrio, non sanantur.

353 Nullitates ex tribus clara non sanantur per clausulam, arbitrio, secus si sunt turbidæ vel non totales.

354 Defectus citationis sanatur per comparitionem citati, vel ejus procuratoris, & quare.

355 Defectus jurisdictionis sanatur per prorogationem illius de consensu partium, etiam tacito, si incompetentiam non ignorant.

356 Iurisdictio, quæ non est, prorogari non potest, sicut nec id, quod non est.

357 Non entium nullæ sunt partes.

358 Defectus mandati sanatur conjecturis; maximè si quis enunciatur procurator, cum relatione ad Notarium rogatum de mandato, & diem certam.

359 Mandatum præsumitur ex solutione facta procuratorio nomine, & quare.

360 Mandatum præsumitur eo magis ex pluralitate solutionum cum diuturnitate temporis, & summa notabili.

361 Mandatum præsumitur ex productione jurium, nisi sumus in persona domestica, quæ præsumitur jura surripuisse.

362 Mandatum ex scientia, & patientia, & multo magis ex præsentia principalis præsumitur non obstante revocatione, & protestatione, Neminem audiri.

363 Mandatum ex impensa, saltem unius ducati, præsumitur, nisi simus in eo, qui habet interesse, vel potest consequi commodum ex illo actu.

364 Mandati defectus aliquando sanatur per ratihabitionem.

365 Nullitates, quæ non sunt ex tribus, de facili in curia sanantur per viam rescriptorum.

366 Nullitates, quæ non sunt ex tribus fuerunt sublatæ à reformatione Pij IV. ideo ad illas ex tribus restringitur commissio.

367 Causæ valoris quingentorum florenorum sunt rotales, & in rota committendæ.

368 Causa infra valorem quingentorum in rota fortè commissa, proceditur in ea summariè, prout in beneficialibus.

369 Causa valoris ducatorum quingentorum est rotalis.

370 Sufficit, ut causa sit rotalis, vel quod ascendat ad valorem scutorum quingentorum, vel auri, vel monetæ.

371 Causæ prophanæ ultra montes non sunt in rota committendæ, nisi ascendant ad valorem mille aureorum.

372 Causæ, quæ respectu valoris non sunt rotales, committuntur prælato extra rotam; dummodo excedant valorem ducatorum sexdecim de camera.

373 Signatura in causis valorem ducatorum sexdecim de camera non excedentibus non reseribit.

374 Valor ducati non est semper idem.

375 Causa beneficialis non debet committi in rota, nisi fructus beneficij excedant annuum valorem ducatorum 24 auri de camera.

376 Causa beneficialis non committitur in curia prælato extra rotam, nisi fructus beneficij ascendant ad annuum valorem ducatorum decem auri de camera.

377 Causa beneficialis, quando fructus beneficij non ascendunt ad annuum valorem decem ducatorum auri de camera, remittitur ad partes, licet parte non opponente, possit committi Prælato in curia extra Rotam.

378 Clausula quam, & quas, in commissione appellationis operatur, ut judex possit pronunciare prout in prima.

379 Clausula, quam, & quas in commiss. appellat. effecta communi, operatur, ut qualibet pars possit procedere, prout in prima instantia.

380 Etiam non producta appellatione, vel non constito de ea, vel de sententia, à qua fuit appellatum, præsertim si adsit, etiam clausula cum toto negotio principali.

381 Clausula quam, & quas non operatur non transportatis actis prioris instantiæ.

382 Transportatio actorum non est necessaria, quando inchoatur judicium omnino novum, & causa non introducitur per viam appellationis.

383 Transportatio integra actorum est necessaria in causis Ecclesiasticis, secus in prophanis.

384 Clausula quam, & quas, operatur, ut ex transitu de una via ad aliam non intret refectio expens.

385 Clausula, quam, & quas, operatur, ut possit ferrè sententia, etiam super causa probata, licet non expressa.

386 Et quod censeatur omne jus competens in judicium deductum.

387 Et quod omnis causa, ad speciem postea deducta in commissione contineatur.

388 Clausula, quam, & quas, non operatur, nisi citata Parte ad dicendum contra commissionem, observatis terminis substantialibus, & intentione Agentis ad speciem deductæ.

389 Clausula, quam, & quas, comprehendit sub se causam appellationis, necnon negotium principale, & tam petitorum, quam possessorum.

390 Clausula, cum incidentibus, operatur, ut in censeatur introducta, tam in petitorio, quam in possessorio.

391 Clausula, quam, & quas, comprehendit causam jactationum ex remedio l. diffamari.

392 Et causas etiam movendas, & futuras circa idem negotium, ita ut impetrans possit quandocumque specificare, quas vult.

393 Clausula, quam, & quas, comprehendit appellationem à sententia nondum lata, si fuit postea ab ea lata appellatum infra decem.

394 Non tamen operatur circa rem diversam.

395 Clausula, quam, & quas, operatur, ut judex, deserta appellatione, possit procedere, ut in prima, & eo magis si adest etiam clausula, cum toto negotio principali.

396 Clausula, quam, & quas, operatur, ut deserta appellatione ab interlocutoria, vel definitiva super incidenti, possit judex procedere in negotio principali, prout in prima, seu deserta appellatione à definitiva lata super negotio principali, & quare.

397 Clausula, quam, & quas, si in commissione adsit etiam clausula, de, & super præmissis, stat restrictive.

398 Clausula, quam, & quas non restringitur, quando additur clausula, occasione præmissorum, vel rebusque aliis &c.

399 Clau-

399 Clausula quam, & quas, si addatur in commissione, rebusque aliis in actis deducendis, non extenditur ultra expressa in commissione, & postea in actis deducta.

400 Clausula, quam, & quas, non mutat naturam judicij cæpti, nec facit de reo actorem.

401 Reus, qui deserta appellatione vult uti clausula quam, & quas, in alia lite, licet connexa cum prima, in secunda erit actor.

402 Rota, in quibus diebus fiat.

403 Rota Martiniana quando fiat, & unde dicatur.

404 Rota Corduben. quando fiat, & unde dicatur.

405 In Rota & coram prælatis extra eam in causis commissariis non observantur termini, nisi die Lunæ, Mercurij, & Veneris.

406 Clausula, cum facultate citandi, inhibendi singulis diebus, & horis, in commissione quid operetur.

407 Facultas citandi singulis diebus, & horis solet concedi Prælatis extra Rotam, non auditoribus Rotæ, quare.

408 Dies feriati in honorem Dei, vel sanctorum, & creationis, & coronationis Summi Pontificis habentur pro exceptuatis in clausula, cum facultate citandi singulis diebus, & horis.

409 Summus Pontifex Romanus vices Dei gerit in terris, appellatur Sanctissimus, nec major est in terris Sanctitate sua.

410 Facultas procedendi singulis diebus, & horis non derogat feriis generalibus, nisi de illis fiat mentio specialis, nec illis derogatur, nisi in causa extra Rotam.

411 Derogari Feriis generalibus, quando soleat in causis commissis Prælatis extra Rotam.

412 Clausula, ita ut pro Apostolis redire non teneatur, nõ operatur, quod causa appellationis non commissa infra triginta dies, sententia non transeat in judicatum.

413 Restitutio in integrum quid sit.

414 Restitutio in integrum alia est gratiæ, alia justitiæ, & quæ sit gratiæ, & quæ justitiam concernat.

415 A concessione restitutionis in integrum gratiosa non datur appellatio, & quare.

416 Restitutio in integrum, prout de jure, conceditur à quolibet judice ordinario, & ab ejus concessione datur appellatio.

417 A.C. & alij judices curiæ, ad evitandos circuitus, non pronunciant super restitutione in integrum, sed in meritis ad favorem illam pertis, si ei de jure competit, quo casu restitutio habetur pro concessa.

418 Judices curiæ, dum vident restitutionem petitam non competere, moderantur inhibitionem emanatam, vel procedunt ad executionem rei judicatæ, quo casu illa dicitur denegata.

419 Restitutio in integrum ad appellandum debet apertis verbis concedi, si est concedenda, antequam in negotio principali pronuncietur.

420 Restitutio in integrum potest peti principaliter, & incidenter.

421 Restitutio in integrum principaliter petita requirit libellum & solemnitates judiij ordinarij, secus petita incidenter.

422 Restitutio in integrum principaliter non potest peti, nisi coram judice ordinario competente, vel delegato à Principe, vel ad universitatem causarum.

423 Signaturæ justitiæ passim committit causas restitutionis in integrum prout de jure.

424 Restitutio in integrum incidenter potest peti, coram quibusvis judicibus, sive ordinarijs sive delegatis.

425 Restitutio in integrum dicitur signanter petita incidenter, quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis.

426 Petitio restitutionis in integrum requirit mandatum speciale.

427 Ad petendam restitutionem in integrum incidenter non requiritur mandatum speciale.

428 Procurator non potest etiam incidenter sine speciali mandato petere restitutionem in integrum adversus interlocutoriam super incidenti latam, & per lapsum decendij in judicatum transactum.

429 Clausula, & ad omnia alia faciendum, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, comprehendit sub se mandari in speciale, etiam in casibus in mandato non expressis.

430 Tutor, & similes habentes administrationem à lege, possunt petere restitutionem in integrum, absque mandato speciali.

431 Pater, legitimus administrator potest petere pro filio restitutionem in integrum absque mandato speciali; secus est in aliis conjunctis.

432 Restitutio in integrum datur minoribus viginti quinque annis.

433 Restitutio in integrum datur Ecclesiis, locis piis, Universitati, & Fisco ex edicto minorum.

434 Restitutio datur furiosis, prodigis, & aliis miserabilibus personis ex eodem edicto Minorum.

435 Decrepiti, connumerantur inter personas miserabiles, & ob id competit eis restitutio in integrum.

436 Majoribus datur restitutio in integrum ex clausula generali, si qua mihi justa causa.

437 Rustico, qui non potuit consulere peritiores, datur restitutio in integrum.

438 Militibus, in expeditione constitutis, datur restitutio in integrum.

439 Mulieribus facilius, & in curia Ecclesiastica, & ubi agitur de dote viduis egenis datur restitutio in integrum.

440 Pauperibus, & egenis datur restitutio in integrum, & quomodo hoc casu rescribat Signatura.

441 Cohæredi minoris in re individua datur restitutio in integrum; secus in re dividua.

442 Restitutio in integrum non datur sine justa causa.

443 Minoritas, & æquipollentia, ut impedimenta mentis, vel corporis, favor publicus, & privilegium, sunt justæ causæ restitutionis in integrum.

444 Causa, quæ comprehenditur sub clausula generali, si qua mihi &c. est justa causa restitutionis in integrum.

445 Paupertas est justa causa restitutionis in integrum.

446 Absentia est justa causa restitutionis in integrum.

447 Ignorantia est justa causa restitutionis in integrum.

448 Bonum jus in negotio principali, de quo constat saltem summariè, est justa causa restitutionis in integrum.

449 In-

449 Injustitia sententiæ, etiam non notoriæ, est justa causa restitutionis in integrum.

450 Ad commissionem causæ restitutionis in integrum sufficit semiplena, sed ad victoriam totalem reportandam, est necessaria plena probatio.

451 Nullitas sententiæ est justa causa restitutionis in integrum.

452 Nulla est major injustitia, quam nullitas.

453 Læsio saltem enormis est justa causa, & fundamentum restitutionis in integrum.

454 Sine læsione non datur restitutio in integrum etiam personis privilegiatis.

455 Minor, licet non restituatur adversus sententiam, & omissa in declinatoriis, & dilatoriis, non probata læsione tamen restituitur in peremptoriis exceptionibus ex solo lapsu temporis, vel negligentia.

456 Restit. in integrum, quæ datur minori, & Æquiparatis, differt ab ea, quæ datur majori ex clausula generali, si qua mihi &c. & in quibus.

457 Læsio enormissima est justa causa restitutionis in integrum contra transactionem.

458 Restitutio in integrum debet peti, & terminari infra quadriennium.

459 Quadriennium incipit currere à die læsionis.

460 Quadriennium incipit currere à die ultimæ sententiæ, quæ lædit.

461 Quadriennium currit à lapsu decem dierum ad appellandum.

462 Quadriennium currit à lapsu decem dierum post datos reverentiales, in forma, alias illis non datis, à lapsu anni, vel biennij dati ad prosequendum appellationem.

463 Minori currit quadriennium à die quo factus est major.

464 Iusto impedimento, seu causa rationabili existente, datur restitutio in integrum, etiam post quadriennium.

465 Lapsus quadriennij non obstat, sententia notoriè injusta existente ex eisdem actis.

466 Constito de læsione enormissima datur restitutio in integrum, etiam quadriennio elapso.

467 Læsio enormissima considerabitur habita ratione totius patrimonij substantiæ, non rei, de qua agitur, & quomodo hoc procedat.

468 Si non agitur de recuperando ablato, sed de acquirenda re denegata per rem judicatam, datur restitutio in integrum probata læsione enormissima, lapso quadriennio, habita ratione rei denegatæ, & quare.

469 Quadriennij lapsus de Stylo Rotæ, & curiæ non attenditur, docto de læsione enormissima.

470 Princeps, constito de bono jure, potest concedere restitutionem in integrum, non obstante lapsu quadriennij.

471 Restitutio in integrum ex clausula generali ob justam causam datur, non obstante lapsu quadriennij, & quare.

472 Constito de bono jure, lapsus quadriennij de stylo curiæ non attenditur.

473 Rest tutio in integrum principaliter petita non impedit executionem factam, seu cœptam.

474 Limita ut non procedat, quando res adhuc manet sub controversia, & sententia fuit lata cum præsuppositione, quod, ex aliis probationibus factis in contrarium, non videtur subsistere.

475 Executio de stylo Rotæ non retardatur per petitionem restitutionis in integrum, si fuit præventum in petitione executionis.

476 Executio de stylo Rotæ dicitur cœpta per relaxationem mandati ac per decretas, & relaxatas executoriales.

477 Executio in Rota dicitur cœpta ex relaxatione mandati, aut executorialium post sententiam, secus ex relaxatione mandati in ipsa sententia, & quare.

478 Executoriales in Rota trahunt secum executionem excommunicationis, & non requirunt executionem facti, sicut mandata aliorum tribunalium.

479 In tribunalibus extra rotam non dicitur præventum in executione ex sola relaxatione, aut expeditione mandati, aut petitione executionis.

480 In tribunalibus extra rotam restitutio in integrum suspendit executionem; nisi sit præventum in executione realis, captis pignoribus.

481 Et quid in hoc observatur in curia Capitolina, attenta dispositione statuti urbis.

482 Et quid in aliis tribunalibus, si pars extorsisset commissionem, non facta mentione de executione cœpta, & emanasset inhibitio.

483 Restitutio in integrum non retardat executionem obligationis cameralis.

484 Executio decreti facti in judicio executivo per restitutionem in integrum non retardatur.

485 Exceptio restit. in integrum clara & probata retardat executionem oblig. cameralis secus si sit turbida, & requirat indaginem.

486 Exceptio clara, & probata in omni judicio impedit executionem.

487 Iudicio restitutionis in integrum pendente, datur manutentio antiquiori possessori in qualibet instantia, præsertim re judicata turbida, vel notoriè injusta detecta.

488 Signatura justitiæ in prophanis committit causam restitutionis in integrum, prout de jure, sed de beneficialibus restituit cum clausula, parito judicato.

489 In restitutionis in integrum materia ad quos recurrendum.

490 Appell. à decret. justo & valido in causis oblig. camer. possessionis pensionis, literarum Cambij Apostolicarum, & similum, Signatura rescribit cum clausula, sine præjudicio.

491 Clausula sive præjudicio operatur, ut causa appellationis censeatur commissa ad effectum tantum devolutivum, non suspensivum.

492 Clausula sine præjudicio præservat jurisdictionem judicis à quo, ut possit procedere ad ulteriora in executione.

493 Clausula sine præjud. non impedit, quin judex appellation. via ordinaria procedendo revocet injustè gesta per judicem à quo, & quare.

494 Validitate, & justitia decreti turbida existente, quomodo Signatura rescribat

495 Clausula, si quid exequendum, retardat executionem donec de justitia decreti cognoscatur.

496 Clausula si quid exequendum aufert jurisdictionem judici à quo, & illam tribuit judici ad quem.

497 Clausula si quid exequendum, operatur, ut decretum

cum debeat justificari non ex noviter deductis, sed ex eisdem actis.

498 Si reus aliquid de novo deducit coram judice appellationis, licet etiam actori nova jura deducere contra ea, quæ de novo à reo excipiuntur, non obstante clausula, si quid exequendum.

499 Volens executionem à clausula, si quid exequendum, præservatam, impedire, potest etiam ex noviter deductis suam intentionem fundare.

500 Clausula, si quid exequendum, præservat viam executivam, quatenus executioni locus sit, constito de justitia mandati.

501 Decretum ad effectum executionis debet justificari ex eisdem actis, sed ad effectum confirmationis potest justificari etiam ex noviter deductis.

502 Clausula, ad legitimam, aufert jurisdictionem judici à quo, & illam tribuit judici ad quem ut ipse exequatur, prout de jure, quatenus ex eisdem actis executioni locus sit.

503 Clausula, ad legitimam, judici directa, mandat judici, ut procedat in executione juxta dispositionem juris.

504 Legitimum est illud, quod est secundum dispositionem legum, & canonum.

505 Clausula, si quid exequendum operatur, ut judex debeat plenè gustare de bono jure, & si videt decretum justum, & validum, executionem permittere, alias illud revocare.

506 Clausula, ad legitimam, operatur, ut judex gustet aliqua'iter de bono jure, ut valeat decreti executionem permittere, quod si videt illud nullum, vel injustum, nec debeat permittere executionem, nec ad ulteriora in meritis procedere, nisi alia jurisdictio ei tribuatur.

507 Verba rescripti tantum valent, quantum sonant, & sunt strictissime intelligenda.

508 In rescriptis omissum dicitur neglectum, & narrata, & petita restringuntur per concessionem & signaturam.

509 Signatura, seu rescriptum ipsiusmet Papæ potius, quam Regentis Cancell. attendi debet.

510 Signatura justitiæ Papam repræsentat, & ejus nomine rescribit, quomodo.

511 Signaturæ justitiæ rescriptum debet intelligi, & prout de jure.

512 Regens Cancellariæ quomodo rescribat.

513 Si Regens Cancell. aliquid omittit in extensione rescripti, debet attendi signatura Cardinalis præfecti, quæ censetur signatura Papæ.

514 Omnia in commissione non deleta, & addito in extensione verbo, ut petitur, omnia petita, non deleta, censentur concessa.

515 Si Regens Cancellariæ in extensione declarat rescriptum signaturæ, debet attendi signatura regentis, & quare.

516 Decreto nullo, & injusto existente, signatura solet committere causam appellationis simpliciter ad utrumque effectum.

517 Commissio judici præsentata non efficitur communis utrique parti, nisi adversario citato ad dicendum contra illam.

518 Si facti sunt plures actus, ex quibus patet impetrantem usum fuisse commissione impetrata, illa efficitur communis, absque alia citatione ad videndum contra.

519 Antequam commissio efficiatur communis, impetrans potest pœnitere, ea non uti.

520 Adversarius non potest, invito impetrante, uti commissione adhuc non effecta communi.

521 Si impetrans usus est commissione, vel citavit ad dicendum contra illam, Adversarius ea uti potest ipso invito, & illius virtute procedere ad ulteriora.

522 Citatio ad dicendum contra commissionem est necessaria ad firmandam jurisdictionem judicis.

523 Si utraque pars usa est commissione excitatoria jurisdictionis, non est necessaria citatio ad dicendum contra illam.

524 Commissa in rota causa appellationis à declaratoria A.C. h commissio fuit reformata, & rescriptum A. C. ut procederet ad ulteriorem executionem, potest A. C. procedere, etiam si coram Auditore Rotæ, cui commissio reformatoria est præsentata, non fuerit citata pars ad dicendum contra illam.

525 Sufficit quod terminus, ad dicendum contra commissionem, fuerit servatus in terminis substantialibus, ut sententia sustineatur, & quando hoc procedat.

526 In citatione, ad dicendum contra, debet inseri tenor commissionis, & quare.

527 Tenor commissionis non est necessario inserendus in citatione, si citatus comparuit, & quare.

528 Si pars est præsens, vel parum distans, arbitrio judicis, non est de necessitate inserendus tenor commissionis in citatione ad dicendum contra.

529 Si citatus potest de facili habere notitiam commissionis, vel in eo est notitia conjecturata, non est necesse in citatione, ad dicendum contra, inserere commissionis tenorem.

530 Stylus Romanæ curiæ inserendi tenorem commissionis in citationibus exequendis extra curiam, non autem in curia, est validus.

531 Citatio ad dicendum contra commissionem inducit præventionem.

532 Præsentatis diversis commissionibus, diversis rotæ auditoribus super eadem causa ille remanet, cui fuit primo loco præsentata commissio.

533 Citationes in causis commissariis debent esse personales, & signanter de stylo rotæ.

534 Si citandus latitat, vel non reperitur ejus persona, factis diligentiis, proceditur per affixionem, vel per affixionem, & domi dimissa copia.

535 Nuncius debet domi relinquere, vel affigere, vel publicare coram servis, & vicinis citationem, nam ad notitiam latitantis tunc pervenire præsumitur, secus quando quis est absens.

536 Cursor referens se fecisse citationem, censetur fecisse personaliter, licet non exprimat, de stylo curiæ.

537 Citatio ad hodie per totam debet esse personalis, alias non valet.

538 Citatio ad hodie per totam intelligitur pro hora audientiæ.

539 Procurator, vel impetrans tenetur adnotare nomen, & cognomen à tergo commissionis in forma signandi, & quare.

540 Commissio signatur à Card. Signaturæ præfecto, & Cancellario Regente, & adnotatur in libris à primo, & secundo revisore, & quomodo.

541 Libri primi, & secundi revisoris non probant.

542

542 Magister cursorum apponit manum à tergo commissionis, & adnotat in ejus libro, quando eam recipit, & facit punctum in margine adnotationis, quando eam in capsa reponit.

543 Liber magistri cursorum de per se non probat, & quare.

544 Ad desertionem causæ evitandam non sufficit, quod commissio pervenerit ad Banchum cursorum infra legitima tempora, licet non sit reposita in capsa, & judici præsentata.

545 Decem dies dantur ad inchoandum, non ad finiendam prosecutionem causæ appellationis.

546 Sufficit quod commissio restitutionis in integrum, ut dicatur præventum in illa petenda, & evitetur executio exinde petita, pervenerit ad Banchum cursorum.

547 Adversarius est citandus, ad dicendum contra commissionem infra terminum juris annuum, alias appellatio remanet deserta.

548 Fatale appellationis est annus, & ex causa biennium, nisi judex à quo ex causa illum breviaverit.

549 Fatale appellationis per viam restitutionis in integrum ex clausula generali, est triennium.

550 Primus, & secundus annus dantur à lege, & tertius à judice.

551 Fatale in Cur. est bienn. indistinctè, & quare.

552 Fatale, ut lit bienn. & Cur. necesse est, ut in primo anno citetur pars ad dicendum contra commissionem, & procedatur ad inhibitionem.

553 Primum fatale in curia currit à die interpositæ appellationis.

554 Appellatione interposita in partibus ad curiam, fatalia non currant, nisi à die, qua verisimiliter potuit causa appellationis committi.

555 Appell. in partibus ad Cur. sufficit arreptio itineris in termino præfixo ad prosequendum, alias termino non præfixo ei, à lege datur ann. & ex causa biennium ad causam committendam.

556 Fatalia non currunt pendente termino ad appellandum, & quare.

557 Fatalia non currunt pendente judicio super attentatis, nisi appellans succubuerit.

558 Fatalia non currunt introducta causa in Consistorio Principis.

559 Fatalia non currunt, recursu de jure compet. diligenter habito ad Signat. Parte citata.

560 Fatalia non currunt pendente termino Remissoriarum.

561 Fatalia currunt, si remissoria decreta ab appellante non fuit expedita, secus si illa non fuit expedita ab appellato.

562 Fatalia non currunt tempore sedis vacantis, quia tunc jus non redditur.

563 Fatalia non currunt impedito facto partis, vel mixtim.

564 Fatalia non currunt impedito facto Principis.

565 Fatalia non currunt tempore nullitatis durante.

566 Fatalia non currunt in petitorio, lite pendente super possessorio.

567 Fatalia non currunt in curia Capitolina, Consultore electo, nisi à die acceptationis illius, & intimationis factæ parti.

568 Fatalia non currunt Mediolani pendente causa in Senatu.

569 A. C. potest revocare decreta etiam definitiva, etiam quoad partem in judicatum transacta.

570 Decreta definitiva transeunt in judicatum quoad partem, non quoad judicem.

571 Quid agendum quando judex reponit in executivis, & non executivis remissivè.

572 Omnes judices Romanæ curiæ, tam ordinarij, quam delegati solent de stylo curiæ reponere ab eorum decretis.

573 In curia semel, & pluries potest per viam repositionis procedi, & quare.

574 Judices curiæ solent facere decreta sub conditione, nisi, animo partem denuo audiendi.

575 Appellatione interposita solent judices curiæ reponere de stylo cum sola intimatione.

576 Auditor Rotæ, cui commissa fuit causa appellationis cum facultatibus A. C. licet possit procedere executivè, non tamen potest reponere, & quare.

577 Judex, qui pronunciavit per cedulam non potest reponere, cum sit functus officio suo.

578 Judex à quo non potest reponere, postquam judex ad quem inhibuit.

579 Judex à quo non potest reponere commissa causa appellationis à Signatura, etiam si sit commissa cum clausula, sine præjudicio, & quare.

580 Judex à quo, postquam detulit appellationi, non potest reponere, nisi de partium consensu, vel de consensu appellantis re integra.

581 Ordinarius, qui nulliter sententiavit, potest de nullitate suæ sententiæ cognoscendo, iterum sententiare.

582 Judex delegatus non potest suam sententiam nullam revocare, nec iterum sententiare, quia est functus officio suo.

583 Delegatus ad universitatem causarum æquiparatur ordinario, & ideò potest suam sententiam nullam revocare, & iterum sententiare.

584 Executor, ad tradendam possessionem, potest de nullitate suæ sententiæ cognoscere, & iterum sententiare.

585 Delegatus, qui sententiavit contra formam rescripti, non est adhuc functus officio suo, & ob id potest iterum sententiare.

586 Executor ad providendum de beneficio, qui nulliter sententiavit, potest iterum sententiare.

587 Delegatus, qui non sententiavit super toto, si nulliter processit, potest iterum sententiare, & quare.

588 Judex delegatus in beneficialibus potest pronunciare, beneficium fore debitum, sed non de eo providere.

589 Auditor Rotæ, cui commissa est causa beneficialis potest etiam conferre, & de beneficio providere absque nova commissione.

590 Appellans, si agitur de executione ob desertionem, debet citari ad docendum de prosecutione, & dicendum causam, quare non sit facienda executio.

591 De stylo curiæ servantur quatuor termini ad docendum de appellatione, & ejus legitima prosecutione.

592 Si executio ob desertionem facienda sit à delegato, solet virtute exec. loco quatuor terminorum, præfigi brevis terminus ad docendum de appellatione, & ejus legitima prosecutione, & quomodo deinde ad executionem procedatur.

593

593 A.C. *sive processerit, ut ordinarius, sive ut delegatus, non indiget executoriali, sed servatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, ad ulteriorem executionem procedit, & quomodo.*

594 *A.C. habet facultatem cognoscendi quascunque causas, etiam commissarias, & est executor quarumcunque sententiarum per quosvis judices, & ipsos Rom. Pontifices pro tempore existentes, latas.*

595 *Terminis ad docendum de appellatione non servatis, executio facta contra stylum, non subsistit.*

596 *Termini ad docendum de appellatione si agitur de executione trium conformium, vel sententiæ inappellabilis, non sunt necessarij, sed citatur ad videndum taxari expensas.*

597 *Termini ad docendum de appellatione, si agit de executione rei judicatæ ob appellationem non interpositam, vel non prosecutam infra legitima tempora, sunt omninò necessarij.*

598 *Executoriales decretæ in Rota, non servatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, sunt invalidæ.*

599 *Executoriales decretæ in rota, non servatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, valent, si in actis clarè constat de re judicata ob appellationem non interpositam.*

600 *Commissa causa, appellatione remota, quatuor termini servati pro executione sententiæ latæ in negotio principali, in quo pars fuit condemnata in expensis, deserviunt pro expensis, & sufficit citatio ad videndum illas taxari.*

601 *Victus victori tenetur ad expensas.*

602 *Iusta causa litigandi excusat ab expensis.*

603 *Iust. causa non excusat, quando expensæ petuntur jure actionis.*

604 *Obligatur ad expensas ex stipulatu, vel in forma cameræ, tenetur ad eas, etiam si non fuit condemnatus in illis.*

605 *Condemnatio in expensis requiritur, quando illæ petuntur officio judicis, secus si jure actionis via executiva.*

606 *Expensæ debitæ jure actionis semper peti possunt sive lis sit finita per sententiam, sive per transactionem, sive per quietantiam.*

607 *Iusta causa excusat ab expensis, quando quis statim, ac videt, se malum jus fovere, cedit liti, secus si perseverat usque ad finem.*

608 *Iusta causa litigandi non attenditur in curia, ut in supremis tribunalibus.*

609 *Sententia revocata ex noviter deductis, qui illam obtinuerat, excusatur ab expensis, etiam in supremo tribunali.*

610 *Mendax, qui obtinuerat sententiam, condemnatur in expensis, etiamsi sententia revocanda sit ex noviter deductis.*

611 *Iustæ causæ litigandi, quæ sint, remissivè.*

612 *Victus nō præsumitur habuisse justā causā litigandi.*

613 *Expensæ de jure non debentur, nisi in fine litis.*

614 *Expensæ factæ in causa attentatorum sunt reficiendæ antequam de negotio principali cognoscatur.*

615 *Si expensæ factæ ab eo, qui passus est attentata, sunt extrajudiciales, sufficit depositum Iulij unius cum oblatione solvendi residuum, facta liquidatione.*

616 *Ad validitatem taxationis expensarum, quæ requirantur.*

617 *Expensarum taxatio, requiritur super earum veritate, & quantitate juramentum partis, & decretum judicis, alias taxatio non valet.*

618 *Iuramentum de stylo Notariorum, extenditur in termino ad videndum taxari; & valet taxatio licet illud aliunde non appareat.*

619 *Super expensis factis extra litem taxandis, juramentum est apparenter præstandum.*

620 *A taxatione expensarum non datur appellatio, & quare.*

621 *A condemnatione in expensis licet appellare, nisi sententia transisset in judicatum, vel expensa essent contumaciales, vel condemnatio esset facta in ultima sententia inducente rem judicatam.*

622 *Ab excessiva taxatione expensarum datur appellæ.*

623 *Inappellatione ab excessiva expensarum taxatione debet exprimi quantitas excessus, vel alia justa causa, alias appellatio non valet.*

624 *Appellatio ab excessiva expensarum taxatione non datur, nisi semel.*

625 *Succumbens ex juramento judiciali, & litis decisivo tenetur ad expensas.*

626 *Succumbens ex juramento judiciali suppletorio non condemnatur in expensis.*

627 *Succumbens ex juramento suppletorio, si habet testem, aut præsumptionem pro se non tenetur ad expensas, alias si agatur de ejus facto proprio, ad illas tenetur, secus si agatur de facto alieno.*

628 *Iudices ordinarij possunt exequi eorum sententias in judicatum transactas, absque alia executoriali.*

629 *Iudices delegati non possunt eorum sent. in judicatum transactas exequi absq; commissione speciali.*

630 *Delegatus Principis potest exequi suam sententiam, absque executoriali.*

631 *Delegatus à Principe, habet annum ad exequendum suam sententiam.*

632 *Delegatus Papæ, etiam si sit auditor Rotæ, in curia non exequitur suam sententiam absque executoriali ob præsentiam Principis.*

633 *Auditores Rotæ hodie habent ampliores facultates & possunt exequi eorum sententias absque executorialibus.*

634 *Delegatus Papæ extra curiam potest exequi suam sententiam absque commissione executoriali.*

635 *A.C. hodie habet facultatem exequendi quascunque sententias, per quoscunque ordinarios, & delegatos, tam in curia quam extra latas.*

636 *A.C. sicut hodie potest exequi sententias aliorum, ita & proprias, etiam si processerit, ut delegatus.*

637 *Appellatione deserta executio rei judicatæ fit à judice à quo si causa alteri non sit commissa.*

638 *Causa appellationis coram A.C. introducta, si acta non transportentur, instante lapsu biennij, præfigitur parti terminus ad transportandum quo elapso, & illis non transportatis, moderatur inhibitio, & executio à judice à quo, secus illis transportatis.*

639 *Causa appellationis introducta in curia vigore commissionis, instante lapsu biennij, actis transportatis, obtinetur executorialis, & servatis servandis juxta illius formam fit executio à judice ad quem.*

640 *Actis non transportatis infra biennium, causa remanet deserta.*

641 *Actis non transportatis, instante lapsu biennij obtinetur committi eidem judici ad quem, ut præfixo brevi termino ad transportandum acta eoque elapso, & illis non transportatis integris suam moderetur inhibitionem.*

642 *Actis transportatis instante lapsu biennij obtinetur committi eidem judici, ut præfixo brevi termino*

ad docendum de appellatione, & causis restitutionis in integrum, ac nihil quod relevet docto, expensas taxet, & exequatur.

643 Actis in termino, citata parte, præfixo non transportatis, moderata remanet inhibitio, & fit executio à judice, à quo, alias secus.

644 Commissio præfixionis termini ad transportandum Acta non obtinetur, nisi circa mensem ante lapsum biennij, vel eo lapso.

645 Statutum urbis de duabus conformibus, est decisivum, & observatur in omnibus curiis urbis, inter cives & incolas, & districtuales.

646 Duæ consormes vigore stat. urbis habent vim trium, & faciunt rem judicatam, & in illis habet locum Clem. calumniis, de re jud.

647 Statutum urbis est Papale, & ligat Clericos Romanos, & districtuales.

648 Districtualium appellatione veniunt etiam Clerici sicut appellatione civiliū veniunt etiam monachi.

649 Clerici etiam veniunt appellatione civium sicut Monachi.

650 Stat. urbis comprehendit civitates, districtus Ecclesiasticos, Ecclesias, Clericos, Prælatos, Collegia, Vniversitates, Societates, Hospitalia, & bona Ecclesiastica, & multo magis incolas.

651 Curialis, Scholaris, & Præfectus arcis dicuntur incholæ ex cohabitatione decennali, emptione bonorum, & contractu matrimonij.

652 Districtuales substatuto urbis fuerunt judicati, qui habitarunt in districtu per spatium decem & octo annorum.

653 Statutum urbis non comprehendit exteros.

654 Iudex ad quem, quoad processum fabricatum coram judice à quo debet observare statuta ordinatoria judicis à quo.

655 Quoad processum factum coram judice ad quem sunt servanda statuta ordinatoria judicis ad quem.

656 Clausula, Constito de tribus conformibus, intelligitur de validis.

657 Statutum de duabus conformibus, intelligendum est de justis, & validis.

658 Iudex appellanti à definitiva in curia solet dare reverentiales in forma, hoc est tempus decem dierum ad causam committendam.

659 In termino reverentialium sufficit docere de impedimento, vel diligentiis in committendo causam appellationis.

660 Appellati in partibus ad curiam sufficit in termino præfixo arreptio itineris ad curiam, appellanti verò in curia qualibet diligentia in termino ad causam committendam.

661 Decem dies non dantur ad prosecutionem finiendam, sed inchoandam.

662 In dubio pronunciandum est pro non desertione, prout facit Rota.

663 Ad docendum de diligentiis sufficit adire Præfectum Signaturæ, vel Regentem Cancellariæ, & exhibere in actis fidem alterius istorum, vel Prælati Signaturæ, vel Revisoris, quod commissio fuerit in tempore præsentata.

664 Si causa est discutienda in signatura, sufficit fides ponentis, qui testetur se commissionem habere in manibus, ad docendum de diligentiis.

665 Copia commissionis præsentata præfecto signaturæ vel Regenti Cancellariæ, in termino reverentialium, & in actu judicis à quo producta excusat à desertione, licet postea decemdium labatur.

666 Præsentata prorogat tempus ad committendam appellationem per mensem, hoc est triginta dies à die, qua regens in ea manum apposuit.

667 Præsentata, stylo curiæ assistente, & authoritate Papæ introductum fuit, ne causæ appellationum sæpè desertæ remanerent.

668 Præsentata non excusat à reditu pro Apostolis, nec revelat, quando judex dedit terminum juris, quominus quis pro illis redire teneatur.

669 Impeditus non dicitur qui potuit de facili sibi consulere, & impedimentum removere.

670 Præsentata ante datos reverentiales in forma, nihil relevat, secus postea.

671 Causa appellationis infra terminum juris commissa, non locus desertioni, etiam si pro Apostolis reditum non fuerit, dummodo illi fuerint in appellatione petiti.

672 Si Regens Cancellariæ absens, vel impeditus non potest diem præsentationis in copia commissionis adnotare, fit de hoc protestatio coram Notario qui de hoc conficit instrumentum, & sufficit.

673 Legitimè impedito, qui actum expedire non valet, dilatio est duplicanda.

674 Limita in materia præsentata, in qua dilatio, usu, & necessitate sic exigente, prorogatur ad tempus triginta dierum, & sic triplicatur.

675 Causa Giennen. scholasticæ fuit habita pro deserta, quia post præsentatam commissio stetit per viginti septem dies, antequam perveniret ad banchum cursoris.

676 Regens Cancellariæ ocim, datis Reverentialibus in forma, poterat habita de hoc fide ab actuario judicis, à quo, commissionem per se signare, & ad banchum cursoris transmittere, unde stylus arbitratus est, tempus decem dierum reverentialium sufficere ad commissionem expediendam, & ad banchum cursoris transmittendam.

677 Decisio Putei est mendosa, & obid animadversio Scaccie confunditur.

678 Nullibi probatur, quod in curia fuerit in usu aliqua præsentata, quæ tempus ad causam committendam post datos reverentiales in forma ad alios decem dies prorogaverit.

679 Brevis, & facilis via expediendi commissiones, cum sola signatura Regentis, recessit ab aula.

680 Regens Cancellariæ commissiones subrogationis judicum, nec etiam solus expedit.

681 Hodie prorogatio reverentialium in forma ad tempus aliorum 30. dierum à die præsentatæ est omninò necessaria.

682 Citatio ad videndum sibi responderi de Apostolis quare introducta.

683 Citatio ad videndum sibi responderi de Apostolis, quando necessaria.

684 Dispositio c. oblatæ de ap. non habet locum in curia.

685 Videtur esse in arbitrio appellati citare ad videndum sibi responderi de Apostolis, vel si ei expediat, committere causam appellationis exadverso interpositæ, non obstante termino juris.

686 In causa appellabili committenda extra curiam non videtur necessaria citatio ad videndum sibi responderi de Apostolis.

687 Causa appellationis, exadverso interposita in partibus, non potest committi, nisi post sex menses, juxta stylum signaturæ.

688 Iudi-

688 *Iudices de partibus, de quibus Apostolis respondere soleant, & quando appellanti sufficiat sola arreptio itineris ad desertionem evitandam.*

689 *Sigismundus Scaccia I. C. Romanus uberrimum, & & elegantem tractatum de appellationibus compilavit.*

De Appellationibus, Pars Prima. Cap. XIII.

1 QUotiescumque sivè actor, sivè reus contrariam sententiam, seu decretum definitivum, aut illius vim habens, reportaverit, aut judex gravamen irreparabile per definitivam eorum alteri intulerit, poterit, sentiens se læsum, aut gravatum, recurrere ad ap-
A pellationis, A, remedium.

2 Est autem interponenda † appellatio coram judice à quo infra decem dies à die latæ sententiæ, seu facti decreti, vel si citatio non fuit personalis, à die habitæ scientiæ, ut latius infra in
B observationibus declarabitur, B, numerandos, alias sententia, seu decretum transit in judicatum.

3 Potest appellari viva voce, & in scriptis, sed viva voce appellatio non potest interponi, nisi incontinenti, & à definitiva, adnotatur autem in Broliardo ab actuario, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

C Coram Domino, C, meque, & NN. Procura-
4 tor à prætensa definitiva sententia, seu decreto definitivo per R. P. D. NN. lata, seu facto de, & super *(exprimatur res controversa)* sentiens se læsum, & gravatum, incontinenti appellavit ad Sanctissimum Innocentium Papam Decimum, ejusque sanctam sedem Apostolicam, viva vo-
D ce, D, salvo jure appellandi in scriptis, E, prote-
E stans interim, nihil innovare, alias &c. non solum ut supra, sed & omni alio meliori modo &c.

In scriptis verò, coram judice à quo appellatio interponitur, ut infra, videlicet.

§ Pro NN. contra NN.

D Coram D. meque &c. NN. & à prætensa sententia, *(seu decreto definitivo relaxationis mandati, seu decreto vim definitivæ habente, seu ab alio gravamine, quod debet exprimi, secundum facti contingentiam)* inhærendo appellationi, alias viva voce interpositæ *(si illa interposita sit)* appellavit, prout in cedula, quam facto dedit tenoris &c. Petens &c. omni &c.

6 In cujus quidem protestationis, seu interpositionis appellationis pede, Notarius adnotat responsionem, quam facit judex de Apostolis,
F F, & si fuit actum vigore obligationis cameralis, vel alias causa non est appellabilis, judex dat refutatorios; si verò est appellabilis, vel dat terminum juris, vel reverentialis, vel testimoniales, quæ quidem adnotatio in actis scribitur à Notario his verbis, videlicet.

Cui D. dedit terminum juris, & interim &c. omni &c. *vel.*

Cui D. dedit refutatorios in forma &c. omni &c. *vel.*

Cui D. dedit reverentiales in forma &c. omni &c. *vel.*

Cui D. dedit testimoniales in forma &c. omni &c.

7 Terminus juris, est mensis à lege judici datus ad liberandum, de quibus Apostolis appellanti sit respondendum, & ob id, si judex hujusmodi dilatione uti voluerit, & dederit, ut suprà terminum juris, infra dictum mensem redeundum est coram eo pro Apostolis, & petitio, & responsio scribenda est à Notario in Broliardo prout infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

8 Coram D. meque &c. NN. in termino juris alias ad redeundum pro Apostolis concesso, inhærendo appellationi alias interpositæ, petiit instanter, instantius, & instantissimè, prout in cedula alias data, sibi de Apostolis responderi protestans &c. alias &c. omni &c.

In cujus instantiæ, seu protestationis pede adnotatur à Notario responsio judicis, ut infra, videlicet.

Cui D. dedit reverentiales in forma &c. *(vel alias secundum facti contingentiam)* omni &c.

9 *Cedula appellationis à definitiva.*

A quadam asserta definitiva sententia, seu decreto definitivo, aut illius vim habente per R. P. D. N. A. C. Locumtenentem lata, seu facto, ut dicitur, ad assertum favorem NN. contra NN. de, & super certa pecuniarum summa *(vel alia re controversa exprimenda secundum facti contingentiam)* rebusque aliis, Procurator, & eo nomine NN. sentiens se læsum, & gravatum, & in futurum magis lædi, & gravari timens &c. ab
G illa, seu illo, ac toto processu desuper frabricato ad Sanctissimum Innocentium Papam Deci-
G mum, G, ejusque sanctam Sedem Apostolicam,
H in his scriptis, H, provocat, appellat, & æquè
I principaliter de nullitate, I, dicit, Petens semel, bis, tertiò, sæpè, sæpius, sæpissimè, instanter, instantius, & instantissimè sibi de Apostolis responderi, & quatenus hæc appellatio non admitteretur ab illius non admissione; & à toto prætenso ulteriori processu, iterum provocat, & appellat, toties, quoties &c. ita ut sit ultimus in appellando, protestans appellationem suam ultimo loco remanere debere &c. & per se non stare &c. & interim &c. illa pendente nihil innovari, alias de nullitate, & attentatis &c. non solum, ut supra, sed & omni alio meliori modo &c.

10 Quod si appellatio interponenda sit ab inter-
L locutoria, L, vim definitivæ non habente, esse omninò necesse appellare in scriptis, & exponere causam gravaminis, & cedula tunc potest fieri, ut infra, videlicet.

Cedula appellationis ab interlocutoria.

11 Illustriss. D. Quamvis coram D. V. Illustriss. pro parte NN. fuerint oppositæ exceptiones præscriptionis, compensationis, & litis finitæ *(seu aliæ, secundum facti contingentiam)* contra NN. adversarium, & non potuisset procedi ad ulteriora, nihilominus, quia ad ulteriora procedi mandavit, illis, & quibuscunque non obstantibus, idcircò Procurator, & eo nomine dicti NN. sentiens se læsum, & gravatum in rejectione dictarum exceptionum, & timens magis lædi imposterum, à pronuncia de procedendum ad

ulteriora, ſtante rejectione dictarum exceptionum, quæ uti relevantes proceſſum impediunt, & omninò diſcuti debent, aliiſque gravaminibus, & toto ulteriori proceſſu, in his ſcriptis, ad SS. D.N. Innocentium Papam X. ejuſque ſanctam ſedem Apoſtolicam, provocat, appellat, & æquè principaliter, de nullitate dicit petens inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, & à toto prætenſo ulteriori proceſſu, iterum, & toties, quoties appellat, & ſibi de Apoſtolis reſponderi petit, ita ut appellatio ejus ultimo loco remaneat, de quo &c. & pendente &c. nihil innovari, alias proteſtatus fuit de nullitate, & attentatis, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Alia cedula appellationis ab interlocutoria.

12 Illuſtriſſ. D. Licèt articuli, pro parte NN. adverſarii exhibiti, non eſſent admittendi per D. V. cum ſint impertinentes, & irrelevantes; tamen, quia fuerunt admiſſi, procurator, & eo nomine NN. ſentiens ſe læſum, & gravatum, ratione dictæ irrelevantiæ, & ob id timens impoſterum magis lædi, & gravari, à dicta admiſſione, aliiſque gravaminibus illatis; ac toto ulteriori proceſſu, in his ſcriptis, ad SS. D.N. Innoc. Papam X. ejuſque ſanctam ſedem Apoſtolicam appellat, provocat, & æquè principaliter de nullitate dicit, Petens ſemel, bis, tertiò, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus appellatio non admittatur, quod non credit, à non admiſſione, ac toto prætenſo ulteriori proceſſu, iterum, & toties, quoties ad eundem, ut ſupra provocat, & appellat, & ſibi de Apoſtolis reſponderi petit, ita ut ſit ultimus in appellando, & Apoſtolos petendo, & interim &c. ſub tutela &c. appellatione pendente nihil innovari, alias proteſtatur de attentatis, & aliis licitè proteſtandis, non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

Cedula appellationis à Gravamine.

13 Illuſtriſſ. D. Licèt D. V. Illuſtriſſima debuiſſet concedere ſuperſeſſoriam, & admittere articulos pro parte NN. exhibitos contra NN. adverſarium, ex quo obtulit, ſe ſolutionem prætenſæ pecuniarum ſummæ incontinenti probaturum (*vel inferatur id, quod alias quis probare intendebat, vel alia juſta cauſa, ſecundum facti contingentiam*) & interim bona fides non patitur, ut idem per D NN. adverſarium bis exigatur: Nihilominus quia hæc denegavit, & alias dictum NN. multipliciter gravavit, procurator, & eo nomine dict. NN. ſentiens ſe læſum, & timens impoſterum magis lædi, à prædictis omnibus gravaminibus, M, totoque ulteriori proceſſu, in his ſcriptis, provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit ad SS. D. N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque ſanctam ſedem Apoſtolicam, petens ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè ſibi de Apoſtolis reſponderi, & quatenus &c. à non admiſſione, ac toto prætenſo ulteriori proceſſu, iterum, ac toties quoties ad eundem appellat, ac de Apoſtolis ſibi reſponderi petit, ita ut ſit ultimus in appellando &c. & pendente &c. proteſtatus fuit, nihil innovari, alias &c. & per ſe non ſtare &c. & non ſolum, ut ſupra, ſed omni alio meliori modo &c.

14 Verum quoniam, quando citatio ad ſententiam fuit perſonaliter executa, ſententia, ſeu decretum definitivum tranſit poſt decem dies in rem judicatam, ideò ſi fuiſſet habitus terminus pro ſervato, poſſet contingere, quod ſententia ferretur in ultima die termini, videlicet, die decima poſt citationem executam, & quod pars infra dicendium de ſententia contra ſe lata, ſeu decreto facto, notitiam non haberet, quo caſu, ob non interpoſitionem appellationis infra decem dium, ſententia, ſeu decretum in rem judicatam tranſiſſet, cum maximo partis præjudicio.

Idcircò, ſi quis cautius agere voluerit, non ſolum coram A.C. & aliis judicibus, quando citatio fuit perſonaliter executa, & terminus habitus pro ſervato, ſed etiam, & ſignanter in rota, in qua terminus pro ſervato eſt quindecim, & in ultima anni audientia, ante vocationes generales, triginta dierum, poterit à termino hujuſmodi pro ſervato habito, & quatenus contra, appellationem interponere, & appellare, ac reſponſionem de Apoſtolis obtinere, ut infra videlicet.

15 Pro NN. contra NN.

Coram D. meque &c. NN. in termino &c. inſtetit ſententiari ad ejus (*ſeu ejus Principalis*) favorem, alias à termino pro ſervato habito, & quatenus contra &c. appellavit, prout in cedula, quam facto dedit, tenoris &c. Petens &c. omni &c.

Cui D. dedit terminum juris, & interim &c. omni &c.

Lata verò ſententia, ſeu facto decreto, redeunti pro Apoſtolis dabit judex, vel Refutatorios, vel Reverentiales in forma; vel alios, ut dictum eſt ſupra, prout ſibi de jure videbitur reſpondendum, concedet.

Cedula appellationis à termino pro ſervato.

16 Illuſtriſſ. D. Licèt D. V. non potuiſſet, nec debuiſſet, nec poſſit, nec debeat aliquam ſententiam ferre, ſeu decretum facere, aut ad aliquem actum præjudicialem, contra infraſcriptum inſtantem devenire in cauſa, & cauſis, quæ coram D. V. inter eumdem NN. & NN. vertuntur, ni-
N hilominus à termino, ut dicitur pro ſervato N, habito, & quatenus contra, & non alias, aliter, nec alio modo &c. Procurator, & eo nomine dicti NN. ab illa, & omnibus inde ſequentibus gravaminibus, illatis, & inferendis ad SS. D.N. Innocentium Papam Decimum, ejuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, in his ſcriptis provocat, appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit, petens d. ejus appellationem admitti, ſibique ac parti ſuæ ſemel, bis, tertio, ſæpè, ſæpius, ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè de Apoſtolis reſponderi, & quatenus appellatio non admitteretur, quod non credit, à non admiſſione, ac toto prætenſo ulteriori proceſſu, ea, qua decet reverentia, iterum, & toties, quoties ad eumdem provocat, & appellat, ac ſibi de Apoſtolis, ut ſupra, reſponderi petit, ita ut pro
O illis amplius redire non teneatur, O, quoties fuerit

fuerit denegata admissio, & dictorum Apostolorum concessio, toties provocatum, & pro Apostolis in statum censeatur, ut supra, ita ut
P ultimus in appellando, P, & Apostolos petendo, de quo, prout etiam de omnibus licitè protestandis, solemniter, & expressè protestatur, & interim pendente &c. nihil innovari, alias de nullitate, & attentatis, non solum præmisso, sed omni alio meliori modo &c.

Cæterum in causis executivis potest etiam appellari sine cedula, ut infra, videlicet.

17 Pro NN. contra NN.

Coram D. meque &c. NN. à prætenso decreto definitivo, ad favorem NN. per R. P. D. N. facto sentiens se læsum &c. ad Sanctissimum Innocentium Papam Decimum, ejusque Sanctam Sedem Apostolicam, in his scriptis appellat, provocat, & de nullitate dicit, petens &c. sibi responderi de Apostolis &c. & interim, &c. non solum, ut supra, sed omni &c.

Cui D. dedit refutatorios in forma, omni &c.

18 Verum quando judex non admittit appellationem à gravamine, vel denegatione supersessoriæ, vel admissione articulorum, vel decreto mandati relaxati, ut supra, sed dat refutatorios, qui semper dari solent, quando non appellatur à definitiva in causis executivis, & summariis, & ubicunque non datur appellatio suspensiva, tunc ad effugiendum processum ad ulteriora, necesse est adire Eminentiss. & Reverendiss. D.
Q Signaturæ justitiæ præfectum, Q. sivè ejus D. Auditorem, & allegatis rationibus opportunis, petere ab eo supersessoriam, ad effectum discutiendi in plena signatura, an, & quomodo appellationi locus sit, quo casu sit infrascripta citatio, videlicet.

Eminentissimo signaturæ justitiæ præfecto sivè

19 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum mandari supersederi usque ad primam (*vel secundam*) signaturam proximam, & sibi inhiberi ad statim, seu ad primam diem, & interim quandocunque nè audeat aliquod mandatum suscipere, aut susceptum exequi facere (*vel ad examen testium, aut ad ulteriora in causa procedere, vel aliquid aliud facere, secundum facti contingentiam*) aut quidquam prorsus innovare, vel attentare, sub pœnis scut. 500. & aliis arbitrio Domini, & decretum desuper necessarium, & opportunum fieri & interponi ad statim, seu ad primam diem, & interim &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Executa, & reproducta citatio coram Eminentiss. Præfecto sive ejus auditore, & allegatis rationibus gravaminis à judice, à quo illati, si rationes videntur relevantes, solet concedere supersessoriam, & facere decretum, quod à Notario in pede citationis extenditur, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad primam diem, cum intimatione, omni &c.

Eminentiss. sign. justitiæ præfecto sive &c.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter D. mandavit supersederi, seu inhibuit, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

20 Ut autem causa hujusmodi in plena signatura discutiatur, necesse est adire unum ex Romanæ curiæ Prælatis, utriusque signaturæ Sanctissimi D. N. Papæ referendariis, & petere ab eo, ut causam in prima (*vel secunda*) signatura proxima discutiendam, proponere velit; & ei causam acceptanti, tradere illi commissionem in forma signandi antea confectam cum appositione nominis procuratoris causæ à tergo in parte superiori, & deindè citare partem adversam, coram eo, saltem per octo dies ante signaturam transmittendo eidem adversario, una cum citatione, copiam commissionis signandæ, ut infra videlicet.

Signatura justitiæ.

21 R. P. D. NN.

Citetur NN. exadverso principalis ad comparendum coram D. & dicendum causam, quare commissio, cujus copia sibi transmittitur, proponi, & signari non debeat in prima proxima signatura justitiæ, & informandum, quatenus &c. alias videndum illam proponi, & signari, etiam altera tantum parte informante, Instante NN. principali, sivè &c.

Et successivè, cum signatura semper soleat fieri in die Jovis, debet fieri intimatio parti adversæ saltem die Lunæ, & sic saltem per duos dies ante, qualiter D. causam omninò proponet ut infra, videlicet.

Signatura justitiæ.

R. P. D. NN.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter D. in prima proxima signatura justitiæ omninò proponet commissionem, cujus copia sibi fuit alias transmissa, ideò &c. alias &c. instante NN. principali, sive &c.

22 Citatione, & intimatione, ut supra executis necesse est in die Martis ante signaturam informare omnes Prælatos votantes signaturæ, qui sunt duodecim, & etiam Eminentissimum Præfectum, seu ejus auditorem, & in voce, & in scriptis, in facto, & in jure, & tradere omnibus informationes opportunas cum summariis jurium & testium, secundum facti contingentiam, obtento prius per actorem † à D. Ponente scribi
23 super informatione facti ejus manu, & vulgo dicitur, *il proponam*, ut infra, videlicet.

Proponam die Jovis in primo (*vel in secundo*) turno NN.

Nam alias, *Proponam* pro parte ejus, qui signaturam adit, non obtento, ut supra, & ejus copia in aliis informationibus, quæ dantur singulis votantibus, non adnotata, causa non pro-
24 poneretur, † & si post intimationem, ut supra, executam, is, qui signaturam adit, non informaret, vel alias ejus defectu causa non proponeretur, teneretur alteri parti informanti ad expensas factas in informando, quæ solent manu Regia, non expectato fine litis, taxari in scutis quatuor monetæ ab Eminentissimo præfecto, seu ejus auditore, & pro illis ab altero eorundem decerni, & relaxari mandatum executivum, juxta reformationem fœl. rec. Pauli V.

25 Die verò Jovis de manè fit signatura justitiæ coram Eminentissimo præfecto, & singulæ causæ à suo ponente ponuntur, & à votantibus deciduntur,

ciduntur, & secundum hanc decisionem Eminentiss. Card. præfectus signaturæ rescribit, & signat commissiones signandas, non signandis rejectis.

26 Nec omitto, quod supersessoria, de qua supra, obtinetur ab Eminentiss. præfecto, sivè ejus auditore, habita fide à ponente, quod causam proponet, ut infra, videlicet.

27 Eminentissimè, & Reverendissimè D. Habeo in manibus commissionem in prima (*vel secunda*) proxima signatura justitiæ in causa NN. inter NN. & NN. proponendam; ideo, si placet, poterit concedere supersessoriam. Dat. hac die NN. &c.

D. V. Eminentissimæ, & Reverendissimæ

Humillimus Servus NN.

Commissio in causa rotali scuta 500. excedente Romana.

28 Beatissimè Pater. Dignetur S. V. causam, & R causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, nullitatum ex tribus, R, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à definitiva sententia, seu decreto definitivo, ut dicitur lata, seu facto per D. A. C. seu R. P. D. N. ejus in civilibus locumtenentem in prima instantia, ad assertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & super certa pecuniarum summa scuS ta 500. excedente, S, attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionem in integrum, prout de jure, una cum omnibus incidentibus dependen. emergen. annexis, connexis, ac T toto negotio principali, ac quam, & quas, T, idem orator habet, & movet, & habere, & movere vult, & intendit contra eundem NN. omnemque aliam personam, pro eo in judicio legitimè comparentem &c. alicui ex vestri sacri Palatii Apostolici causarũ auditoribus (*seu alicui S. V. Sacri Palatij auditori, seu locumtenenti*) audiendas, cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, etiam per edictum, constito summariè &c. Præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, statum, et merita causæ pro plenè, et sufficienter expressis habendo.

Commissio in causa non Rotali ad scuta 500. non ascendente. Romana.

29 Beatissimè Pater. Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, attentatorum, & innovatorum quorumcunque, necnon restitutionis in integrum prout de jure, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à quadam sententia, seu decreto definitivo per D. A. C. lata, seu facto in prima instantia ad assertum favorem NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. de, & super certa pecuniarum summa scuta 25. excedente, rebusque aliis etc. cum omnibus incidentibus, &c. dependen. & c. emergen. &c. annexis, cõnexis, ac toto negotio principali, ac quam, et quas etc. alicui Romanæ curiæ Prælato audiendas, cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriaV tis, V, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, termino juris &c. ita ut per Apostolos amplius redire non teneatur, attento, quod à X definitiva &c. X, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, statum &c. pro plenè &c.

Alia commissio cum narrativa in causa Rotali. Romana.

30 Beatissimè Pater. Joannes Titus adversarius egit coram A. C. vigore assertæ apochæ camerali obligationi vallatæ, triginta ab hinc annis, & ultra confectæ, contra devotum S. V. Oratorem NN. pro prætensa summa scutorum mille, & licèt pro parte Oratoris fuerit opposita præscriptio statuti urbis, ultra præscriptionem juris communis, non sit verisimile, quod adversarius, si fuisset revera creditor, tamdiu ejus creditum petere distulisset; nihilominus idem judex non minus nulliter, quam injustè, contra oratorem mandatum executivum pro dicta prætensa summa, decrevit, & relaxavit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ à dicto definitivo decreto infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de Z jure &c. Z, una cum omnibus inciden. dependen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Sacri Palatii Apostolici auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos quibus, quoties opus fuerit, constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, statum &c. pro plenè &c.

Commissio cum narrativa in causa non Rotali. Romana.

31 Beatissimè Pater, Introducto judicio ad instantiam NN. adversarii coram R. P. D. N. A. C. Locumtenente contra devotum S. V. Oratorem NN. in prima instantia, de, & super prætensa pecuniarum summa scutorum trecentorum quinquaginta monetæ, pro pretio venditionis domus, de qua agitur, idem Orator docuit de solutione ferè totius dictæ summæ, prout ex juribus in actis productis apparet, sed quia idem judex nihilominus pro dicta integra summa scutorum 350. contra Oratorem Mandatum executivum decrevit, & relaxavit, fuit per Oratorem ad S. V. infra legitima tempora appellatum. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque ac restitutionis in integrum, prout de jure &c. una cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis

xis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas, alicui Romanæ curiæ Prælato audiendas, cognoscendas, decidendas, fine que debito terminando committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, & quoties, singulis diebus, & horis feriatis, & & non feriatis, præterquam in honorem Dei feriatis, constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque; statum &c. pro plenè &c.

Commissio appellationis ab interlocutoria Romana.

32 Beatissimè Pater. Vertente lite, & causa coram R. P. D. A. C. inter devotum S. V. Oratorem NN. & NN. adversarium, de, & super prætensa summa scuta mille excedente, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis; licèt idem Judex Articulos pro parte dicti NN. Adversarii exhibitos admittere non debuisset, cum non sint relevantes, nec ad causam pertinentes, sed tantum ad intricandam, & protelandam litem producti, quia tamen illos admisit, ob id dictus Orator ad S. V. appellavit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon attentatorum, & innovatorum quorumcunque, ac restitutionis in integrum, prout de jure, cum omnibus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui S. V. Rotæ auditori, seu locumtenenti audien cognoscen. deciden. fineq. debito terminan. committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum &c. pro plenè &c,

Commissio appellationis à Gravamine Romana.

33 Beatissimè Pater, Licet R. P. D. A. C. debuisset articulos, pro parte NN. devoti S. V. Oratoris contra NN. adversarium exhibitos, admittere, ac supersessoriam concedere, ex quo idem Orator obtulit se incontinenti solutionem scutorum ducentorum exadverso petitorum probaturum, quia tamen ductos articulos rejecit, ac supersessoriam denegavit, & alias multipliciter Oratorem gravavit, & bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, præsertim quando quis offert se probaturum incontinenti; Idcirco dictus orator à prædictis gravaminibus, ac toto ulteriori processu ad S. V. appellavit. Dignetur igitur S. V. causam, ac causas appellationis, & appellationum hujusmodi, necnon nullitatis, & nullitatum, ex tribus iniquitatis, & notoriæ injustitiæ, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, attentatorum, & innovatorum quorumcunque ac restitutionis in integrum, prout de jure, &c. una cum omnibus ejus inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, ac toto negotio principali, & quam, & quas &c. alicui Romanæ curiæ Prælato audiendas cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare cum potestate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, ita ut singulis diebus, & horis in hujusmodi causa procedi possit, præterquam in honorem Dei feriatis, constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque; statum &c. pro plenè &c.

34 Signatura igitur justitiæ in causis, quæ in ea proponuntur, si non constat de aliquo gravamine, respondet *nihil rescribendum*; si verò constat de gravamine, AA, aut respondet pro appellatione simpliciter, aut cum clausula. *sine præjudicio*, aut cum clausula, *si quid exequendum*, aut cum clausula, *ad legitimam*.

35 Si decretum est nullum, vel injustum, admittit appellationem simpliciter, & tunc utriusque signaturæ Referendarius, qui causam proposuit, opponit in capite sinistro commissionis hæc verba, videlicet, *Ex Signatura parte audita*, vel ex Signatura V. P. informante, in capite verò dextero apponit ejus nomen videlicet, NN. &
36 in pede capitis sinistri scribit verbum † *Placet*. & deinde transmittit d. commissionem ad primum Revisorem, quem vulgo, *Todescum*, appellant, qui quidem Revisor illam affert Eminentissimo Signaturæ justitiæ præfecto, & hic eam signat hoc modo, videlicet, *Placeat Domino nostro Papæ, N. Cardinali* N. Successivè dictus Re-
37 visor commissionem sic signatam, † ac diligenter perspectam, & correctam, ac in suo libro adnotatam, consignat secundo Revisori, hic illam diligenter inspectam affert Illustriss. D. Cancellariæ Regenti, qui in ea apponit nomen judicis futuri illius causæ. & illam signat hoc modo, videlicet, *de mandato D. N. Papæ, audiat Mag. NN. citet, inhibeat, procedat, ut petitur, & justitiam faciat*, & postquam dictus secundus Revisor illam sic signatam in suo libro adnotavit,
38 consignat eamdem Magistro Cursorum, qui fert illam ad Banchum Cursorum, & hic, apponendo diem à tergo illius manu propria, adno-
39 tat eam in suo libro, † & tunc pars, quæ rescriptum favorabile obtinuit, soluta cursorum Magistro competenti mercede, illam in Capsa judicis, in ea assignati, inferri curat, ac deindè à Notariis Mensariis, ad quos spectat, è Capsa extrahi, ad Officium deferri, & judici præsentari, ac Notario illius causæ futuro distribui, & consignari.

40 Si verò decretum apparet justum, & validum, tunc signatura rescribit cum clausula *sine præjudicio legitimæ executionis*, & sic admittit appellationem, tantum ad effectum devolutivum, non autem suspensivum.

41 At si justitia, ac validitas decreti non sit adeò clara, sed patiatur difficultates, signatura rescribit cum clausula *si quid exequendum*, vel cum clausula *ad legitimam*, quo casu executio auferetur judici à quo, & transfertur in judicem ad quem. ad hoc, ut ille, si decretum ex eisdem actis justum, & validum appareat, exequatur; sin minus causam appellationis cognoscat.

42 Quæ quidem clausulæ adduntur de ordine signaturæ à Referendario, qui causam proposuit in corpore commissionis, quæ deinde signatur,

& in

& in Capsa judicis ponitur, & à Notario mensario, ut supra distribuitur, ac deinde citatur pars adversa coram judice ad quem, ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

43 Romana Pecuniaria.

Citetur NN. exadverso principalis, ad dicen-
BB dum contra commissionem, BB, in actis exhibitam; necnon videndum illam admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandati procedi, & inhiberi ad primam diem, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. repetiit commissionem in actis præsentatam, & petiit, & obtinuit, ut supra, omni, &c.

44 In causis hujusmodi Commissariis in Rota vertentibus citationes debent exequi perso-
CC liter, CC, Etsi Commissio non est adhuc Notario distributa, in pede citationis dicitur Mensarius Notarius, postquam verò Mensarius illam distribuit, apponitur ibidem nomen Notarii, cum fuit distributa; In causis verò Prælato extra Rotam commissis, citationes pariter debent esse personales, sed Notarius semper est ille, qui pro tempore est custos Archivii Romanæ Curiæ Scriptorum, & citatur per acta Archivii præfati.

45 Cæterum, si causa est appellabilis, & non est necesse adire plenam Signaturam, fit Commis-
DD sio in forma signandi, DD, & fertur Referendario, qui apponit in parte dextera superiori illius nomen proprium, & in pede partis sinistræ verbum, *Placet*, & deinde Commissio, sic signata, ponitur in Capsula primi Revisoris, qui illam revisam, & deinde ab Eminentiss. D. Cardinali Signaturæ Præfecto, ut supra signatam consignat secundo Revisori Illustriss. D. Cancellariæ Regentis substituto, & iste eandem revisam, & ab Illustrissimo Regente signatam ut supra consignat Magistro Cursorum, à quo instante parte
EE ponitur in Capsa judicis, EE, ut supra.

46 Aliquando pars, quæ sententiam obtinuit, timens, ne commissio transeat, ut supra, ut vulgo dicitur, *sotto la banca*, curat obtinere, *Nihil transeat*, ab Eminentiss. Cardinali Præfecto, tenoris videlicet.

47 Eminentiss. & Reverendiss. D.

Romana pecuniaria.

Nihil transeat per NN. contra NN. attento quod fuit actum vigore obligationis cameralis, & nisi citatio NN. principalis, sive NN. Procuratore, hac die &c.

N. Cardinalis. N.

48 Si hoc, *nihil transeat*, ab Eminentiss. Signaturæ præfecto subscriptum, fuerit à parte datum Commissionum Revisori, erit necesse citare coram isto partem, quæ illud dedit, ut infra videlicet.

Commissionum Revisore.

49 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum causam, quare commissio expediri, & relaxari non debeat, & informandum, quatenus &c. alias videndum illam expediri, & relaxari quibuscumque non obstantibus, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

Et fit intimatio de ordine Revisoris, videlicet.

Commissionum Revisore.

Intimatur NN. exadverso principali, qualiter D. relaxavit commissionem quibuscumque non obstantibus, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

50 Non raro solet in causis hujusmodi pecuniariis Revisor relaxare commissionem cum clausula in illius corpore addita, videlicet. *Non tamen vigore obligationis cameralis, aut alterius processus executivi, ita ut inhibitio non afficiat, quatenus sit actum vigore obligationis cameralis aut*
51 *alterius processus executivi*, unde † sive Revisor rejiciat commissionem omninò, sivè dictam clausulam in corpore addat, utroque casu necesse est adire plenam Signaturam, ut superius dictum est, nam alias, stante dicta clausula, inhibitio non afficeret, & adversarius posset exequi facere mandatum si judex à quo dedisset refutatorios.

52 Non omittit quod aliquando Referendarius antequam signet commissionem *(quod rarò accidit)* mandat citari partem coram eo, ad effectum videndi, an commissio sit signanda in camera, & tunc citatur pars adversa, ut infra videlicet.

R. P. D. NN.

Romana.

53 Citetur NN. exadverso principalis, ad dicendum causam, quare commissio signari non debeat in camera, & informandum, quatenus &c. alias videndum illam signari, etiam altera tantum parte informante ad p.d. instante NN. principali, sivè, &c.

Et fit intimatio de ordine Referendarii, videlicet.

R. P. D. NN.

Romana.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. signavit commissionem, & alias prout in actis, Instante NN. principali, sive &c.

54 Si verò aliquis absque ulla clausula commissionem appellationis via ordinaria, ut vulgo dicitur, *sotto la bancha*, juxta superius tradita, extorsisset, & pars cui illa est præjudicialis, intenderet eam reformari, esset necesse adire plenam Signaturam, parte citata, juxta ordinem superius traditum, & facere copiam commissionis exadverso extortæ cum suis rescriptis in forma signandi, & post eam addere commissionem reformatoriam, videlicet.

55 Beatissimè Pater. Si NN. in præinserta pro oratore nominatus S. V. exposuisset, prout non sine dolo tacuit, quod devotus S. V. Orator NN. obtinuit à R. P. D. A. C. decerni, & relaxari mandatum vigore obligationis cameralis, quæ appellationem suspensivam non admittit, & quod jam est cœpta executio, utique præinsertam non extorsisset, sed quia falsus precator debet impetratis carere, supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur, eidem NN. cui præinserta est directa ut causa, & causis hujusmodi, ac si præinserta esset signata cū clausula, sine præjudicio legitimæ executionis, & obliga-

tionis Cameralis procedat, committere, & mandare, cum facultate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, Constitutionibus, Stylo Palatii cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque Statum, &c. pro plenè, &c.

Hæc præinserta in forma signandi datur D. Referendario, qui illam proponit in plena Signatura, utraque parte informante, vel parte citata, juxta ordinem superius traditum.

56 Quòd si fortè Pars obtineret in plena Signatura Commissionem reformari, & cum d. clausula *sine præjudicio, &c.* rescribi, & altera Pars esset gravata, & vellet iterum audiri in plena Signatura, debet obtinere licentiam ab Eminentiss. Præfecto, adducendo ei rationes gravaminis sibi à Signatura illati, ob quas petit iterum audiri, Qui Eminentiss. facto per partem, quæ vult iterùm audiri, depositro scutorum quatuor in Sacr. M. P. pro expensis reficiendis in casu succumbentiæ, & consignata eidem Eminentiss. Cedula Sacri Montis Pietatis continente depositum dictæ summæ, concedit, *si ei videtur rationi consonum*, licentiam, ut causa ab eodem D. Referendario, qui aliàs eam proposuit, reproponatur. Tunc qui vult iterum audiri, facta copia ambarum dictarum commissionum cum suis rescriptis in forma signandi, addit in pede illarum in eadem forma commissionem reformatoriam, ut infra, videlicet.

57 Beatissime Pater. Si NN. in secundo loco præinserta pro Oratore nominatus S. V. exposuisset, prout non sine dolo tacuit, quod asserta obligatio Cameralis, cujus vigore egerat coram R. P. D. A. C. fuerat antea vulnerata per Sententiam absolutoriam, & ob id perperam egit, & Mandatum ab A. C. decerni, & relaxari extorsit via executiva, quæ nullo modo ei competebat, eoque magis quia pendebat causa Appellationis ab eo à prima Sententia interposita, qua stante nihil erat innovandum, utique secundo præinsertam non extorsisset. Verum quia Pater Sancte, æquum non est, ut falsis precator gaudeat impetratis, supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem NN. cui primò præinserta est directa, ut in causa, & causis hujusmodi ac si secundò præinserta non emanasset, procedat, committere, & mandare cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

58 Et proposita iterum causa in plena Signatura, parte citata vel utraque parte informante, si pars, quæ fecit, depositum obtinet, illud recuperat, sin minus consignatur parti adversæ pro expensis in Signatura factis.

59 Evenit aliquando, quòd A. C. post appellationem coram eo interpositam, antequam Pars adeat Signaturam, iterum audit Partes super meritis causæ, & cognita justitia decreti, seu FF illius nullitate, reponit. FF, ab eo, citata parte, ut supra *cap. 8. de exceptionibus* dictum fuit.

60 Quod facere potest, etiam si decretum, quoad Partem transisset in judicatum, cùm nihilominus A. C. possit ab illo reponere, nam quoad Judicem in judicatum non transit, nisi pronunciasset per Cedulam, & sic functus esset officio suo, vel commissa fuisset causa Appellationis.

61 Quòd si nihilominus A. C. reponere nolit, aditi potest Signatura pro repositione, vel Signatura, adita pro appellatione, mandat eidem A. C. oretenus, ut reponat, vel prævia repositione à decreto, iterum audiat, vel A. C. met, ut prævia repositione alium deputet, & in his judex debet omninò exequi mentem Signaturæ.

62 Interposita ergo appellatione coram A. C. & obtenta supersessoria ab Eminentiss. Signaturæ Præfecto, aditur Signatura, vel pro Appellatione, ut supra, vel pro repositione, vel pro alterius deputatione, prout in sequentibus Formulis Commissionum, videlicet.

Commissio pro alterius Judicis deputatione.

Romana.

63 Beatissime Pater, Exponitur humiliter S. V. pro parte devoti illius Oratoris NN. quod introducta lite contra eundem Oratorem coram R. P. D. A. C. ad instantiam NN. prætensi creditoris in scutis quingentis monetæ, occasione pretii Vineæ, licèt Orator opposuerit exceptionem compensationis, & docuerit, se esse ex alia parte creditorem ejusdem NN. adversarii in simili summa occasione mutui, & ejus creditum sit pariter privilegiatum, & Camerali obligatione vallatum Nihilominus A. C. rejecta dicta exceptione compensationis, Mandatum ad favorem Adversarii nulliter, & injustè relaxavit. Supplicat igitur idem Orator S. V. ut dignetur committere, & mandare R. P. D. A. C. met, ut prævia repositione à decreto prædicto, aliùm deputet, cum facultatibus opportunis, necnon cum potestate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis, non obstantibus quibuscunque, Statum, &c. pro plenè, &c.

Commissio pro repositione.

Romana.

64 Beatissime Pater, Licèt R. P. D. A. C. non potuisset, nec debuisset decernere literas missivas in partibus loco Remissorialium, ad instantiam NN. contra devotum S. V. Oratorem NN. ex quo idem adversarius intendit examinare super eisdem, & directo contrariis, quod facere non potest, cùm dicerit testificata, & habuerit in manibus originalem processum examinis Testium apertum, & publicatum, tamen quia hoc non attento dictas literas decrevit. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator antedictus, ut dignetur oretenus eidem A. C. ut ab hujusmodi decreto Oratorem reponat, committere & mandare, cum facultate citandi, inhibendi, quos, quibus, quoties, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque Statum, &c. pro plenè, &c.

63 Tunc si Signatura mandavit oretenus A. C. met, ut, prævia repositione, alium deputaret, citatur coram eo ut infra videlicet.

A. C. met.

Citetur NN. exadverso principalis ad videndum Instantem reponi à quocumque prætenso

decreto præjudiciali relaxationis mandati per NN.facto, & concordandum de alio judice,ac dandum liſtam confidentium,quatenus, &c. aliàs videndum per D.deputari ex officio, juxta mentem Signaturæ,ad p.d.inſtante NN. principali,ſive &c.

Decretum. N.Notarius.

NN.petiit,& obtinuit,ut ſupra reponi,& dari liſtam,cum intimatione,omni &c.

A.C.Met.

Intimetur NN. exadverſo principali qualiter D.repoſuit, & mandavit dari liſtam confidentium,& alias prout in actis. Ideo citetur idem
67 ad dandum d.liſtam, † aliàs videndum per D. deputari Judicem ex officio, quibuscumque non obſtantibus,ad primam diem,inſtante NN. principali,ſive,&c.

Decretum. N.Notarius.

NN. petiit,ut ſupra, & obtinuit deputari Judicem,NN.cum intimatione,omni &c.

A.C.Met.

Intimetur NN.exadverſo principali,qualiter D.deputavit Judicem,& aliàs prout in actis,inſtante NN.principali,ſive &c,

N.Notarius.

Si verò Signatura mandavit ſimpliciter reponi,citatur,ut infra videlicet.

A.C.N.

68 Citetur NN. ex adverſo,principalis, ad videndum Inſtantem,reponi à quocumque decreto præjudiciali,juxta mentem Signaturæ, & decretum neceſſarium,& opportunum fieri,& interponi ad primam diem.Inſtante NN. principali,ſive,&c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut ſupra niſi ad primam diem,cum intimatione,omni,&c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D.repoſuit, & aliàs prout in actis,inſtante NN. principali,ſive,&c.

N.Notarius.

69 Cæterum in cauſa appellabili, ſi appellatio non fuerit interpoſita, vel fuerit minus legitimè interpoſita,vel non conſtet de ejus legitima proſecutione, tunc elapſis decem diebus datis ad appellandum, obſervantur infraſcripti quatuor termini ſubſtantiales,& citatur Appellans,ut infra,videlicet.

A.C.N.

70 Citetur NN.exadverſo principalis, ad docendum de appellatione, ejusque legitima proſecu-
GG tione, GG, primo pro prima dilatione ad primam diem,inſtante NN.principali,ſive,&c.

Decretum. N.Notarius.

NN.accuſavit contumaciam partis adverſæ& petiit,ut ſupra, & obtinuit ſervari ſecundo pro ſecunda,omni,&c.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis ad docendum de Appellatione,ejusque legitima proſecutione ſecundo pro ſecunda dilatione, ad primam diem,inſtante NN.principali,ſive,&c.

Decretum. N.Notarius.

NN. accuſata contumacia partis adverſæ petiit,ut ſupra,& obtinuit ſervari tertio pro tertia, omni,&c.

A.C.N.

Citetur NN. exadverſo principalis,ad docendum de appellatione, ejus legitima proſecutione tertio pro tertia dilatione ad primam diem, inſtante NN.principali,omni,&c,

N.Notarius.

Decretum.

NN. accuſavit contumaciam partis adverſæ, & petiit, & obtinuit ſervari quarto pro quarta omni,&c.

A.C.N.

Citetur NN.ex adverſo principalis,ad docendum de appellatione, ejusque legitima proſecutione quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione ad primam diem,inſtante NN.principali, ſive,&c.

Decretum. N.Notarius.

NN.accuſavit contumaciam partis adverſæ,& obtinuit ut ſupra,omni &c.

71 His quatuor terminis,ut ſupra ſervatis, poteſt ritè procedi ad mandati, ſeu rei judicatæ executionem, niſi pars doceat de appellatione, ac legitima proſecutione,ut ſupra, & citatur ad videndum taxari,& moderari expenſas, vel unico contextu in dicta quarta citatione,vel ſeparatim ut infra,videlicet.

A.C.N.

72 Citetur NN.ex adverſo principalis, ad videndum taxari,& moderari Expenſas HH,& taxa-
HH tas,& moderatas ſolvendum, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum executivum ad primam diem,inſtante NN.principali,ſive,&c.

N.Notarius.

Et exhibita liſta expenſarum,illisque liquidatis à Notario actuario,obtinetur decretum, videlicet.

NN. petiit, & obtinuit ut ſupra, niſi ad primam diem,cum intimatione,omni,&c.

A.C.N.

Intimetur NN ex adverſo principali, qualiter D.relaxavit mandatum, & aliàs prout in actis, inſtante NN.principali, ſive &c.

N.Notarius.

73 Sed ſi agitur de executione Decreti, ſeu Sententiæ, & rei judicatæ, in cujus prolatione non fuerit relaxatum mandatum, tunc ſi expenſæ non continent ſummam appellabilem, quæ in A.C. Tribunali eſt ultra ſcuta viginti monetæ, citatur,ut infra,videlicet.

A.C.N.

74 Citetur NN,ex adverſo principalis,ad docendum de Appellatione, ejusque legitima proſecutione, quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione,necnon videndum taxari,& moderari expenſas,taxatas,& moderatas ſolvendum,& tam pro illis, quàm pro contentis in Sententia, & re judicata decerni, & relaxari mandatum executivum, & aliud quodcunque reſpectivè neceſſarium,& opportunum ad primam diem, inſtante NN.principali,ſive &c.

N.Notarius.

Exhibita liſta expenſarum, & facta liquidatione à Notario,ut ſupra, obtinetur Decretum, videlicet,

NN.pe-

NN.petiit,& obtinuit, ut supra,nisi ad primam diem,cum intimatione,omni,&c.

A.C.N.

Intimetur NN.exadverso principali, qualiter Dominus relaxavit Mandatum,& aliàs prout in actis,instante NN.principali, sivè,&c.

N.Notarius.

75 Quæ quidem citatio ad videndum taxari Expensas,& relaxari Mandatum, si Expensæ excedant summam scutorum viginti monetæ, & sic contineant summam appellabilem, debet fieri divisim à citatione ad videndum relaxari Mandatum pro contentis in Sententia in vim rei judicatæ, quæ potest etiam fieri conjunctim, vel divisim à citatione ad docendum de Appellatione quarto pro quarta, & prout melius causæ Patronus sibi expedire judicaverit,ne aliàs,facta mixtura,decretum efficeretur appellabile:quam quidem praxim super taxatione Expensarum magis diffusè conspicere licebit inferius, *part.2. cap.14.num.38.& seqq.*

76 Nec A.C.pro executione suæ Sententiæ indiget alia Commissione, cùm id facere possit vigore suarum ordinariarum facultatum, tamquam judex ordinarius,etiam in illis causis, in quibus est delegatum.

Sed alii Judices Commissarii in Romana Curia,ob præsentiam Principis *, non exequuntur suas Sententias, nisi obtenta infrascripta executoriali,II.& speciali commissione, videlicet.

Romana.

77 Beatissime Pater, introducto judicio coram NN.in prima instantia, pro parte devoti illius Oratoris NN. contra NN. de, & super consequutione scutorum NN.(*vel alia re secundùm facti contingentiam exprimenda*) idem Orator Sententiam favorabilem reportavit, quæ ob non appellationem in tempore interpositam, vel ob non prosecutionem, vel ob lapsum fatalium transitum fecit in judicatum. Verum quia P.S. parum esset Sententias obtinere, nisi debitæ demandarentur executioni. Supplicat igitur S.V. Orator antedictus,ut dignetur eidem NN. ut, præfixo aliquo brevi,& competenti termino eidem Adversario ad docendum de appellatione ejusque legitima prosecutione,& nihil,quod relevet docto,Expensas in hujusmodi causa factas exeat,& moderatur, & dictam Sententiam legitimæ executioni demandet, committere & mandare,cum potestate citandi,inhibēdi,quos, quibus,quoties, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque,Statutum,&c.pro plenè,&c.

Rescriptum Signaturæ.

De Mandato D,N.PP.idem Judex præfigat, exequatur,ut petitur, & justitiam faciat.

Placet D.N.Papæ,& Cardinalis N.

78 Et si Decretum, seu Sententia fuit confirmata in secunda,vel tertia instantia, additur in commissione,*quæ Sententia fuit ab N.in secunda, & N. in tertia*(seu alia) *instantia confirmata*: seu *quæ fuit primo loco ab N.& secundo loco ab N. confirmata*, & solet Signatura rescribere cum clausula, *dummodo non sit alteri commissa.* Causa verò in plena Signatura discussa solet rescribere cum clausula, *constito de tribus conformibus, vel quod aliàs executioni locus sit,&c.*

79 Si verò sit lata Sententia inter Cives,& Incolas dicitur in commissione, *quæ fuit ab N. confirmata*,& cùm agatur inter cives,& incolas, duæ habent vim trium,& faciunt rem judicatam, ex LL dispositione Statuti Urbis,LL, & tunc Signatura rescribit cum clausula *constito*, *quod sit locus Statuto,vel aliàs executioni, &c.*

Qua commissione obtenta,citatur, ut infra, videlicet.

R.P.D.N.

Romana.

80 Citetur NN.exadverso principalis, ad dicendum contra Commissionem,necnon videndum admitti, & juxta illius formam, & tenorem mandari procedi,ad p.d.instante NN.principali,sive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN. repetiit Commissionem executorialem in actis exhibitam,& petiit,& obtinuit,ut supra, omni &c.

81 Deinde citata Parte,si opus sit, ad dicendum contra jura,& repetitis, & admissis juribus si,& in quantum,citatur,ut infra,videlicet.

R.P.D.N.

Romana.

82 Citetur NN.exadverso principalis,ad videndum sibi præfigi terminum ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosecutione, juxta formam Commissionis, ad p. d. instante NN.principali,sive &c.

NN.Notarius.

Decretum.

NN.petiit,ut supra, & obtinuit præfigi terminum duorum dierum,cum intimatione,omni,&c.

R.P.D.N.

Romana.

Intimetur NN.exadverso principali,qualiter D.præfixit terminum,& aliàs prout in actis, instante NN.principali,sive &c.

N.Notarius.

Successivè elapsis dd.duobus diebus,citatur, ut infra,videlicet.

R.P.D.N.

Romana.

83 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum taxari,& moderari. Expensas,& taxatas & moderatas solvendum, & tam pro illis, quàm pro contentis in sententia, & re judicata, decerni,& relaxari Mandatū executivum,& aliud necessarium,& opportunum ad p.d.instante NN.principali,sive &c.

N.Notarius.

Et producta notula expensarum, factaque illarum liquidatione à Notario, obtinetur decretum videlicet.

NN.petiit,& obtinuit,ut supra, cum intimatione,omni,&c.

R.P.D.N.

Romana.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D.relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis,Instante NN. principali,sive &c.

N.Notarius.

84 Executa, & reproducta intimatione, potest accipi Mandatum pro contentis, in Sententia pro expensis verò, scuta viginti monetæ excedentibus, constituentibus summam appellabilem, pro qua Signatura rescribit, non potest accipi Mandatum, nisi post decem dies datos ad appellandum ab excessiva taxatione, alias executio facta infra decem dies esset nulla. Sed si Expensæ non continent summam appellabilem, potest accipi Mandatum, etiam pro illis, reproducta ut supra intimatione.

85 Ex adverso Pars citata ad docendum de Appellatione, ut supra, si causa Appellationis fuit commissa, debet citare coram judice ad quem, ad dicendum contra commissionem, & inhiberi, vel si adhuc commissio non est expedita, prout sæpè occurrit, quando judex dat Reverentiales in forma, in causa appellabili, cùm sit fere impossibile causam appellationis committere infra decem dies, & sic infra terminum Reverentialium, cautela est passim frequentata ut infra dictos decem dies doceat de diligentiis in committendo causam appellationis, ne aliàs causa illis elapsis transiret deserta, docetur autem de diligentiis hujusmodi coram judice à quo, ut infra, videlicet.

86 Fit copia Commissionis, & præsentatur, Eminentiss. Signaturæ justitiæ Præfecto, vel Illustriss. D. Cancellariæ Regenti, qui illam manu propria subscribit, ut infra, videlicet.

MM Præsentata, MM. dies (verbi gratia) prima Junii.

Quæ quidem Commissionis copia, postquam fuit, ut supra, subscripta cum adnotatione diei præsentationis illius, vocatur præsentata, & est tantæ efficaciæ, ut sufficiat ad docendum de diligentiis in committendo causam appellationis, postquàm est in actis Judicis à quo exhibita, & sic ad desertionem appellationis evitandam, productio autem illius fit, ut infra, videlicet.

87 Pro NN. contra NN.

In Officio NN. & ad docendum de diligentiis in committendo causam appellationis, facto produxit copiam Commissionis Illustriss. D. Cancellariæ Regenti præsentatam sub die NN. & ab eo subscriptam, prout in folio, tenoris, &c. protestans per se non stetisse, nec stare, &c. & nihil innovari aliàs, &c. omni, &c.

88 Præsentata in Actis exhibita, habet Appellans illius virtute terminum unius mensis, seu triginta dierum, à die subscriptionis, & præsentationis ejusdem Illustriss. Regenti factæ numerandum, ad causam Appellationis committendam, Quod si nec infra dictum mensem

89 causa committi posset, facta alia Præsentata simili & illa in Actis exhibita, ut supra, habebit Appellans terminum alterius mensis, donec in effectu Commissio signata habeatur, & Judici cui est directa præsentatur, prout in casibus, in quibus commissio ob legitima impedimenta non potuit in termino primi mensis, seu primæ Præsentatæ penitus expediri, observatum vidi.

90 Sed si coram Judice Commissario acta infra biennium non transportarentur, quia inhibitio vigore Commissionis emanata moderati fine ordine Signaturæ non valet, petitur ex adverso, & obtinetur à Signatura committi eidem Judici ad quem, ut suam moderetur inhibitionem, ut infra, videlicet.

Romana.

91 Beatissime Pater. Lata Sententia, seu facto Decreto in prima, (*seu alia*) instantia ab NN. ad favorem NN. devoti S. V. Oratoris contra NN. de, & super certa pecuniarum summa scuta NN. excedente, rebusque aliis, &c. quæ, seu quod ob non prosecutionem infra biennium transitum fecit in rem judicatam, ob id, licèt dictus NN. debuisset de ejus Sententiam executioni demandare, quia tamen ob assertam inhibitionem R. P. D. NN. vigore commissionis, ut dicitur emanatæ ad instantiam NN. Adversarii retardatur. Supplicat igitur S. V. Orator antedictus, ut dignetur eidem NN. ut præfixo parti adversæ aliquo brevi, & competente termino ejus arbitrio moderando, ad transportandum acta, eo elapso, & actis non transportatis, fiam moderetur inhibitionem, & causam ad Judicem à quo remittat, Actis verò transportatis, præfixo eidem Parti adversæ alio brevi, & competente termino ad docendum de appellatione, ejusq; legitima prosecutione, & causis restitutionis in integrum, eo elapso, & nihil quod relevet docto expensas taxet, & moderetur, dictamq, Sententiam, seu Decretum legitimæ executioni demandet, & mandata quæcumque in præmissis quomodolibet necessaria, & opportuna, decernat, & relaxet, committere, & mandare, cum potestate citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, constitutionibus Apostolicis, Stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Statutum, &c. pro plenè, &c.

Rescriptum Signaturæ.

De mandato D. NN. PP. idem Judex præfigat exequatur ut petitur, & justitiam faciat.

Placet D. N. Papæ N. Card. N.

92 Qua Commissione judici ad quem præsentata, citatur coram eo Pars adversa ad dicendum contra Commissionem in actis ultimo loco exhibitam, & juxta illius formam videndum mandari procedi, ut supra n. 80.

Et deinde citatur eadem Pars adversa, ut infra, videlicet.

R. P. D. NN.

Romana pecuniaria.

93 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum sibi præfigi terminum ad transportandum acta juxta formam Commissionis, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit ut supra præfigi terminum quindecim dierum (*seu majorem, vel minorem, prout Judex arbitratus fuerit*) cum intimatione, omni, &c.

R. P. D. NN.

Romana Pecuniaria.

Intimetur NN. ex adverso principalis, qualiter D. præfixit terminum ad transportandum acta, & alias prout in Actis, Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Quod

Quòd si acta non fuerint in termino assignato transportata, citatur, ut infrà, videlicet.

R.P.D.NN.

Romana Pecuniaria.

94 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum moderari inhibitionem, & remitti causam ad judicem à quo, juxta formam commissionis, ad p.d. Instante NN. principali; sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit & obtinuit, ut suprà juxta formam commissionis, cum intimatione, omni &c.

R.P.D.NN.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. moderatus fuit inhibitionem, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

95 NN Actis verò transportatis citatur, ut dictum est suprà de commissione executorialis, NN. *sub n. 80. & seqq.*

96 Sed si causa appellationis fuit introducta coram A.C. vigore ejus ordinariarum facultatum, & acta infra biennium non fuerint trãsportata, quia ipse pro moderatione suæ inhibitionis, dũ processit uti ordinarius non indiget alia commissione, servatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, ut suprà, servari solitis, citatur coram eo pars adversa, ut infrà, videlicet.

A.C.N.

97 Citetur NN. exadverso principalis ad videndum moderari inhibitionem attento lapsu biennii, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi infra decem, *aut longiorem, vel breviorem terminum arbitrio judicis*, cum intimatione omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. moderatus fuit inhibitionem, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

98 Quo termino elapso, si pars acta non transportavit, inhibitio remanet moderata, si verò acta in dict. termino, vel alio forsan prorogato, transportavit, A.C. audit, & cognoscit de meritis causæ, & confirmat, vel revocat, vel exequitur sententiam judicis à quo, secundùm facti contingentias, prout justitia suadet, ut suo loco dicetur.

99 Illud etiam est advertendum in causis commissariis, quod si acta sunt transportata, & instat lapsus biennii, necesse est obtinere à Signatura prorogationem fatalium, ne aliàs causa transiret deserta, & obtinetur, ut infrà, videlicet.

Romana.

100 Beatissime Pater, introducta causa appellationis pro parte Devoti S.V. Oratoris NN. ab assertа sententia, seu decreto definitivo lata, seu facto per NN. in prima (*sive alia*) instantia ad assertum, favorem NN. adversarii coram R.P.D.NN. de, & super certa pecuniarum summa scutorum NN. excedente, rebusque aliis &c. quia Orator ob varios casus impeditus infra biennium, cujus lapsus instat, prosequi non potuit, aut potest. Supplicat humiliter S.V. Orator antedictus, ut dignetur eidem R.P.D.NN. ut fatalia nunquam, *vel semel, si aliàs fuerunt prorogata*, prorogata quatenus durent, suo arbitrio proroget, quatenus verò lapsa sint, Oratorem adversus eorum lapsum in integrum prout de jure, restituat, committere, & mandare cum facultatibus in alia commissione ttibutis necessariis, & opportunis, necnon citandi, inhibendi quos, quibus, quoties, Constitutionibus, stylo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, statum &c. pro plenè &c.

Rescriptum Signaturæ.

De mandato D.N. Papæ, idem Judex prorogeт, restituat, ut petitur, & justitiam faciat.

Placet D.N. Papæ N. Card.N.

Et exhibita in actis commissione, ac citata parte ad dicendum contra illam, ut suprà *n.* 43. citatur, ut infrà, videlicet.

R.P.D.NN.

Romana.

Citetur NN. exadverso principalis ad videndum prorogari fatalia, juxta formam commissionis, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. Petiit, ut suprà, & obtinuit prorogari fatalia ad alios sex menses, juxta formam commissionis, omni &c.

103 Verùm in Rota, si in prima commissione appellationis vel alia, sit etiam commissa causa restitutionis in integrum, prout de jure, semper quis potest audiri super meritis causæ, & obtinere, si constat de bono jure, non obstante quocumque lapsu fatalium, & etiam non obstante lapsu quadriennii, nam hujusmodi lapsus non attenditur in Curia.

104 Similiter in causis appellationum coram A.C. vigore ejus ordinariarum facultatum introductis transportatis actis, & constito de bono jure, nec biennii, seu fatalium, nec quadriennii lapsus attenditur, & ita quotidie observatur in Praxi.

105 Denique non omitto cautelam, quæ datur, quando pendente termino juris, aut alio ad redeundum pro Apostolis dato, appellatus vult amputare protractionem litis, & expedire commissionem, nam poterit citare appellantem, ut infrà, videlicet.

A.C.N.

106 Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum sibi responderi de Apostolis, OO. & Decretum necessarium, & opportunum fieri, ad p.d. Instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, ut suprà. Et tunc D. dedit NN. appellanti Reverentiales in forma (*seu alois secundùm facti contingentiam*) cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, quali-

ter

ter D.respondit de Apostolis, & aliàs prout in actis,instante NN.principalis,sive &c.

N.Notarius.

107 Signanter autem,si fuisset actum vigore obligationis Cameralis, & Judex appellanti dedisset terminum juris,& interim &c. prout aliquando evenire vidi, si appellatus vult procedere ad ulteriora in executione quamcitius fieri possit, & amputare protractionem litis,poterit citare adversarium appellantem,ad videndum sibi de Apostolis responderi,& instare apud Judicem, ut det Apostolos refutatorios, qui semper in similibus dari consueverunt, quibus à Judice datis, nisi pars obtineat à Præfecto Signaturæ supersessoriam,ut suprà n.19. vel aliud obsistat, poterit appellatus,sine metu attentatorum,procedere ad executionem mandati.

108 Cæterùm formulæ cædularum,& commissionum appellationis in possessorijs,& aliis causis ponentur infrà in secunda,& tertia parte, & suis locis, in quibus de materiis opportunis tractabitur, ex quibus, & aliis superius positis, poterunt, mutatis mutandis secundùm factorum contingentias,fieri cedulæ, & commissiones cũ narrativa,vel sine,prout casus requiret, & materia subjecta suadebit in omnibus causis.

Observationes.

A 109 Appellatio in terminis, de quibus agitur,nihil aliud est, quàm à minori Judice ad majorem provocatio, *l 1.§.Si quis in appellat. ff. de appellation.* Et hæc est communis, & receptissima appellationis definitio, ut testatur *Rebuff.in tract.de appell.in præf.num.2 fol.898.* quem refert & sequitur *Scacc.de appell lib.3.c.2.q.1. art.1.n.1.* Ad superiorem enim est appellandum, non verò ad inferiorem, nec etiam ad parem, *c.Romana,§. debet de appell.in 6. in plenè. Surd.cons.106. n.9. & seqq.li.1.* & est appellatio remedium contra venenum injustæ sententiæ, *d.l.1.ff.de appellat. Oldrad.cons.255.nu.5.vers.præterea Gravat.ad Vestr. lib 3 t.5.num 11.Scacc.de appell q 3.n.1. Barz.dec. Bonon.68.n.6.* & defensio competens oppressis contra injustitiam, & iniquitatem Judicis, *cap. cum speciali,§.porrò de appell.d l 1.1. de appell. Maran.de ord.Jud.par.ult art.2.n.236.* etiam de jure naturali, *Jo.Andr. in cap.fin.nu.13. de appell.in 6.*

110 *Alex.cons.113.viso Themate, num.1. lib.5. Scacc.de appell.q.19.num.3. Gravat. ad Vestr.d.lib.3.c.5.nu. 11.* & ob id non est deneganda etiam diabolo pro justitia, si esset in judicio, *cap. cum inter.§. porrò,de exceptio. Paris.cons.28.n.11.lib 4. Rot.de. 16.n.3 de Dol.& contum.in nov.*

111 Appellatio est de genere permissorum, & datur in omnibus causis regulariter, *l.à Proconsulibus.& l.& in majoribus.C de appell. cap. Omnis oppressus 2.q.6. Bart.cons.165.qu.1.lib.1. Roman. cons.261. super eo num 4. ubi Mandos. sub littera D dat concordantes, Alex.d.cons.113.num.13. Specul. de appell lib.2.§.in quibus in princ.& num.1. Card. cons.27.quoniam,num.3. in fin.vers.1.per regulam, Vestr.in Prax.lib.7.c.3.num 1. Scacc.de appell.q.5. n.1.& q.16.n.1.& n.4.*

112 Hæc tamen regula,ut DD. prælegati subdunt,tunc demum procedit, quando appellatio non reperitur prohibita, casus autem in quibus illa regulariter prohibetur,sunt plures.

113 Primus casus est à sententia Principis, secundus à sententia Concilii generalis. Tertius à sententia cœtus Cardinalium.Quartus à sententia Senatus.Quintus à sententia sortis. Sextus à sententia dictatoris.Septimus à sententia decem virorum. Octavus à sententia Præfecti prætorio.Nonus à sententia Legati de latere. Decimus à sententia parlamenti. Decimus primus à sententia curiæ supremæ Franciæ. Decimus secundus à sententia Concilii Neapolis. Decimus tertius à laudo arbitri,& arbitratoris.Decimus quartus à laudo Episcopi. Decimus quintus à sententia Patriarchæ, Decimus sextus à sententia Auditoris procerum. Decimus septimus à sententia Consiliariorum Principis. Decimus octavus à sententia Universitatis studii Parisiensis. Decimus nonus à sententia Judicum palatii Imperatoris. Vigesimus à sententia Exeeutoris. Vigesimus primus à sententia conformi aliis duabus præcedentibus. Vigesimus secundus,quando appellationi fuit renunciatum. Vigesimus tertius à sententia lata contra verum contumacem. Vigesimus quartus à sententia lata in notoriis. Vigesimus quintus à mandato de aperiendo Testamento. Vigesimus sextus à sententia lata in judicio possessorio de Jure Civili. Vigesimus septimus à sententia lata pro alimentis futuris. Vigesimus octavus à sententia lata in causis piis, ad illarum favorem. Vigesimus nonus à sententia lata in judicio executivo pro executione. Trigesimus ab executione sententiæ. Trigesimus primus à sententia lata de Consilio Sapientis. Trigesimus secundus à sententia Judicis dati cum libero arbitrio. Trigesimus tertius à sententia Rectoris contra suum Officialem. Trigesimus quartus à sententia lata ad favorem Cæsaris, sive Fisci. Trigesimus quintus à sententia condemnante ad solvendum Decimas. Trigesimus sextus à sententia nulla. Trigesimus septimus à Statuto generali. Trigesimus octavus ob omissa expentarum condemnatione. Trigesimus nonus à sententia Excommunicationis seu interdicti. Quadragesimus ab impositione pœnæ juris. Quadragesimus primus à futuro gravamine. Quadragesimus secundus à decretis Episcopi in Visitatione. Quadragesimus tertius à decretis factis à majori parte Capituli. Quadragesimus quartus à Contractu. Quadragesimus quintus à condemnatione Tutoris, seu Administratoris ad reddendam rationem. Quadragesimus sextus à condemnatione de cavendo de damno infecto. Quadragesimus septimus à sententia demolitionis post novi operis nunciationem. Quadragesimus octavus à sententia contra hæredem putativum in interdicto quorum bonorum. Quadragesimus nonus à sententia super nominatione, seu electione ad munus. Quinquagesimus à sententia super juramento delato. Quinquagesimus primus à sententia Calculatoris. Quinquagesimus secundus, quando Appellatio esset frivola. Quinquage-

quagesimus tertius à sententia ad favorem Legatarii, vel Fideicommissarii, præsertim in Tribunali A. C. in quo de stylo observatur opinio *Angeli*, scilicet, quod pro Legato comperat via executiva, ut suprà, *cap. 1 lit. B. versic. Cæterum pro Legato.* Quinquagesimus quartus, quando periculum est in mora. Quinquagesimus quintus ab eo, quod procuratum fuit fieri. Quinquagesimus sextus à sententia lata in causis parvulis. Quinquagesimus septimus à sententia Vicarii urbis in causis à quinque ducatis infra. Quinquagesimus octavus à sententia Senatoris, & Collateralium urbis in causis à decem scutis infra. Quinquagesimus nonus in causis non excedentibus valorem sexdecim ducatorum auri de Camera, juxta stylum Signaturæ. Sexagesimus in causis Neapolis non excedentibus valorem duarum unciarum. Sexagesimus primus à sententia pro funeralibus. Sexagesimus secundus à sententia de conficiendo inventarium. Sexagesimus tertius ab interloquutoria. Sexagesimus quartus in causis criminalibus.

Hos casus respectivè referunt, & sequuntur, *Specul. de appell. d. §. in quibus, num. 1. & seqq. Rebuff. super Constit. in tract. de appell. art. 7. glos. 2. fol. 914. Maran. de ord Jud. par. 3. sexta, & ult. partu principalis act. 2. num. 135. & seqq. Vigel in Method Jur. Pontif. lib. 2. c. 18. de appell. vers. 2. causa ex qua fol. 196. Vestr. d. lib. 7. c. 3. num. 2. & seqq. Gonzal. Suar. de Paz in prax tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. n. 130. Card. Tusc. pract. concl. tom. 1. à concl. 402. usq; ad concl. 420. Moscatel. in prax. lib. 1. par. 7 in glos. condemnando, num. 40. vers. sed quid de taxatione*, cum aliis latissimè per *Scacc. de appellat. d. q. 16. & q. 17. per tot.* ubi multipliciter limitat, & declarat, ad quem ob id in facti contingentia erit recurrendum.

114 Sunt etiam alii casus, in quibus non datur appellatio, quorum nonnullos refert *Contard. in l. unica, in 5. not ab. n. 18. & seqq. C. si de momen. poss. agat.* & alii plures, quos usque ad numerum centum viginti recenset *Nicell. de concord. Glos. cap. 6.*

115 A sententia verò, seu Decreto A. C. summam scutorum viginti monetæ non excedente, non datur appellatio, & ita quotidie observatur, *Salust. Tib. in prax. lib. 2. cap. 12. n. 12.*

116 Cæterum ubi appellatio non admittitur, statim fit exequtio, ut post *Maran.* tradit *Contard. in d. l. unica, n. 9. C. si de mom. poss. agat.* & quidem sine metu attentatorum, *Rot. in Senogallien. supplementi legitimæ 17. Maii 1645. coram* R. P. D. *Dunozetto Decano.*

117 Quod procedit attento usu Romanæ Curiæ exequendi, mediantibus litteris executorialibus, seu mandatis executivis, vel aliis in Decretis, seu sententiis relaxatis: secùs, si mandatum in sententia decretum, & relaxatum non fuerit, nam tunc necesse esset iterum citare partem ad videndum decerni, & relaxari mandatum in vim sententiæ latæ, & demum obtento Decreto, & facta intimatione opportuna, expedire mandatum servatis servandis, & ejus vigore ad executionem deinde procedere, *Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 2. n. 27. & seq.*

B

118 Appellatio interponenda est à sententia, seu Decreto Judicis à quo, infra decem dies, *cap. cum dilecti, §. si verò in fin. de elect, cap significaverunt, §. mandamus, de test. cap. quod ad consultationem, §. taliter, de rejud. Auth. hodie, C. de appell. Maran. de ord Jud. in 3 par. 6. par. princ. act 2. nu. 202. Vestr. lib. 7. c 3. n. 19. vers. hodie verò. Lancellott. de attent. append. c 12. limit. 50. num. 37. seqq. Salust. Tib. 2 c. 25. n. 3 late Scacc. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 12 n. 2.*

119 Et licèt tempus dd. decem dierum currat de momento ad momentum, *Bart. in l. 1. § dies, ff. quando appellat. sit*, cum aliis latè congestis per *Scacc. de appellat. d. q. 12. n. 49:*

120 Nihilominus ex Constitutione Bullæ Innocentianæ, quæ non solùm in Rota, & Curia Romana, sed etiam in toto statu Ecclesiastico servatur, non attenditur d. momentum, sed sufficit appellare in ultima die decendii, & in qualibet d. ultimæ diei parte, *Vestr. in prax lib. 7. cap. 3 n. 26 Scacc. de appell. d. q. 12. n. 53. & seqq. Salust. Tiber.* qui etiam de inveterato stylo Tribunalis A. C. testatur, *in prax. lib. 2. c. 25. nu. 1. vers & licet.*

121 Et est adeò verum, quòd appellatio sit coram Judice, à quo interponenda infra decem dies à die latæ sententiæ, seu facti Decreti numerandos, ut hoc procedat, etiam in sententia condìtionali, & in Decretis, quæ quotidie fiunt ab A. C. & aliis Romanæ Curiæ Judicibus sub conditione, nisi ad primam diem, vel nisi infra tres, nisi infra decem, aut aliud tempus Judici benevisum, ea ratione, quia sententia, seu Decretum, statim incipit gravare, & per illam conditionem non pendet sententia, seu Decretum, sed tantùm illius actus, & executio, *l. 2. §. biduum in fin. ff. quand appell. sit.* cum aliis allegatis per *Vestr. lib. 7. cap 3. num. 21. Salust Tiber. in prax. lib. 2. cap. 25. num 1. & cap. 29. num. 1. Lancellott. de attent. appellat pend. d. cap. 12. limit. 50. num. 104. & seqq. Scacc. de appell. d. qu. 12. num. 111. Rot. decis. 675. n. 3. par. 1. divers.*

122 Sed hoc non procedit in sententia excommunicationis lata sub conditione, nam ab ea sufficit appellare infra decem dies à die existentis conditionis, *Lancell. de attent. d cap. 12. limit. 22. & lim. 23. n. 40. Socc. reg. 497. terminus decem dierum in 3. fallent. Scacc. de appell. d. qu. 12. n. 113. Salust. Tib. d. lib. 2 c. 29 n. 2.*

123 Conclusio tamen, quòd appellandum sit infra decem dies à die latæ sententiæ, seu facti Decreti, recipit declarationem, ut procedat in eo, qui fuit præsens decreti factioni, vel sententiæ prolationi, vel etiam quando quis fuit personaliter citatus, *Vestr. à lib. 7. c. 3. n. 21. in princ. & vers & in istis terminis, Scacc. de appell. d. qu. 12. n. 8. vers. primus casus, Rot. decis. 758. num. 3. divers. lib. 3.*

124 Nec non etiam in eo, qui personaliter citatus, fuit verus contumax, licèt enim verus contumax regulariter non appeller, ex latè congestis per *Scacc. de appell. q. 17. lim. 3. n. 1. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 168, n. 21.* hoc tamen multipliciter limitatur per *Scacc. post alios d. q. 17. lim. 3. n. 8. & seqq.*

125 Et signanter, ut non habeat locum in Rota, nec

nec in Curia Romana, nec etiam in Statu Ecclesiastico, in quo, omni prorsus difficultate remota, verus contumax in non veniendo appellare potest, dummodo appellet infra decem dies à die latæ sententiæ, ex cumulatis per eumdem *Scacc.d.q 17,lim.3 n.12. & per Fenzon. ad Stat. Urbis, lib.1.c.168.n.19. & seq.* ubi quòd verus
126 contumax est ille, qui personaliter citatus, non comparuit, *Rot.decis 16.num.1.de dolo, & cont.in nov.Maran.d act.2.n.285.Gravat. ad Vestr.d.lib.7. cap.2.n.53.* cum aliis per eum allegatis.

127 Cæterum fictus contumax, qui vel fuit citatus per edictum, vel contradictas, vel domi dimissa copia, potest appellare infra dies à die habitæ notitiæ, *Socc.reg 397. Terminus decem dierum Old.rad.cons.130.num 12. Ang.cons 302. visis,nu.4. Vestr.lib 7.c.3.num.21.vers. Quid si,* & ibi *Gravat. num 52. & seq Lancell.de attent.appel.pend.par. 2.c.12 lim.50.n.142.& seqq.Fenzon.ad Stat. Urbis, d.c.168. n.18. & n.22. & seqq. Rot.decis.111. n.3.lib.2.& decis.28.lib.3.par.3. diu latè Scacc. de appell.d.q.12.n.13.*

128 Hoc tamen primò non procedit, quando quis fuit citatus personaliter, & constituit Procuratorem, & ambo deinde se absentarunt, tunc enim, licèt fuerit posteà citatus per audientiam contradictarum, debet appellare infra decem dies à die sententiæ, ex quo est verus contumax, nec audiretur, appellans à die habitæ notitiæ, *Rot.decis 16 in fin.de dol. & cont.in nov. Chiroga decis.156.num.1. Lancell.de att.dict.cap 12.lim.50.*
129 *num.147.* ubi † quòd appellans isto casu esset audiendus per viam restitutionis in integrum.

130 Secundò non procedit, quando citatus domi, dimissa copia, habuit notitiam citationis executæ, & de hoc constat in actis, nam tunc debet appellare à die latæ sententiæ, sicut contumax verus, quæ scientia signanter colligitur, si ultra citationem fuit sententia de mandato Judicis intimata, prout quotidie solent intimari decreta de mandato A. C. & aliorum Romanæ Curiæ Judicum, tunc enim appellandum est à die intimationis executæ, nam licèt quis non præsumatur habuisse notitiam citationis executæ domi, dimissa copia, secùs tamen est, quando fuit etiam executa intimatio, & sic adest actus geminatus, *Soccin. dict. reg.397. Terminus decem dierum in 2.fall. Lancell. de attent.appellat.pend.d.cap.lim.50.num.156. & seqq. Chissanen. dec.19. citatus ad domum. Scacc. de appellat.d.*
132 *quæst.12.num.25.& seqq.num.31.* Ubi infert, bonum esse stylum A. C. decernendi mandata executiva, nisi ad primam diem cum intimatione, quo casu cùm fiat intimatio authoritate Judicis, non est necesse, quòd in ea tenor sententiæ inferatur, & sufficiunt illa verba in fine intimationis, *& aliàs prout in actis*, ad hoc ut tempus ad appellandum currat à die executæ intimationis, secus esset in intimatione facta sine authoritate & jussu Judicis, nam tunc totus tenor sententiæ esset inferendus, aliàs intimatio non afficeret ad d.effectum.

C Appellatio est interponenda coram Judice,
132 *l.1.§ dies, ff. quando appell sit,cap.biduum 2. qu.6. & ut debitus de appell. Scacc, de appell.qu.4. art.5. num.38. & qu.6.num.1. in Salernitana Contributionis,12 Maii 1614. coram bon.me R. Archiepiscopo Seleucien. Cocc. decis.234.num.3. Rot. decis. 396. num.3.& decis.594.n.2.par.2. & decis.722. num.2.par.3 recent.* Ubi de laudabili stylo Rotæ,
133 & aliorum Urbis Tribunalium testatur, & quod ob id non sufficit, Cedulâ appellationis dimittere in manibus Notarii, *Cavaler. decis.495.n.2.* ubi alias decis. cumulat, *Ferentill.ad Buratt. dec. 202.n.5.*

134 Hoc tamen non procedit, quando Judicis præsentia haberi non potest, tunc enim sufficit præsentare appellationem coram Notario, *ex doctr. Bald.in auth qua supplicatio, num. 3. C.de prec.Imp.offer.* quam ita declarat *Gravat.ad Vestr. lib.7.c.3.num 58.vers.caterum, & post alios Rot. in Salernitana Contributionis,14.Novembris 1614.coram bon.mem. Seleucien quæ est dict.dec.594. n.3. par.2.recent. Ferentill. ad Buratt.d.decis.202. num. 5.* ubi quod hoc casu potest etiam appellari coram Judice ad quem, vel coram honestis viris.

135 Prætereà conclusio superius firmata declaratur multipliciter per *Scacc.d.q.6.* & signanter *sub num.40.* ut satis de stylo dicatur interposita appellatio coram Judice à quo, etiam si Cedula appellationis sit data Notario causæ in officio in absentia Judicis, dummodo infra legitima tempora d.Notarius illam Judici legat, sive posteà, dum ipse eam legit, pars appellans sit præsens, sive absens, & ita in praxi observari testatur, & dummodo etiam productio hujusmodi Cedulæ adnotetur in actis sub illis verbis, *coram D.meque, &c.* prout quotidie servat praxis.

136 Affert etiam *Scacc.d num. 40.* aliam declarationem in appellationibus à Sententiis de partibus, à quibus A. C. de stylo admittit appellationem, etiam si illa non fuerit interposita coram Judice à quo, cujus rei superius *idem Scac. q.3.n.12.* reddit rationem, quia appellatio interponitur ex ipso recursu ad A.C. & coram eo producitur sententia de partibus, & ab ea interponitur appellatio, cujus vigore datur Inhibitio, sicque constat de Appellatione, & ita quotidie observat praxis.

D Appellatio viva voce à diffinitiva sententiæ
137 interponi debet apud Acta incontinenti post latam sententiam, dicendo, *appello*, Judice adhuc pro Tribunali sedente, & sic interposita sufficit, aliàs l.non valet, *l.1.ff. Appell. l.litigatoribus, C. de Appell. Speculat. de Appell.lib.2.§. Qualiter in princ. Franc.in cap.ut debitus, in 7 q. n.16.de Appell. Ang.cons.267.num.1. vers.hoc præmisso. Maran.de ord.Jud in 3.par.6.par. princ. art.2. num. 124.Vestr.in prax.lib.7.cap.3.n. 28. & ibi Gravat. n.60. Scacc.de Appell.qu.4.n.15.& seq. Coccin.decis.265.n.2. Duran.decis.217.num.6. & decis.297. n.1.*

138 Hoc tamen non procedit in Interlocutoria, à qua non potest appellari viva voce, sed necesse est appellare in scriptis, *cap.cordi, de Appellat.in 6. Marant.d.par 3. sexta par.princ.art.2. num.126. Castren.cons.270. super primo.num.1.vers.super 2, lib.1.Vestr.d.lib.7.c.3 n.28. Cappe.decis.34. num.10. Rot.decis.2.n.8.par.2. divers. Duran. dec.217 nu.8.* quòd non solùm procedit de Jure Canonico, sed etiam

etiam de jure civili, *Bart. in l ejus qui. n.4. vers.1. Quæro. ff. de appell recip.* ubi quod ita obſervat
139 conſuetudo, latè *Scac. de appell. d.q.4. n.9. & n.17.* & ob id in appellatione ab interlocutoria viva voce emiſſa, ſupervacua, & fruſtratoria eſt illa clauſula, *reſervato jure appellandi in ſcriptis, Franc. in d.c.ut debitus, q.7.n.16. verſus finem.* quem refert, & ſequitur *Scac. de appel. d.q.4. n.9. verſ. infero ex hac extenſione.*

140 Cæterum hæc diligentia appellandi viva voce incontinenti, licèt poſſit aliquo caſu prodeſſe, prout ſi dubitaretur, an cauſa eſſet appellabilis, vel executio timeretur, nam poſſet cum ea appellatione Superior adiri, & inhibitio obtineri, vel ſi Judex appellationi deferret: nihilominus poteſt etiam nocere, quia ab ea currere fatalia incipiunt, ut poſt *Bal. & Felyn.* quos allegat, ſequitur *Luc. Pet. in prax. lib.5.c.1.n 4. & ſeq.* ad quem ſe refert *Scac. de appel. q.4. art.1.n.17.* & ob id valde cautus debet eſſe cauſæ Patronus, & ſubtiliſſimè quid ſibi expediat perpendere, ut
141 ſubdit idem *Luc. Pet. d c.1.n.6.* Unde † non mirum, quòd in Curia ferè ſemper ſoleat in ſcriptis appellari, ſive ab interlocutoria, ſive à definitiva, *Veſtr. d. lib.7.c.3. n.28.*

E Si quis infra dicendum de Jure appellandum
142 conceſſum appellationem viva voce, ſalvo jure appellandi in ſcriptis, emiſſam, in ſcriptis redegerit, an tempus, ſeu fatale ad proſequendam cauſam appellationis debeat à prima incontinenti viva voce emiſſa, an à ſecunda in ſcriptis interpoſita computari? & videtur, quòd à prima currere incipiat, quia prima eſt valida, & ſententiam reſcindit, jurisdictionem ſuſpendit, & ad ſuperiorem devolvit, & ſecunda trahitur ad primam, *Bart. in l. Cùm procurator, § ſi Dominus, n.4. ff. de nov. oper. nunc.* quem ſequitur *Bald. in l. appel. n.6. C. de appell. & clarius conſ.430 num.4 lib.3. Abb. Panor. in c. Dilectio n.12. de appel. Cuman. in d. l. Cùm Procurator n.3.* ubi quod d. reſervatio nihil operatur, *Add. ad Dec. in c. bon. mem. num.68. in verb. ſed Bart. lit. B.* ubi quod opinio *Bart.* non ſolùm eſt communis, ſed etiam vera, & quæ obſervatur in practica, quicquid dicat ibi *Dec. & Bald. ſibi contrarius in c.1. §. Sancimus. num.4. quo temp. Mil. in veſt. pet. deb. in uſibus feud.* & ob id verba *Bald. in par. Sancimus, n 4.* non habere ſaporem, quia reverà ſententia per primam appellationem viva voce interpoſitam eſt reſciſſa, tradit *Caſtren. in d. l. 1. §. Libelli, n.6. ff. de appel.* eandem *Bart.* opinionem tenet *Caſtren. conſil.7.n.2. verſ per prædicta dico, & conſil.270.n.2. lib.1.* ubi
146 quod ſecundùm opinionem *Bart.* conſuluerunt præſtantiſſimi Doctores *Honufrius de Peruſio, Antonius de Butrio, & Petrus de Ancharano,* quos ipſe alias eſt conſulendo, & legendo ſecutus: eandem *Bart.* opinionem latè defendit *Roman. conſ.41.n.4. & ſeq.* & ibi *Mandoſ. in addit. in verbo dicendum, ſub lit C.* contrariis reſpondet, & latius diſputat, & tuetur *Maran. de ord Jud. in d.3. p.prin.act. 2.n.132.* ubi de veriori & magis communi teſtatur, *& n.133. & ſeqq.* omnia contraria tollit, quem ſequitur *Gravat. ad Veſtr. d. lib.7.c.3.* 147 *n.62.* ubi de recepto ori.

Contrarium tenent *Caſ. in d.l Cùm Procurator*
143 *§ ſi Dominus, n.13.* & ibi *Alex. n.18. & ſeq.* ubi de communi, *& conſ.64.n 5 lib.6.* ubi de veriori, & magis communi, *dec. in cap. bona, n.68. de appell.* ubi de communi Canoniſtarum, *Salic. in l. ſi quis libellos, n.3. & ſeq. C. de appell. Luc. Pet. in prax. lib.5. c.1.n.9.*

144 Sed videtur diſtinguendum, quòd aut prima appellatio eſt valida, & tunc illa eſt attendenda, & ſecunda trahitur ad primam, quam in ſcriptis redigit, & ita procedat prima opinio *Bart. & Maran.* verior, & magis communis. Aut prima appellatio eſt invalida, vel interpoſita ab interlocutoria, & tunc poteſt ſalvari ſecunda opinio *Alex.* & ſequacium, quæ quidem diſtinctio colligitur *ex trad. per Mandoſ. ad Roman. d.conſ.41. ſub lit. C. Capic. dec.34.n.10. Marant. d.act. 2.n.132. & ſeqq.*

145 Vel dici poteſt, quòd aut in 2da appellatione nihil fuit de novo deductum, ſed appellatum ad eumdem judicem, ad quem fuerat appellatũ in prima, & tunc attendenda ſit prima appellatio, & fatale ab ea currere incipere, quia non reperitur hoc caſu jure cautum, quod appellans poſſit variare, & variatio videtur fruſtratoria, & ſic procedat prima opinio *Bart. in d. §. ſi Dominus, Bald. d. conſ.430.n.4. lib.3. & Marant. d.act.2. n.134. & 139.* Aut in ſecunda fuit aliquid deductum diverſum à prima, quia fuit appellatum ad alium judicem diverſum, vel aliàs prima appellatio fuit immutata, & tunc procedat ſecunda opinio. Nam variatio in hoc caſu eſt permiſſa, & aliquid operatur, *Bald. d. conſ.430. nu.4. lib.3. Roman. d. conſ.41. n.4. verſ. item,* & ſecundùm intellectum *Gloſ. abb. in d.c. Dilecto, n.12. verſ. prædicta. Maran. de ord. jud. d.act.2. n.134. & n.139.* & in hunc ſenſum poteſt intelligi, quòd poſt *Butr. & Abb. in d.cap. dilecto, n.13. de appel.* tradit *Alex. d. conſ.64. n.5. lib.6.* quòd tempus currat à die ſecundæ appellationis interpoſitæ in ſcriptis, ſaltẽ quando appellans non repetiit idem, quod in prima appellatione, ſed diverſum, & ſic quando ſecunda appellatio eſt diverſa à prima, & de hac diverſitate evidenter, vel etiam ex conjecturis apparet, aliàs ſecùs, prout etiam idem videtur voluiſſe *Salic. in d. l. ſi quis libellos, n.4. v. quid igitur dicendum.* quem *Alex.* & alii pro ſecunda opinione allegant, & ſequuntur, dum ipſe aſſerit, quòd infra decem dies, ad appellandum à lege conceſſos, appellans poteſt variare, & primam appellationem immutare: ergo ſi non variavit, nec primam immutavit, quinimò, primæ appellationis dicta repetiit, attendenda erit prima appellatio, & ab ea current fatalia.

Vel tertiò fortè dici poteſt, quod cum *Dec. in d.c.bona, n.68. de appell.* dicat communè eſſe opinionẽ Canoniſtarum contra *Bart.* licet in terris Imperii, & in locis, ubi ſervatur Jus civile, eſſet præferenda opinio *Bartoli, & Legiſtarum*; nihilominus in Terris Eccleſiæ, & ubi ſervatur Jus Canonicũ, eſſet præferenda opinio *Canoniſtarũ*, etiamſi contraria opinio *Legiſtarũ* eſſet magis cõmuni: *Grat. conſ.119.n.6. & ſeq.* per doctrinã *Bart. & DD. in l. privilegia, C. de ſac. Eccl.* & aliorum, quos refert, & ſequitur *Grat. d. reſp.119.n.6. & ſeq.*

Sed iſtud *Grat.* reſponſum confunditur ex eo quia ipſe præſupponit communem opinionem *Canoniſtarum* eſſe contra *Bart.* prout teſtatur *Dec.* & tamen quamplurimi *Canoniſta* tenent, & ſe-

quuntur opinionem *Bart. contra Dec.* quos refert, & sequitur *Jaſ in d.l. Procurator, §. ſi Dominus. n.10.* ubi ideò teſtatur, quòd opinio *Bart.* eſt communiter recepta, tam à Legiſtis, quàm à Canoniſtis *ff. de nov. oper nunc.*

148 Et opinioni Bart. in propoſito adſtipulatur etiam Butr. *in d.c. Dilecto, n.17. verſ. per quæ appareat, de appel.* quem ſequitur ibi *Abb. Panor. n.13.* quòd ſcil. ſi appellans, qui ſibi facultatem appellandi in ſcriptis reſervaverat, non facit in ſecunda appellatione mentionem de prima, vel ejus tenore, & ſic ex conjecturis non conſtat, an ipſe voluerit proſequi primam, vel ſecundam: in dubio cautius eſſe ante factum præſupponere opinionem Bart. ob defectum intereſſe, quod in hoc caſu non adeſt in appellante, ut etiam ibi tradit *Abb. n.12.* quem cum Bart. in hoc caſu tenere, ſcribit Franc. *in cap. tua nobis, col. 5. verſ. ultima dubitatio,* ibi, *quid autem ſi de conjecturis non apparet, de appellat.* prout etiam cum *Bart.* quòd non recedatur à prima appellatione per ſecundam, tenet Archidiac. *in c. biduum, n.6. verſ. & eſt hic expreſſum, 2. q.6.* ut refert But *in d.c. Dilecto, n. 17. verſ. per quæ apparet.*

149 Et licèt *Franc.* ibid. ſequatur opinionem *Imol. in d. §. ſi Dominus, n.6. & Roman. n.3.* qui aſſerunt, quòd ſicut ab initio, ſi conſtat de mente appellantis, illa debet ſervari, ita in dubio videtur, quòd debeat fieri interpretatio, prout eſt illi utilius: Eſt autem utilius appellanti, quòd tempus computetur à die ſecundæ appellationis in ſcriptis, ob intereſſe longioris vitæ appellationis, quia habet majus tempus ad proſequendum: igitur videtur tenendū contra *Bart. & ſequaces,* quòd tempus non debeat à prima appellatione viva voce, ſed à ſecunda in ſcriptis computari.

150 Nihilominus iſtud intereſſe, vel non adeſt, ut ſupra, vel ſi adeſt *Alex. in d. §. ſi Dominus, n.11.* defendendo Bart. reſpondet rationi eorum, quòd ſcil. iſtud intereſſe longioris vitæ non eſt conſiderabile, & non attenditur in appellatione, per doctrinam *Gloſ. in l. quibus idem, ff. de verb. obl.*

151 Sed rurſus contra *Alex.* inſurgit *Iaſ in d. §. ſi Dominus, n.11.* replicando, quòd doctrina *Gloſ. in d.l. quibus idē,* procedit in ſtipulatione, in qua non attenditur illud intereſſe, quàm pecuniarium; ſecus eſt in ſententia, & appellatione, in qua intereſſe non attenditur, ut per *Bartol. in d. §. ſi Dominus, n.7. verſ. Item quia,* per tex. *in l. poſthumus, §. ſi quis ex hu, ff. de inoffic. teſtam.* ergo ſubdit *Iaſ.* ſi ſententiæ, & appellationi accedat intereſſe, qualecunque illud ſit, attenditur.

152 Cæterum Bartolus contra Jaſ. benè defendi poteſt, cum eodem Bart. diſtinguendo conſequentiam Jaſonis: nam aut ſententiæ, & appellationi accedit intereſſe pecuniarium, ex tunc illud attenditur, qualecunque ſit: aut accedit intereſſe longioris vitæ appellationis, & tunc ſecùs, quia Jaſ. hoc non probat, nec reperitur jure cautum quòd illud debeat attendi: quinimò non eſſe attendendum ſuadet *tex. in l. Pater, qui caſtrenſe, in fin. ff. de caſtr. pecul. Gloſ. in d.l. quibus idem* quam ibi *Bart.* comprobat *ff. de verb. oblig. Alex. in d. §. ſi Dominus, n.11. Mandoſ. ad Roman. d. conſ. 41. in verb. dicendum ſub lit. C.*

153 Non omittō cautelam, quam DD. tradunt, ne quis poſſit bis appellare, ut ſtatim ſecuta prima appellatione, Judex illam admittat, reſpondendo de Apoſtolis dimiſſoriis, quia tunc abdicat à ſe jurisdictionē, quâ devoluta ad Superiorem per dictam admiſſionem non poteſt amplius ſecundæ appellationi deferre, *Cepoll. caut. 193 n.2. Bald. in l. eos, §. Apoſtolo, verſ. quæro nunquid C. de appell. Dec. in d.c. bonæ mem. n.72. de appell.* & hanc opinionem tenuit major pars DD. de Rota, ut teſtatur *Biſignett. dec. 23. n.4. de appell.* licèt ipſe propriam opinionem contra Rotam defendere conetur.

F Apoſtoli ſunt literæ Dimiſſoriales, ſeu miſſivæ
154 quibus Judex à quo teſtatur Superiori, ſeu Judici ad quem de appellatione à ſua ſententia interpoſita: & an, & quomodo appellans fuerit ab ejus jurisdict. dimiſſus, & conceduntur appellāti, ut cū illis ſe Judici ad quem præſentare, & de prædictis ei fidē facere poſſit, *Specul. de appell. lib. 4. §. ſequitur videre,* cum *rubr. de Apoſt. ſeu libell. dimiſſ. in fin. prin. & n.10. Præpoſ. in cap. ut debitus, n.. de appell Suar in prax. to. 1. §. 6. in prohem. n.41. Veſtr. l.7. c.3. n.32.* & ibi *Gravat. n.66. Sca. de App. q.13. n.1.* & dicuntur ab Apoſtellim, quod eſt mittere,
155 *Veſtr. d.l 7. c.3. n.32. Scacc. d q.13. n.1. March. de cō miſſ. §.2. titul. de apoſ. petit. & ſeq. & n.8. fol.3. & ſeq. ſec. nov. impr.* Apoſtoli, de quibus, ut
156 plurimum ſolent Judices reſpondere in Curia, aut ſunt Refutatorii, aut ſunt Reverentiales in forma, aut ſunt Teſtimoniales.

Refutatorios dare ſolent Judices, ubicunque
157 fuit actum vigore obligationis Cameralis, & in cauſis executivis, & ſummariis, & aliàs ubicunq; appellatio venit rejicienda: & tunc per dationē hujusmodi Apoſtolorū appellatio non cenſetur admiſſa, nec judex habet manus ligatas, ideò poteſt ad libitum ad ulteriora procedere, *Specul. de appell. d. §. ſequitur, n.6. lib.4. Veſtr. in prax. l.7. c.3. n.32.* & ibi *Gravat. n.66.* Habet tamen † appel-
158 lans hoc caſu tempus unius anni ad committendam cauſam appellationis, eamque finiendam, ex cauſa biennium, & per viam reſtituționis in integrum triennium, *Scac. de appell. q.17. n.2.*

159 Reverentiales in forma dare ſolent Judices in Curia, ubicunque fuit à definitiva appellatū, & venit appellationi deferendum, etiam ſi Judex ſit aliqualiter dubius, an appellationi ſit deferendum: & tunc quia Judex defert, appellatio cenſetur admiſſa, & abdicata jurisdictio. Dicuntur autem Reverentiales ob reverentiam Summi Pontificis, ad quem in Curia appellatio interponitur, *Specul. de appell. lib.4. par. ſequitur, n.8. Veſtr. in praxi lib.7. c.3 n.32. Latè Scac. de appell. q.18 n.18. & q.14. n.7. & n.22. & ſeq.*

160 Et habens tunc appellans tempus, quod illi unico contextu à Judice præfigitur, quando dat Reverentiales in forma, decem dierum ad cauſam appellationis committendum, *Veſtr. in prax. lib 7. c.ult. n.2. Rot dec.66 de appel. in nov. Put. dec. 371. lib.2. Scac. de appel. q.14. n.7. & n. 12. & ſeq. Burat. dec.171. n.3.* quinimò datis Reverentialibus in forma terminus decem dierum ad cauſā committendam, eo ipſo cenſetur præfixus, *Lancel de attent. appel. pend. c.12. in præfat. n.59. & ſeq. Scac. de app. ll. d.q 14. n.7. circa med. verſ. & quod. Burat. d. decis 171. n.4.* Et † cauſa in d. termino nō committa, remanet deſerta appellatio, *Burat. d. dec. 71. n.4. & dec. 226. n.1. & n.3. & dec. 764. n.1.*

62 Testimoniales dare solent Judices, quando appellatio eis admittenda non videtur, nec denegandà, & ob id potest Judex, qui dat Testimoniales, procedere ad ulteriora: Dicuntur autem Testimoniales ex eo, quia testificantur de appellatione coram Judice, aut eo absente, coram Notario, aut aliis honestis, aut fide dignis personis interposita, *Specul. de appell. d. lib. 4. §. sequitur, n. 1. post med. & n. 11*, cum aliis cumulatis per *Scacc. de appell. q. 13, n. 6.* Et † habet hoc casu appellans terminum unius anni ad causam appellationis committendam, *Marches. de commiss. par. 2, sub tit. de Apost: petit. & concess. n. 55 fol. 7 secun. nov. imp. Put. decis. 371, lib. 2, Scacc. de appell. d. q. 14, n. 2, & n. 66.*

164 Et licèt propriè Apostoli testimoniales dicantur, quando quis in absentia Judicis appellat coram publicis, aut honestis viris, cum protestatione, quod libenter appellaret coram Judice, si adesset, & ab eo Apostolos peteret, prout in Cedula, quam præ manibus habet, & propterea requirit Notarium ibidem præsentem, ut de sua diligentia fidem faciat, & de Apostolis respondeat; qui Notarius debet dare Testimoniales, & de prædictis publicum conficere instrumentum, *Vestr. in praxi. lib. 7, c. 3, n. 32, & post Mandos. & alios* latius tradit *Scacc. de appel. d. q. 15*

165 *n. 7, & seq.* Ubi † quòd Appellans reverso Judice non cogitur eum adire, nec Apostolos petere, secundùm communem opinionem, quæ servatur in praxi.

166 Nihilominus etiam Judex, quando coram eo appellatur, non vult appellationem admittere, nec denegare, dare solet Testimoniales (prout significant *bon. mem. Coccinus, & bon. mem. Pirovanus Sac. Rot. Decani*, sæpè facere consueverunt) quo casu, cùm hæc Apostolorum responsio reguletur à jure, aut de jure, appellatio erat admittenda, & de jure censetur admissa, & causat attentata, *Mantic. dec. 121. n. 1.* aut de jure non erat admittenda, & censentur dati refutatorii, & appellatio de jure rejecta, & ita passim observat praxis, & Curia.

167 Sunt, ultra prædicta, alia tria Apostolorum genera, nam alii dicuntur Dimissorii, alii Reverentiales simpliciter, alii Conventionales.

168 Dimissorii dicuntur Apostoli, quos dat Judex, quando appellationem admittit, & dicuntur dimissorii, quia Judex deferendo appellationi, dimittit Appellantem à sua jurisdictione, *Specul de appell. in d. §. sequitur, n 1. vers. alii dimissorii. Marches. de commiss. par. 2. sub tit. de Apost. petit. & concess. n. 56. fol. 7 Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 32. date Scac. de appell. q. 13. n. 10.*

169 Reverentiales dicuntur Apostoli, quos dat Judex deferendo appellationi, ob reverentiam Superioris. Differunt autem Reverentiales dati à Judice simpliciter absque adjuncto, ab illis, qui dantur addito illo verbo, *in forma, &c.* Nam quando dantur Reverentiales simpliciter absque adjuncto, nullus terminus à Judice præfigitur, ad causam committendam, & propterea appellans, habet spatium unius anni ad committendam causam appellationis, sed quando sunt dati Reverentiales *in forma, &c.* ut dari solent in Curia, Judex eo ipso præfigit terminum decem dierum ad causam appellationis committendam, & propterea appellans habet tantummodo terminum decem dierum, à die interpositionis appellationis numerandos, ad causam appellationis committendam, latè *Scac. de appell. q. 14. n. 4. & seqq.* cum aliis suprà allegatis.

170 Illud autem verbum *in forma, &c.* designat, quòd Judex defert appellationi, quatenus fuerit interposita à definitiva infra decem dies, & à persona legitima, aliàs dat refutatorios, *Vestr. in prax. lib. 7. c. ult. n. 2. Gravat ad Vestr. d. lib. 7. c. 3. nu. 69. Cassad. decis. 7. n. 5. de appell.* ubi de stylo Palatii testatur, *Marches. de commiss. par. 2. sub tit. de Apost. petit. & concess. n. 45 fol. 7. Scacc. de appell. d. q. 14. n. 7.*

171 Et ulterius differunt inter se Apostoli Dimissorii, & Reverentiales, quia Dimissorii dantur in casu certo, quando Judex est certus, quod appellationi sit deferendum; Reverentiales verò quando Judex dubitat an appellationi sit, nec ne deferendum; quo casu, ob reverentiam Superioris, debet potius appellationi deferre, ut post *Franc.* quem allegat, docet *Scacc. de appell. d. q. 13. n. 18.*

172 Conventionales denique dicuntur Apostoli, quando, Judice refutante, vel tacente, pars ipsamet defert appellationi, & dicuntur conventionales, quia partes inter se conveniunt super admissione appellationis, *Specul. de appell. d. lib. 4. §. sequitur, n. 1. Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 32. vers. alii demiq; conventionales, Scacc. de appell. d. q. 13. n. 3. & seq.*

173 Sæpè tamen Judex, si sit dubius, an appellatio sit admittenda vel rejicienda, dare solet terminum juris, quod spatium est unius mensis, seu triginta dierum, à jure concessum Judici ad deliberandum, de quibus Apostolis sit respondendū, ac etiam parti indultum ad Apostolos petendum, & redeundum pro illis, *l. 7 judicibus C de appellat. cap. ab eo, de appell. in 6. Vestr. in prax. lib. 7. c. 3. n. 33.* & ibi *Gravat. num. 63. Specul. de appell. lib. 4. §. sequitur, sub rubr. de Apost. num. 13. Felyn. in cap. personas, n. 1. vers. & si dicitur de appell. Marches. de Commiss. par. 2. tit. de Apost. petit. & concess. n. 24. & n. 312. secun. nov. impress. Duran. decis. 86. n. 11. & decis. 217. n. 9.*

174 Et incipiunt currere isti triginta dies à die interpositæ appellationis, tam Judici, quàm parti, *Marches. de Commiss. d. par. 2. titul. de Apost. petit. n. 26. Rot. decis. 5. de appell. in nov.* ubi quod ita servat palatium, *Scacc. de appellat. q. 13. num 83.* ubi de communi, & hæc opinio, quicquid sit de jure, passim recipitur, & observatur in praxi, *Scac. q. q. 13. n. 84. vers. Praxis tamen.*

175 Et non solùm Apostoli infra dd. triginta dies peti debent instanter, *Cap. ab eo de appell. in 6, Clem. 2. de appell. Specul de appellat. lib. 1. § sequitur, sub rubr. de Apost. num. 12. & seq. Gravat. ad Vestr. lib. 7. c. 3. num. 63. & seq. Suar. in Prax. tom. 1. par. 6. in probem. num. 4. Scacc. de appell. q. 13. n. 24. & num. 25. & seqq.* Sed etiam pluries, & instantissimè, quod tamen hodie sufficit, si fiat unico contextu, *Clem. 2. de appell. Specul. de appell. lib. 4. §. sequitur, n. 12. & n. 14. Vestr. in prax. lib. 7. cap 3. num. 35* & ibi *Gravat. 64. Scacc. de appell. d. qu. 13. n. 25. & seqq.* & expressè, & specialiter *Burats.*

decis.556.n.2. aliàs appellans præsumitur suæ appellationi renũciasse, *c.ab ea de Appell.in 6.Gravat.* 175 *ad Vestr.d.lib 7.c.3.n.64.Scacc.de Appell. d.qu.13.*
176 *n.24.in secunda illat Cavaler. decis.194.n.1.* Nam † Apostoli sunt pars appellationis. *Rot. dec.70. n.3.de Appel.in nov.Marches.de Commiss. d.par.2. sub tit.de Apost.pet.n.34 fol.5.Scacc.de Appell.q.13. num.24.* quinimò, & illorum petitio est de appellationis substantia, *Gravat. ad Vestr.d.lib.7.c. 3.n.63.Beltram.ad Greg.dec.573.n.14. Ferentill.ad Buratt.decis.556.n.13.*

Non tamen appellatio remanet nulla, non
177 petitis Apostolis, si Judex illos dedit, licèt non fuerint petiti, *Specul. de Appell.lib.4. §. sequitur sub rubr.de Apost.num.9.Rot. dec.46. de Appell.in nov. Scacc.de Appell.q.13.n.28. Rota in Pisana Legati 19.Februarii 1590.coram bon.mem.Bubalo,* & licet, si non fuerint petiti, illos dare non teneatur, *Scacc.d.q.13.n.24.in prima illat.*

178 Quod verò Judex Apostolos dederit probatur ex eo ipso, quòd appellationem admisit, & terminum ad illam prosequendam præfixit. *Specul.de Appell.lib.4.§.sequitur,n.9, Scacc. d.q.13.n. 37.Rot.ind. Pisana legati 19.Februarii 1590. coram bon.mem.Bubalo.*

179 Nec, quando Judex detulit appellationi, est amplius necesse ad Apostolos petendum coram eo comparere, *Seraph.decis.565,n:3,* cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg.decis.573, n.15, & Ferentill.ad Buratt.decis.556,n.14.*

180 Et debent Apostoli dari in scriptis, licèt quando petuntur etiam in scriptis, ad majorem cautelam petantur, ut per *Specul.de Appell. d.lib.4, §.sequitur, num.15,* sed Curia Romana parum curat de ista datione Apostolorum, propter præsentiam Judicum à quo, & ad quem, *Specul. in d.§.sequitur,n.9.*

181 Et multò minus necesse est, quòd petantur in libello appellationis, sed satis est illos petere in d.termino triginta dierum, *Specul. in d.§. Sequitur,n.15. Gravat. ad Vestr.d.lib.7.c.3.n.63. Scacc. de appell.d.q 13.n.38 & seqq.*

182 Non solùm autem Apostoli sunt, ut suprà, petendi, sed in dicto Juris termino redeundum est pro illis, aliàs appellans censeretur suæ appellationi renũciasse, *Cap. ab eo,de Appellat.in 6, Clem. 2, § similiter,de Appel. Buratt. decis.546 n.9, & decis.823,n.1, Greg.decis.573,n.1,* & ibi *Beltramin. n.12.* Nec impedimentum, aut negligentia Procuratoris excusaret appellantem, nisi ipse fecisset suas diligentias, *Buratt.dec.743, nu.1, & seqq. Ferentill.ad Buratt.d. decis.556,n.8, & seq: Beltram.ad Greg: d.decis.593,n.13.* Quia † non sufficit impedimentum, quando quis etiam eo cessante, fuit adhuc negligens, & negotium non expedivit, nec diligentiam aliquam adhibuit, *Buratt.d.decis.743,n.1, & seqq.*

184 Cæterum, si Judex dederit simpliciter terminum Juris, redeundum est pro Apostolis in fine mensis, & termini; sed si dederit terminum Juris, & interim, &c. prout facere solent Judices Romanæ Curiæ, tunc non tenebitur appellans custodire ultimum temporis, & termini momentum, sed poterit pro eis redire, durante d. termino 30. dierum, interim quandocumque, *Felin. in cap.personas,n.1,vers. & si dicatur, de Appell. Vestr.d.lib.7,cap.3.num.34.*

185 Sed si causa appellationis in d. Juris termino commissa fuerit, non remanebit deserta, etiam si quis pro Apostolis non redierit, *Scacc. de Appell.qu.14,num.26. Verall.decis.38,par.1.* cum aliis congestis per *Beltram.ad Greg. d.decis.573. n.14, Marches.de Commiss. par.2, sub tit.de Apost: petit & concess.n.34. fol.5, & 6, Rot.in Segobricen. Parochialis 2, Decembris 1605, n.1, coram clar. mem.Card. Pamphilio Seniore, impress. apud Marches.d.par.2, tit.de Apost: petit.n.1, fol.11, secun. nov.impress.* dummodo Apostoli fuerint petiti, saltem quando appellatio fuerit interposita, secùs si nunquam fuerint petiti, *Duran.decis.43, n. 4, Beltram.ad Greg.dec.572, num.14, Ferentill.ad Buratt.d.dec.556.n.12.*

186 Nam in Curia appellans à definitiva, petitis Apostolis, etiam non expectata de illis responsione, potest Judicem impetrare. *Scacc.de appell.*
187 *q.14.num.26.Duran.d.decis.93,n.5.* Jus † etenim hujusmodi appellationi à definitiva defert, & terminum statuit, ac propterea potest statim prosequi, de responsione non expectata, *Scacc.d. q.14,n 26,vers. Ratio, Duran.d.decis.43,n.6.*

188 Et licèt regulariter soleat hoc casu apponi in commissione illa clausula, termino Juris, aut alia responsione data, ita ut pro Apostolis amplius redire non teneatur, attento, quod à definitiva, aliisque contrariis non obstantibus, *Marches.de Commiss.d.par.2,tit.de Apost: petit.n.38, & seq.fol.8,* ubi de hoc reddit rationem.

189 Nihilominus, quando Lex ipsa appellationi defert, non est in Commissione d. clausula necessaria, sed solùm pro majori cautela apponenda, *Lancellot.de Attent.par.2,cap 13,n.28, & seq. Scacc.de appell.q.14,num.26, Duran. d. decis.43. n.7.*

190 Quinimò sufficit, quòd Commissio in d. Juris termino pervenerit ad Banchum Curtoris, ut eam præsenter, quia ex hac satis dicitur constare de diligentia, licèt adhuc non fuerit Judici præsentata, *Cass.ad decis.3,de appell. Cresc.dec 1, &*
191 *decis.8,nu.1.* licet, † ut ibi dicitur, Rota in hoc aliquando nutaverit, *Scacc. de appell. d.q.14, n. 14, Rota dec.790, n.1. lib.3.p.3, divers. Duran.d, decis.43,n.8.*

192 Non omitto, quod Judex petenti tenetur omninò de Apostolis respondere, aliàs faceret contra leges, & posset puniri, etiam si esset dubium, an appellatio sit admittenda, *Vestr.in prax. lib.7.cap.ult.num.1, Marches.de Commiss.d.par.2 de Apost: petit.num.43, fol.6. Scacc.d.qu.13, num.*
193 *106, vers. Et hoc.* Unde † si de Apostolis non responderet, seu taceret, Appellans non teneretur ulterius pro Apostolis redire, quia censeretur denegasse, *Vestr.d.lib.7,cap.3, num.34, & nu.*
194 *36.Scacc.de appell.qu.13.art.6.nu.56. & seq.* Quin imò Judex hoc casu jurisdictionem amitteret, & processus ab eo postea factus esset nullus, *Clem. quamvis, §. quod si Judex,de appell.juncto, cap.ab eo,de appell.in 6. Specul.de appell lib.4,§.Sequitur sub rubr. de Apost:num.15, vers. item nota Gravat. ad Vestr.d. lib.7,c.3,n.70. Scacc. de appell. q.13,num.11. Rota decis.57, aliàs 406,in secundo dub. sub num.3. de appell. in nov. Cappell.Tolos. dec.322,Marchesan. de Commiss.par.2. sub titulo*

de Apost. petit. & conces. n. 63. fol. 8.

Sed hoc primò non procedit, si Apostoli non
195 fuerunt petiti, & appellatio fuit interposita ab
interlocutoria, *cap. 2. de dol. & cont. in 6. Capell. Tolos. d. decis. 322. in fin.*

196 Secundò non procedit, quando appellatio interposita ab interlocutoria est frustratoria respectu formæ datæ à Jure, prout quando fuit interposita sine scriptis, *Aufrer. ad Capel. Tolos. d. decis. 322. Marches. de Commis. par. 2. sub d. titulo de Apost petit. nu. 63. vers. si verò, fol. 8. Bisignett. decis. 18. num. 4. de appellat. Gravat. ad Vestr. dict. lib. 7. c. 3. n. 80. in fin.*

197 Tertiò non procedit, quando Judex dedit saltem refutatorios, *c. ut super, ubi not. in Glos. ult. de appell. in 6. Gravat. ad Vestr. d. lib. 7. c. 3. num. 70. Bellamer. dec. 151. Si à tribus. vers. sed constat. Cassad. dec. 9. n. 2. de appell.*

198 Quartò, licèt Judex non respondens de Apostolis, ut supra, jurisdictionem amittat, nihilominus, si Appellans à gravamine postea in appellatione succumbat, & Judex, ad quem causam remittat, Judex à quo jurisdictionem recuperat, sive illam, ut supra, amiserit ob non responsionem de Apostolis, sive etiam ob delationem appellationi, *Bisignett. decis. 22. num. 1. de appel.*

199 An autem Processus factus à Judice à quo pendente termino juris, à lege, vel ab homine dato, sit nullus, vel validus, sex diversas opiniones *DD. post Lancel. de attent. refert Scacc. de appell. q. 13. n. 75.*

Sed videtur sic posse breviter distingui, quòd
200 aut fuit appellatum à definitiva, & Processus est
nullus, *cap. non solum in princ. de appellat. Franc.*
201 *in cap. ut super. n. 4. de appell.* Ubi † quod dilatione pendente officium Judicis conquiescit, *Scacc. de Appell. q. 13. n. 76.* ubi ponit regulam generalem, *& n. 91. vers. prima opinio.* Aut
202 fuit † appellatum à gravamine, seu ab interlocutoria, & tunc, Aut Judex inhibuit, & Processus factus à Judice, à quo post inhibitionem est nullus, *cap. non solum de appell. Franc. in d. c. ut super nu. 4. de appell.* Aut † non inhibuit, & tunc
203 Aut appellatio est ipso jure nulla; & Processus Judicis à quo est validus, cum etiam si Apostolos dedisset, nihil relevarent, *Bisignett. dec. 18. nu. 4.* Aut † appellatio non est ipso jure nulla, &
204 tunc supposita pendentia appellationis, & termini juris, aut appellans postea obtinuit in causa appellationis, & Processus Judicis à quo est nullus, *d. cap. non solum, de appell. Franc. in d. cap. ut super n. 4. vers. sed si consideretur, Scacc. de appell. d. q. 13. nu. 91. vers. prima opinio.* Aut appellans succumbit, & Processus Judicis à quo remanet validus, *d. cap. non solum, de appell. Franc.*
205 *in d. cap. ut super, n. 4. Scacc. q. 13. nu. 81.* & † clarius tradit idem *Scacc. d. q. 13. n. 91. vers. prima opinio,* Medio autem tempore donec appellans obtineat, vel succumbat, Processus factus à Judice à quo non debet dici nullus ipso jure, sed stat in suspenso, & nullitas, vel validitas pendet à futuro eventu, ut post *Franc. & Scacc. ubi supra* colligitur etiam ex *Bellam. dec. 62. vers. cave, & vers. sed procedit.* Et secundùm hanc ultimam distinctionem videtur intelligenda communis opinio, de qua per *Vant. de Null. defec. jurisd. ord. n. 159. post Boer. dec. 256. n. 7.*

206 Si quis autem cautius agere voluerit, quando Adversarius appellavit ante definitivam, poterit d. juris termino pendente, antequam aliquis ulterior actus fiet, illum citare, ad videndum sibi responderi de Apostolis, & curare quòd Judex det refutatorios, & dilationes revocet, nam tunc Processus coram Judice à quo fabricatus erit omninò validus, juxta cautelam quam Praxis observat, & de qua per *Vant. de Null. defect. jurisd. ord. nu. 59. post Cassad. dec 9. nu. 2. de appell.* ubi quod hæc est optima cautela in quocunque Tribunali.

G In Romana Curia ab Auditore R. C. Apo-
207 stolicæ, & ejus locumtenentibus, ex quo coram eis vertuntur causæ interesse particularium Personarum tangentes, prout etiam ab Auditore Rotæ, seu sacri Palatii Apostolici, & à quocunque Delegato Papæ appellatur ad Papam, *Scacc. de appell. q. 8. n. 16. & n. 20. & n. 144.*

208 A Vicario Papæ, & ejus locumtenentibus, & vice gerente pariter appellatur ad Papam, *Scacc. de appell. d. q. 8. n. 130. & seqq.*

209 A Gubernatore Urbis, ejusque locumtenentibus similiter appellatur ad Papam; sed si agitur de interesse Fisci, appellatur ad Cameram ex dispositione Bullæ Pii quarti, *Scacc. de appell. d. q. 8. n. 142.*

210 Pro faciliori hujusmodi, & aliorum Supplicantium expeditione, instituit Summus Pontifex duo Auditoria, videlicet Signaturam Gratiæ, & Signaturam Justitiæ; in quarum prima quæ Gratiam, in secunda quæ Justitiam concernunt, postulari, & expediri solent: & utrique Signaturæ Prælatos Jurisperitos, qui utriusque Signaturæ Referendarii appellantur, & quorum non est certus numerus, præfecit, necnon etiam Cardinalem utrique præposuit, quarum alter Signaturæ Gratiæ, alter Signaturæ Justitiæ præfectus vocatur, & extra ordinem de per se leviora concedit, *Vestr. in Prax. lib. 1. cap. 3. num. 1. & seq.*

211 Olim Summus Pontifex in utraque Signatura manu propria rescribebat, sed postmodum à munere rescribendi de jure se penitus revocavit, & Cardinali Signaturæ Justitiæ Præfecto vices
212 suas delegavit. Et † hodie rescripta Cardinalis Signaturæ Justitiæ Præfecti, ex dispositione Constitutionis Pauli Tertii, habent eandem vim, & virtutem, ac si essent manu propria ipsius Papæ exarata, conscripta essent, in omni-
213 bus, & per omnia *Vestr. d. lib. 1. cap. 3. n. 2.* Et † creditur Cardinali Præfecto dicenti, *Placet D. N. Papæ, Seraph. dec. 493. Duran. dec. 132. num. 9.* sicut † dicenti, *Concessum in præsentia D. N. Papæ,*
214 quando Commissio est signata per Concessum, *Seraph. decis. 857. num. 13. Duran. dec. 132. num.*
215 *8. & num. 9.* ubi † quod Rota non consuevit revocare in dubium potestatem Signaturæ Justitiæ, etiam si præcesserit commissio signata manu Sanctissimi.

216 Fuerunt autem hæ duæ Signaturæ divisæ tempore Alexandri Sexti de Anno 1492. ad Pontificatum evecti, nam antea diversimode procedebatur, *Marches. de Commiss. par. 1. sub titul.*

de

de S.D.N. Papæ Referend. cap. 1. num. 47. fol. 8. 226

217 Verum quoniam Signatura in causis parvæ summæ non rescribit, ideo in casibus, in quibus ob id non datur Appellatio à Sententia locum tenentis Eminentiss. Cardinalis Vicarii, datur recursus ad vices gerentem, qui est Judex ejusdem Tribunalis, repræsentans personam Vicarii, & à Vicesgerente datur recursus ad Eminentissimum Vicarium, *Scacc. de appell. d. q. 8. n.* 227 *13. & seq.*

218 In Curia verò Gubernatoris adest Judex recursus, ad quem in causis, in quibus non datur Appellatio à Sententia locumtenentis Gubernatoris, datur recursus, & ab illo iterùm datur recursus ad Illustriss. D. Gubernatorem, qui aliquando hujusmodi causas per se ipsum, & ut plurimum per alium, ab eo deputandum, expedire consuevit, juxta ejus ordinarias facultates; 228 qui recursus infra decem dies peti debet, & petitus executionem non retardat, donec citata parte fuerit admissus, juxta notoriam Praxim illius Tribunalis, & disposita per *Sixtum V.* 229 *Const. 72. in sublimi secun. nov. impress. Scacc. de appell. q. 8. n. 43.*

219 A Camera verò Apostolica, Decano, & Clericis Cameræ, qui nullam habent Jurisdictionem uti singuli, sed tantùm Collegialiter in plena Camera, unde unus non potest, nisi de voto aliorum, causam expedire, etiam si illi causa à 230 Papa commissa foret, datur appellatio ad ipsam met Cameram, *Scacc. de appell. d. q. 8. n. 145. & seqq.*

220 Et ideo sicut causa semel effecta curialis non committitur amplius extra Curiam, *Staphil de lit. Grat. & just. vers. quando appellatur, & seqq. fol. 171. & seq. Vestr. in Prax. lib. 3. c. 9. num. 12.*

221 *Rot. dec. 43. de appell. in nov.* Nisi † postea Summ. Pontifici aliter placuerit, cùm à solo Papa, qui omnia potest, non autem à Signatura Justitiæ id fieri possit, *Marches. de Commiss. iact. & iact. par. 3. §. unico. n. 19 fol. 374. secun. nov. impress.* quia nun-

222 quam † desinit esse Curialis *Marches. d. par. 3. de commiss. iact. & iact. §. unico, num. 17. & seq. fol.* 231 *364.* nisi fortè aliquando ex magna, & urgenti causa potius facti, quàm juris, de qua per *Staphil. & Vestr. ubi supra.*

223 Et sicut causa semel effecta Rotalis non committitur amplius extra Rotam, & non desinit esse Rotalis, sed causa Appellationis ab unius Auditoris Sententia committitur alteri Auditori, qui diversos habet Correspondales votantes, ut post alios tradit *Scacc. d. q. 8. n. 20.*

224 Sic causa semel effecta Cameralis, numquam desinit esse Cameralis, sed si ab unius Clerici Sententia appellatur, committitur ab eadem Camera alteri Clerico per Turnum, *Scacc. de appell. d. q. 8. n. 146. & seq.*

225 Similiter ab Eminentiss. Cardinali Camerario, & ejus Auditore, seu locumtenente à Thesaurario S.D.N. Papæ, & illius Auditore, à Præsidibus Dohanarum, Annonæ, Grasciæ, Riparum, & aliis Clericis Præsidibus, & Gubernatoribus, Camerariis, Commissario Cameræ, & aliis quibuscunque Cameralibus, appellatur ad Cameram, quæ causam uni ex Clericis distribuit, seu committit, *Scac. de appell. q. 8. n. 148. usq; ad n. 153.*

A Judicibus verò Ripæ, & Ripettæ appellatur ad Præsidentem Riparum, sed à Dohanerio, & Dohanerio Patrimonii appellatur ad Præsidentem Dohanarum, qui quidem Præsides, licèt sint Cameræ Clerici, causas tamen hujusmodi, uti Judices ordinarii, de per se absque voto Cameræ expediunt, *Scacc. de appell. d. q. 8. num. 129. & n. 145.*

A Judice Marescialli Urbis, seu Curiæ Sabellorum, & à Judice Soldani Romanæ Curiæ, seu Turris Nonæ, appellatur ad A. C. & ad Gubernatorem Urbis, *Vestr. in Prax lib. 2. c. 14. n. 1. & c. 15. n. 1. Cherub in comp. Bull. super const. 26. Gregor. XIII. Dum rectè fol. 1. late Scacc. de appell. d. q. 8. num. 128.* ubi quod Gubernator in appellationibus à Judice Marescialli se de facto intromittit.

A Judice Fabricæ S. Petri, semel tantum, ad Congregationem Fabricæ appellatur, *Cherub. in Compend. Bull. super const. 3. Clem. 7. Admonet. fol. 1.*

A Gubernatore Burgi appellatur ad A. C. quia ad eum appellatur ab omnibus Judicibus Romanæ Curiæ (Vicario, Gubernatore, & Senatore exceptis) unde cùm Gubernator Burgi non sit in facultatibus A. C. exceptuatus, remanet sub regula, *Vestr. in Prax. lib. 2. cap. 4. n. 4. Scac. de appell. d. q. 8. n. 141.*

Regula tamen, quod ad A. C. appellatur ab omnibus Romanæ Curiæ Judicibus (Vicario, Gubernatore, Senatore exceptis) Primò non procedit in Eminentiss. Cardinali Camerario, à quo appellatur ad ipsam Cameram *ex prælegatis*, quia cùm Auditor Cameræ sit Auditor ipsius Camerarii ex allegatis supra, *sub c. 1. lit. A.* & se Cameræ Auditorem in omnibus diplomatibus vocet, absurdum esset, quòd à Camera, & Cardinali Camerario, qui est caput ipsius Cameræ, ex allegatis supra *d. c. 1. lit. A.* appellaretur ad proprium Auditorem, & sic ad inferiorem, quia appellatio datur ab Inferiore ad Superiorem, non è contra *Scacc. de appell. d. q. 8. n. 152.*

Secundò non procedit in Thesaurario, Præsidibus, & aliis Judicibus Cameralibus; tum quia isti sunt Camerales, & sic pars Cameræ, tum quia in eorum Sententiis, & Decretis agitur, ut plurimum, de interesse Cameræ concernentibus, & ob id ad totam, & plenam Cameram, non autem ad illius Auditorem, coram quo tantum de interesse particularium disceptatur, ab eis datur appellatio *ex prælegatis.*

232 Nec à Sententia lata, seu Decreto facto à Thesaurario, vel ejus Ministris auditur Appellans, nisi facto prius actuali depósito penes Sac. Montem Pietatis, aut alium idoneum Depositarium, præsertim si agatur de debito Cameræ, *Scacc. de appell. d. q. 8. n. 151.*

233 A Sententia Prætoris Urbani, seu Senatoris Urbis, & ejus deputati, & Collateralium appellatur ad Capitaneum appellationum, etiam si sit lata de voto totius Assertamenti, *Stat. Urb. l. 1. c. 12. & c. 166. Scacc. de appell. q. 2. n. 22. & q. 8. n. 136. & seqq. & n. 140.*

234 A Sententia verò Capitanei appellatur ad Senatorem, nisi adsint duæ conformes, quæ in Curia Capitolina habent vim trium, & faciunt

rem

rem judicatam, ex dispositione Statuti, quod in omnibus Curiis inter Cives, & incolas, & distrituales Urbis, est observandum, *Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 180.

235 Et à Senatore ad Capitaneum, nisi sint duæ conformes, ut supra; sed si Senator, vel Capitaneus sit ille met, qui aliàs in causa sententiavit, causa deciditur de voto Consultoris eligendi, *Stat. Urb. l.* 1. *c.* 180. *c.* 181. *c.* 182. *&c.* 187. *Scacc. de appell. d. q.* 8. *n.* 136. *& seqq usque ad n.* 141.

236 A Magistris Justitiariis, seu Judicibus limitum & damnorum datorum, necnon Consulibus artium, & ab omnibus Judicibus Capitolinis datur appellatio ad Capitaneum Appellationum, ex dispositione *Stat. Urb. d. lib.* 1. *c.* 166. *& lib.* 3. *c.* 40. *in fi. prin. Scacc. de appel. q.* 2. *n.* 22, *& q.* 9, *n.* 132.

237 In casu verò non appellabili datur recursus per viam querelæ ad Conservatores Urbis, ex dispositione *Stat. Urb. lib.* 1. *c.* 15. *& c.* 40. *Scac. de appell. d. q.* 8. *n.* 134.

238 A Consulibus Agriculturæ non datur appellatio, sed tantum revisio ex dispositione Statut. Agriculturæ, *Scacc. de appell. d. q. n.* 133.

239 A Consulibus Aromatariorum non solùm datur appellatio ad Capitaneum, ut supra, sed etiam ad Gubernatorem Urbis, & ad Cameræ Apostolicæ Decanum, & ita quotidie observat Praxis.

240 A Magistris Viarum datur appellatio ad Capitaneum, sed hoc recessit ab Aula, & ad Præsidem Viarum, qui est unus ex Cameræ Apostolicæ Clericis. Si † verò Magistri Viarum, una 241 cum Cardinali Camerario sententiam ferant, & causam decidant, datur appellatio ad Cameram tantùm, à qua de facili primo loco committitur Viarum Præsidi, & juxta hanc recentiorem Praxim intelligendus est *Scacc. de appel. d. q.* 8. *n.* 135.

242 A Sententiis Conservatorum Urbis appellatur ad Papam, quia sunt illius Delegati in causis eis commissis, *Cherub. cum Bull. super Const.* 10. *Jul.* III. *Ad hoc scol.* 1.

A Judicibus, seu vicariis Eminentissimorum 243 Archipresbyterorum Basilicarum sancti Petri, sancti Joannis Lateranensis, & sanctæ Mariæ Majoris non datur appellatio, nec ob eorum amplissimas facultates, Signatura Justitiæ in causis ad jurisdictionem ipsorum spectantibus rescribit, sed bene ab eis datur recursus, primo loco ad Judicem recursus ad id deputatum, secundo verò loco ad Eminentissimum Archipresbyterum, qui alium Judicem deputat, firmo semper remanente Notario, & in causis graviotibus sæpe solet deputare Auditorem Rotæ extra Rotam, qui tamen sine voto aliorum Coauditorum causa non decidit.

244 Verum tamen, si quis in causa magni momenti à prædictis omnibus valde læsus reperiatur, poterit adire Signaturam Sanctissimi, seu Gratiæ, quæ ex causa rescribit in omnibus causis cujusvis Tribunalibus, quibuscumque Facultatibus, & privilegiis non obstantibus, & ita passim observatur in praxi.

245 A judicibus locorum piorum, Cardinalem Protectorem habentium, similiter non datur appellatio, quia Protectores solent habere in facultatibus, ne ab eorum Sententiis possit appellari, prout Protector sanctæ Marthæ habet hujusmodi facultatem à Julio III. concessam, quam confirmavit Greg. XIV. *Const.* 12. *Salubrem secun. nov. imp.* Sed bene ab eorum quoque Sententiis datur recursus, primo loco ad Judicem recursus ad id deputatum, deinceps verò in casu, in quo de jure recursus admittendus est, ad Eminentissimum Protectorem, qui alium Judicem deputat, firmo, ut supra, remanente Notario. † Posset etiam gravatus à Protectore ejusque Judicibus adire Signaturam Sanctissimi, nam Signatura Justitiæ, nec etiam in his causis apponit manus.

At si Judex deferret simpliciter appellationi 247 exadverso interpositæ in casu non appellabili, ligaret sibi manus, nec posset suam Sententiam exequi, *cap. cum appellationibus, § si verò, ubi Gl. s. in verb. remittenda de appel. in* 6. *Cherub. super d. Const.* 12. *Greg. XIV. scol.* 2. *Buratt. dec.* 171. *n.* 3. & alii quos cumulat *Ferentill. ad eundem Burat. dec.* 556. *n.* 15. *& n.* 17.

248 Sed hoc primò non procedit, quoad præjudicium partis, quia non facit causam appellabilem, *Gabr. cons.* 34. *n.* 3. *& n.* 5. *& seqq. lib.* 1.

Secundò non procedit, quando Judex appel- 249 lationem admisit, cum clausula, si & in quàtum de jure sit admittenda, *Gabr. de consil* 34. *n.* 9. *& n.* 10. *lib.* 1. & aliis quos cumulat *Cherub super d. const.* 12. *Greg. XIV. schol.* 2. *& Ferentil. ad Burat. dec.* 171. *num.* 9. Nam † admissio cum d. clausula operatur, quatenus de jure d. appellatio fuisset admittenda, & non aliàs, *Marant. de ord. jud. in* 3. *par.* 6. *par. prin. act.* 2. *n.* 200. cum aliis cumulatis supra *c.* 1. *lit. R Gabr. d cons.* 34. *num.* 9. *libro* 1. latè *Scacc. de appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7. *nu.* 100.

Tertiò non procedit, quando Judex non de- 251 disset Reverentiales simpliciter, sed Reverentiales in forma, sub quibus ob illud verbum in forma, continentur refutatorii, quatenus appellatio non esset de jure admittenda, *Vestr. in Prax. lib.* 7. *c. ult. n.* 2. cum aliis cumulatis supra, *sub lit. F. vers. illud autem verbum* latè *Ferentil. ad Burat. d. decis.* 556. *num.* 16. *Cherub. in d. comp. Bull. super d. Const.* 12. *Greg. XIV. scol.* 2.

A judicibus verò aliorum locorum piorum 252 Protectorem non habentium, appellatur ad Papam, & potest adiri Signatura Justitiæ in causis coram eis vertentibus, quæ in eis rescribit, cum Protectore non existente, cessat ratio Privilegiorum, & Facultatum, de quibus supra, & ita observat Praxis.

In causis quoque cameralibus, ob amplissima 253 Privilegia Cameræ Apostolicæ concessa, Signatura Justitiæ non rescribit, *Scacc. de appellat. q.* 8. *n.* 153.

In causis verò Capitolinis Signatura Justitiæ 254 tantum rescribit super restitutione in integrum ob lapsum dilationum Statutariarum, vel fatalium, & hujusmodi, non autem in cæteris, *Scacc. d. q.* 8. *n.* 155. *& seq.*

Sed Signatura Sanctissimi ex causa rescribit 253 in omnibus, quia Papa est super omnia Tribunalia, & omnia potest.

Appel-

H Appellatio à Sententia definitiva debet in-
256 terponi in ſcriptis, *l.1.§.fin.Bart.n.4.ff.de appell. Marant.de ord.Jud,in 3.p.6.partis prin. act.2 n. 124.Lanfranc.in Prax.ſub tit. de interloc. & appell. n.116.verſ.ubi autem,Veſtr.lib.7.cap.3.n.28. Fenzon.ad Stat.Urb.lib.1.c.168.nu.9,Duran.dec.217. n.7.*

257 Sed hoc procedit, quando appellatur ex intervallo, ſecus ſi appelletur incontinenti, Nam tunc non eſt neceſſe appellare in ſcriptis, ſed poteſt appellari viva voce, *l.2.ff.de appell. Lanfranc. in d.tit de Interloc.& Appel.n.116. Scacc de appell. q.1.n.15.& ſeq.Duran.d.deciſ.217.num.7.* cum aliis allegatis ſupra *ſub lit.D.*

258 Ab interlocutoria verò, & gravamine non poteſt appellari viva voce, ex allegatis ſupra *lit. D.verſ.hoc tamen*, ſed debet omninò appellari in ſcriptis, ſive appelletur incontinenti, ſive ex intervallo, *cap.cordi,de appellat.in 6. Bald.conſ.44. num.6.verſ.ſuper quinto, lib.3. Caſtr.conſil,237. viſo puncto,col.2.n.1.verſ. reſpondetur,lib.2. Marant.de ord.jud.d.act.2.num.126.Caſſad. dec.5.n.2. & ſeq.poſſ.& fruct.Guid.Pap.dec 16.n.2.verſ.cum ab ipſa,* & ibi *Adden.Lanfran. d.tit.de interl.& Appel.nu.116.Fenzon.ad Stat.Urbis d.lib.1.c. 168.n. 13.Rota deciſ.2.num.8.p.2.diverſ.* non ſolùm de jure Canonico, ſed etiam de jure Civili. *Marant. d.act.2.n.126.Fenzon.d.cap.168.nu.10. Scacc. de appell.d.q.4,num.9 in principio verſ.contra,* & ita ſervari in Curia Romana tradit *Veſt. in Prax. d. lib.7.c.3.n.28.*

259 Sed hoc non procedit in appellatione ab interloquutoria habente vim definitivæ, à qua poteſt appellari viva voce, ſicut definitiva, cui illa in omnibus æquiparatur, *Franc.11 cap. ut debitus q.7.n.16.in fin.de appell. Butr. conſ.6.n.4. Roman. conſ.41.in princ.* & ibi *Mandoſ.ſub lit.B. Marant.de ord.jud.in d.3 par.6.partis princ.act.2.num.130. Scacc.de appell.d.q.4.nu.12. Fenzon ad Stat. Urb. d.lib.1.c.168.n.11.& ſeq.*

260 Dicitur autem Appellatio in ſcriptis, quando datur Libellus, ſeu Cedula appellationis, *Rot. dec.2.n.20.par.2.diu.* non eſt tamen de eſſentia ut in appellatione hujuſmodi illa verba, *in his ſcriptis*, inſerantur *Scacc.de appell.d.q.4.n.5.verſ, non tamen. Rot.dec.2 n.19.& ſeq.par.2.diu.*

1 Nullitas eſt jus, ſeu commune auxilium, ad
261 actum irritandum competens, *Vant.de null.tit. quid ſit nullitas,n.1.& ſeq.Scacc.de appell.q.19.rem. 1.concl.1 n 1.*

Et dicitur à ſuo primitivo, Nullus; Nullus verò deſcendit à non, & ullus, ſeu non aliquis, *Vant d.tit.quid ſit nullitas,& unde,dict. num.11.& ſeq.*

262 Poteſt autem de nullitate dici, uſque ad triginta annos, ſed non ultra. *Marant. de ord. jud.in 3.par 6.partis princ.act.1.n.157. Veſtr.in Prax.lib. 8.c.1.num.10.* & ibi *Gravat.n.30. Vant.de null. ſub tit.quot.& infra quod temp.num.8 verſ.Si verò, Scacc.de appel.q.19.rem.1.concl.7.n.1.Rot.dec.156. num.8.dec.612.num.3.& dec. 591. num.4.par.2. rec.Coccin.dec.337.n.11.& dec.396. n.3.* Cum
263 omnis † actio dicto tempore præſcribatur, *Rot. dec.240.n.17.par.5.rec.*

264 Sed hoc primò non procedit, quando agitur de periculo animæ; nam tunc poteſt agi, & dici de nullitate in perpetuum, *Marant. de ord.jud. d. act,1.n.154. Vant in d.tit.quot, & int.quod temp. n.8.Gravat.ad Veſtr.d.lib.8.c.1.n.30. Scacc.de appel.d.q.19.rem.1.concl.7.n.2.*

265 Secundò, Non procedit quando Nullitas deducitur per viam exceptionis, nam omnes exceptiones ſunt perpetuæ, *Veſtr.d.l.8.c.1,n.10.* & ibi *Gravat.n.30. Vant.de nullit. d.tit.quot, & int. quod temp.n.8.Scacc.d.q.19.rem.1 concl.7.num.8. Rot.dec.240.n.18.& ſeqq par.5.rec.*

266 Tertiò, Non procedit, quando actus eſt ipſo jure nullus, nam tunc perpetuo poteſt de nullitate dici, *l.quæ ab initio.ff.de reg.jur. Gravat. ad Veſtr.d.lib.8.c.1.n.30.Vant.d.tit.quot,& int.quod temp.n.8.Scacc.d.q.19.rem.1.concl.7.num.3.* ubi *in verſ.ſecundus caſus*, id declarat, non habere locum, quando ſpatio 30. ann. præſumitur actus ſolemnis, cum beneplacito Apoſtolico, aut alia ſolemnitate extrinſeca, nam tunc ultra 30. annos non poteſt dici de nullitate.

267 Quartò, Non procedit, quando Nullitas eſſet defectu jurisdictionis, vel mandati, Nam poteſt tunc dici de nullitate uſque ad mille annos, *Vant.d.tit.quot,& inter quod temp.n. 8. Scacc.d.q. 19.rem.1.concl.7.n.3.verſ.confirmatur.*

268 Quintò, Non procedit Statuto, vel Conſuetudine aliter diſponente, *Scacc. d.rem. 1. concl.7. num.5.*

269 Et poteſt Nullitas dupliciter in judicio proponi, & deduci, ſcilicet, principaliter, & acceſſoriè, ſeu incidenter, *Vant.de nullit. tit. quot & quib.mod.null.ſub num.1. Veſtr. lib.8.c.1.num.2 Scac.d.q.19.rem.1.concl.3 n.1.*

270 Principaliter nullitas rurſus duobus modis deducitur, ſcilicet, principaliter de per ſe, prout quando petitur, ſententiam nullam pronunciari & æquè principaliter expreſſim una cum appellatione, prout quando quis dicit Sententiam nullam, & ſi qua eſt appellat, ut poſt alios docet *Scacc.d.q.19.rem.1.concl. 3.n.3.& n.4*

271 Incidenter autem nullitas poteſt deduci quatuor modis, primò ſub ipſa Appellatione, quia appellatio continet in ſe tacitè etiam cauſam nullitatis. Secundò, quando pars petit, iterum pronunciari ab eodem Judice, afferendo primam Sententiam nullam. Tertiò, quando opponitur excipiendo contra petitam executionem Sententiæ. Quartò, quando agitur de nullitate notoria, quæ ſemper cenſetur incidenter deducta latè, *Scacc.de appell.d.q.19.rem.1.nu.11. & n.18.& ſeqq.*

272 Nullitatis autem in judicio deductæ inſtantia, ſi nullitas eſt de per ſe principaliter, vel æquè principaliter in judicio deducta, de jure civili eſt triennalis, ſicut ſunt aliæ inſtantiæ, Nam non reperitur per aliam legem præfixa, quam per *l. properandum, C.de jud. Veſtr. in Prax.lib.8.c.1. num.10. Marcheſ. de Commiſſ.null.ſanat.p.3.§.4. num.79.fol.148. Scacc.de appell.q.15.nu.261.* De jure verò Canonico, quia aliæ inſtantiæ ſunt perpetuæ, hæc quoque erit perpetua, *Veſtr.d.lib.8. c.1.n.10.Marcheſ.de Commiſſ.nullit.ſanat. p.3.§. 4.n.80.fol.248.*

273 Cum tamen jus dicendi de nullitate præſcribatur ſpatio triginta annorum, ad inſtar aliarum actionum, ex allegatis ſupra *num. 262. & ſeqq.*

cauſa.

causa quoque Nullitatis, per viam actionis in Judicio deducta, spatio triginta annorum efficietur deserta, *Franc.in c.dilecto, q.58, de Appell. Rot.decis.591,n.4,& decis.617, nu.3,p.2,recent. Buratt decis.163,n.1,ubi Ferentill.lit.A.* alias decisiones cumulat idem *Buratt.decis.823,n.9*, ubi alias decisiones allegat.

274 Si verò nullitas fuit deducta in Judicio incidenter,& accessoriè ad appellationem,per viam tamen actionis, tunc instantia nullitatis est eadem cum instantia appellationis, adeo quòd deserta causa, seu instantia appellationis sit etiam deserta instantia nullitatis, *Franc.in c.dilecto col. 5,vers.3,modo de Appell. Vestr.d.lib.8,c.1, num.10, Vant.de Null tit.quot, & int. quod tempus,num.8, vers.quicquid tamen.Covar.pract,quæst,c.24,nu.7, vers.quid si deserta sit.Scacc.de Appell.q.15, nu.101, & num.202,vers.Secus,& q.17,lim.2, num.331, versic.Et ideo.*

275 Proposita autem Nullitate, & injustitia sententiæ simul, potest super utraque insimul ad ulteriora procedi,nisi dicens de nullitate instet prius de illa cognosci, antequam de justitia,& negotio principali cognoscatur,tunc enim,Parte opponente, debet Judex prius de illa cognoscere,secus parte non opponente, *Vant.de nullit. tit.quot.& quib.mod.nullit.num. 15, vers.intellige, Rot.decis.46,num.2,par.1,recent.Coccin. dec. 206,*

276 *num.1,& seqq.* ubi † alias decisiones allegat: nec sententia notoriè injusta, & nulla potest, Parte opponente,confirmari,*Cavaler.dec.203,num.7.* aliàs si Judex dicta protestatione non obstante procederet ad ulteriora super negotio principali,non cognito prius de Nullitate, processus esset nullus.*Cæsar de Grass.decis.11, nu.3, & seq.de rejud.Put.dec 72,lib.3,Rot. in Tiburtina administrationis Tutelæ 18.Marc.1611, coram bb.me. Patriarcha Hierosolymitan. impress. apud Marches.de Commiss.null.sanat.p.3,§.2,dec,12,n.5,fol.49, secun.nov.impress.* quod tamen *Vant.* ubi sup. *num. 16,*intelligit, habere locum si etiam fuit appellatum ab ulteriori processu.

277 Cæterum, si parte non opponente de nullitate, sententia fuerit confirmata, non potest amplius illius nullitas allegari,*Rot.dec.512, num. 1.par.2.recent.* quod procedit, si sententia confirmans transitum fecit in rem judicatam, aliàs secus,ut declarat *Rot.d.dec.512,n.2.*

278 Differt nullitas ab injustitia,sicut species à genere,& sicut species à specie:Nam Injustitia potest accipi duobus modis,scilicet largè,& in genere; & strictè,ac propriè,& in specie. Largè, & in genere sumpta comprehendit sub se non solum id quod est contra jus Partis, & sic non rectè factum, ex quo resultat injustitia in specie, propriè,& strictè sumpta,sed etiam id, quod est contra Jus,seu contra Juris solemnitatem, & sic non ritè factum,ex quo resultat nullitas. Strictè verò,propriè, & in specie injustitia non comprehendit sub se, nisi id quod est contra jus partis,*ff.si in l.lecta.n.16.per tot.& signanter,vers.tertio adverte,ff.si cert.pet.Rot.in Rom.Domus seu Census 21,Aprilis. & 16.Jun. 1606. coram bo.me. Card. Sacrato, impress. apud Marches.de Commiss. Appel.in Curia par.1,dec.1,n.1,& dec.2,n.1 & seq. fol.229,& fol.230.secun.nov.impress.*

279 Rursus nullitas quoque dupliciter accipi potest, scilicet propriè,& simpliciter, & minus propriè & secundùm quid: propriè, & simpliciter nullitas dicitur id, quod est tantùmmodo contra Juris solemnitatem. Minus propriè verò, & secundùm quid Nullitas dicitur id, quod est principaliter contra jus Partis,& per consequens etiam contra Juris solemnitatem prout est illa Nullitas,quæ resultat ex Injustitia patente, quæ alio nomine vocatur etiam nullitas per comparationem.*Contard.in l.1,lim.9,n.48,C.si de mom. possess.agat.*

280 Ex quibus primò infertur, quòd sententia nulla dicitur etiam injusta,*Soccin.con.255, nu.4,*

281 *lib.2,Corn.cons.315,n.4,lib.3,* quia † omne nullum dicitur etiam injustum, *ff.si in l.lecta.n.16, vers.3,adverte, ff.si cert.pet. Covar.in rubr.de Testam.par.1,n.4,& seq.Corn.d.cons.315, num.4,in fin.lib.3,Rot.in d.Rom.Domus 21,Aprilis 1606, coram bo.me.Card.Sacrato impress. apud Marches.ubi*

282 *supra,dec.1,n.1,fol.229,* quinimò † nulla est major injustitia,quàm nullitas, *Innoc.in cap.dilecto, de Appell.Bellamer.decis. 343, Vant. de nullit.tit. quid sit nullit.& unde dicta,n.20, Contard.in d.l. unica,lim.7,nu.13,& nu.15,C.si de mom. poss.agat. Scac,de Appel q.17,lim.19. n.4,vers. Sed notoria,*

283 sub † quo numero ideo defendit, quod sicut à Sententia notoriè injusta, sic etiam à Sententia nulla potest appellari.

284 Secundò infertur, quòd notoria, seu evidens injustitia reddit sententiam nullam,*Felyn.in cap. inter cæteros,n.10,de rejud.Rol.cons.6,n.38.lib.3, Contard.in d.l.unica,lim.9,n.45,& n.46, & seqq.* Ubi de magis communi, & de observantia fori Capitolini,& etiam Rotæ,testatur.

285 Et ob id sententia, quæ caret omnino probationibus, & quæ non justificatur ex actis,est notoriè injusta, ex quo redditur etiam nulla, *Mant.dec.211, num.6.* ubi loquitur in sententia lata sine ullis probationibus, *Cæs.de Grass.dec.11, num.4,de jud. Seraph.dec.965,n.10,& dec.261, n.5,*ubi testatur, Sententiam,quæ non justificatur ex actis, ex inveterata Rotæ observantia esse nullam, *Buratt.dec.325,num.2, Greg.dec.209, num.4,*ibi, Tertia nullitas, seu notoria injustitia, *Cavaler.decis.203, n.4,& n.5,* ubi loquitur de sententia totaliter probationibus carente juxta magis communem opinionem, de qua per

286 *Gabr.de Sent.concl.9,num.5.* Quia † Rota non admittit illam opinionem, quòd Judex possit moveri ad judicandum extra acta; honestati enim tanti Tribunalis convenit, quod semper in actis de Justitia appareat, juxta tradita per *Seraph.decis.377,num.10, Beltram. ad Greg. dec.1, num.15.*

288 Sed hoc primò procedit, quando injustitia esset adeo notoria,ut aliquo colore velari,& offuscari non possit, secus si non sit ita notoria, *Buratt.decis.251,numer.6,& numer.7.*ubi quamplurimas cumulat auctoritates, & Rotæ decisiones.

289 Secundò procedit, quando sententia ex aliis antiquis, vel novis probationibus non justificatur,nec justificari potest, secus si justificetur,vel justificari possit ex aliis, & non agatur de illa exequenda, sed sustinenda, *Put.decis.391.*

in correct. Seraph. dec. 701, n. 3, & dec. 734, n. 5, & 299
n. 6, cum aliis cumulatis per *Buratt. d. dec. 252, n. 10, & seqq.*

289 Ex quo infertur, quòd si agatur de Sententia Excommunicationis, quæ debet ex eisdem actis justificari, *Seraph. d. dec. 701, n. 3, Buratt. dec. 760*
290 *n. 1, & seq.* vel † de Sententia lata in Salviano, quæ ad effectum, ut intret Aegidiana, similiter debet justificari ex eisdem, *Seraph. d. dec. 701, n.*
3, & dec. 377, n. 20. ubi Apostilla subdit, quòd 300
ita fuit etiam resolutum *in Beneventana Notariatus 16, Martii 1562, coram bo. me. Gropperio, & in Firmana attentatorum 11, Januar. 1577, coram bo. me. Robusterio Mantic. dec. 326, num. 8, Rot. dec.*
291 *28. par. 1, recent.* vel † de executione Sententiæ, quæ ad dictum effectum non potest, nisi ex eis- 301
dem justificari, *Seraph. dec. 279, num. 5. Rot. dec.*
386, n. 2, par. 1, divers. Buratt. dec. 584, num. 6,
292 vel etiam † de executione mandati executivi, quod pariter ex eisdem justificari debet, *Illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præs. Rot. post Zacch. de ob-*
lig. Cam. dec. 136, num. 8, & post *Pacif. de Salv.*
dec. 53, nu. 1, & seq. secun. ant. impress. & post 302
Cenc. de Cens. dec. 255, n. 6, Duran, dec. 81, num. 1,
293 *Salust. Tib. in Prax. lib. 1, c. 27, n. 4,* Cum † ad effectum executionis non habet locum regula, *leg. per hanc, C. de temp. appell.* scilicet, non deducta deducam, non probata probabo: utique si
mandatum, seu sententia esset notoriè injusta ex 303
eisdem actis, remaneret per consequens etiam nulla *ex præallegatis.*

294 Tertiò denique Regula, quæ habet, quod sententia, quæ, cùm non justificetur ex actis, uti
notoriè injusta, sit etiam nulla, procedit, quan- 304
do sententia se refert expressis verbis, & per modum causæ dispositivæ ad acta, aliàs secus, si se ad acta, ut supra, non referat, secundùm magis communem opinionem, de qua per *Alex in l. Præses 27, n. 2, ff. de re jud. & Afflict. dec. 28, nu. 8.*
quam in hoc casu servat Rot. *Put. dec. 401, in princ. lib. 1, Coccin. dec. 78, n. 5, Rot. d. c. 178, n. 1, &*
seq. par. 2, recen. cum aliis cumulatis per *Buratt. d.*
dec. 251, n. 13

295 Et licèt Injustitia notoria æquiparetur Nullitati, & dispositum in una censeatur etiam dispo- 306
situm in altera, *Natt. cons. 217, n. 3, Rot. cons. 6, n.*
37, lib 4, Menoch. consil. 211, n. 83, li. 3, Fenzon. ad
Stat. Urb. lib 1, c. 92. n. 18, Mantic. dec. 33, n. 2, Se-
raph. dec. 493, n. 2, Rot. d. dec. 178, num. 1, par. 2, re-
cen. Coccin. dec. 78, nu. 4, Rot. post Fenzon ad Stat.
Urb. dec. 56, vers. Super hoc considerarunt Greg.
dec. 200, n. 4, & dec. 330, num. 4. Nihilominus
296 † Sententia injusta non est propriè nulla, quia nullum simile est idem, *Rot. d. dec. 178, n. 2, par. 2.*
297 *recen.* Sed † benè est nulla minus propriè, & secundùm quid, *Contard. in d. l. unica, lim. 9, n. 48,*
C. si de mom. poss. agat. vel etiam, ut alii dicunt per comparationem *ex præallegatis, Afflict. d. dec. 28,*
num. 9, quem declarat *Contard in d. l. lim. 9, n. 48*
in fin.

L Appellatio ab Interlocutoria de Jure civili
298 non datur, *l. 2, ff. de appell recip. Dec. in cap. ut de-*
bitus, num. 14, de appell. Marant. de ord. Jud. in 3.
par. 6, par. prin. act. 1, num 6, Gravat. ad Vestr. in
Prax. lib. 3, c. 10, n. 6. Scacc. de appell. q. 17, limit. 47,
memb. 1, n. 1.

Sed hoc primò non procedit de Jure Canonico, Nam, eo Jure inspecto, licet appellare ab interlocutoria, *cap. cordi, de appell. in 6, Scacc. de*
appell. q. 17, lim. 47, memb. 1, num. 73, Sed appellatio non suspendit, nisi Judex ad quem inhibear, *cap. non solùm de appell. in 6, Marant. de ord.*
Judic. in d. 3. par. 6, partis princ. act. 1, num. 6, latè
Scacc. de appellat. quæst. 17, limit. 47, memb. 1, nu-
mer. 73

Verum tamen hodie, nec etiam de Jure Canonico, ab Interlocutoria potest appellari *Conc.*
Trident. sess. 24, c. 20, de reform. Reg. Cancell. 37,
de non Appellant. desinit. Scacc. de Appell. quæst. 17,
lim. 6, memb. 3, n. 18, & lim. 47, memb, 1, nu. 79,
& n. 89

Secundò non procedit in interlocutoria inferente gravamen irreparabile per Definitivam
d l. 2. ff. de Appell. recip. Gravat, ad Vestr. lib. 3, c. 10
n. 6, Scacc. de Appell. q. 17, lim, 6, mem. 7, n. 20, &
n. 40, & seq. ubi quoad omnes ita conveniunt,
& lim. 47, memb. 1, n. 84, Rot. dec. 79. nu. 1. par. 3,
rec. Concil. Trid. sess. 24, cap. 20, Refor. Regul. Can-
cell. 37, de non appel. ante desin. & † hoc habet locum, etiam si gravamen sit pro parte reparabile, 302
sed non in totum, vel etiam si possit reparari, sed cum magna difficultate, *Scacc. d. lim. 6, memb. 8,*
n. 2, vers. confirmatur, & n. 3, & seqq. & d. lim. 47,
memb. 1, n. 87.

Interlocutoriæ autem inferentes gravamen irreparabile sunt

Primò pronuncia de respondendo, vel non respondendo libello, vel procedendo, vel non procedendo super eo, non obstantibus oppositis ex adverso. Secundò † pronuncia injusta de 304
procedendo ad ulteriora, sive rejiciat exceptionem dilatoriam oppositam, ut incompetentiæ Judicis, legitimationis Procuratoris, vel Tutoris, sive rejiciat peremptoriam, ut proscriptionis claræ, & liquidæ, aut aliam similem peremptoriam, quæ in vim dilatoriæ opponi potest, sive rejectio sit expressa, sive tacita, sive servet exceptiones oppositas in fine litis, sive non. Nam
305 † peremptoria, repellens à limine Judicii, potest opponi, & reprobari, etiam ante litem contestatam, *Castren. cons. 166, visit. visis actis, num. 1,*
306 *fin. vers. nec primi Judices lib. 2,* & † omnis exceptio, quæ concludit, Actori actionem non competere ipso jure, de jure communi impedit litis ingressum, & prosecutionem, *l. si Pupilli, §.*
videamus, ff. de neg. gest. c. 1, de lit. const. in 6. Bart.
in l. Nam, & postea in princ. num. 7, ff. de Jurejur.
Specul. de except. li. 2, §. dicto, de dilator. n. 40, vers.
est & alia, cum aliis cumulatis per *Roman. cons.*
466, videtur, num. 3, vers. Clarum est autem, Ca-
stren. cons. 221, Antequam num. 5, versic. ad ultim.
lib. 2, Soccin. consil. 38, Pro decisione, num. 3, versic.
cùm ergo de Jure, lib. 1. Vide tamen in Criminalibus, *Cancer. variar. resolut. par. 3, cap. 5, de*
Sono emisso, n. 78, & seqq. Tertiò, † Concessio dilationis Reo tempus Instantiæ excedentis. Quartò, Denegatio copiæ. Quintò, Admissio
307 Tertii non docentis de Jure suo ad impediendam executionem. Sextò, Non admissio exceptionis Litis pendentiæ, seu præventionis. Septimò, pronuncia super non admissione Procuratoris, Tutoris, vel alterius com-

paren-

parentis, Octavò pronuncia super competentia, vel incompetentia Judicis. Nonò pronuncia continens, deferendum esse Appellationi, quod habet etiam locum in rejectione illius, à qua potest incontinenti appellari. Decimò pronuncia continens, ob exceptionem oppositam, non esse procedendum ad ulteriora, quod habet locum etiam in pronuncia revocatoria alterius de non procedendo, quæ mandat procedi. Decimo primo pronuncia articulos esse vel non esse admittendos, quod habet locum etiam in admissione, vel rejectione tacita, dummodo Judex 310
gravaverit, admittendo non admittendos & impertinentes, vel è contra non admittendo admittendos, & pertinentes. Decimo secundo pronuncia continens comparationem litterarum faciendam, vel non. Decimo tertiò Decretum detorquendo. Decimo quartò, Decretum 311
Capturæ. Decimo quinto, Appellationis rejectio, seu pronuncia continens Appellationem non esse admittendam. Decimo sextò, quælibet 312
interlocutoria lata post definitivam, quæ sexdecim exempla cum suis explicationibus latius tradit *Scac. de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1, à nu. 9.* 313
usque ad num. 168. ideo ad eum in facti contingentia poterit haberi recursus.

308 Tertiò non procedit in interlocutoria vim definitivæ habente, à qua datur appellatio, *Vestr. in Prax. lib. 7. cap. 2. numer. 4. Marant. de ordin. Jud. in 3. par. 6. prin. act. 2. num. 130. Gravat. ad Vestr. lib. 3. c. 10. num. 6. vers. item quando Sententia, & num. 9. Fenzon ad Stat. Urb. lib. 1. c. 168. n. 12. Scac. de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. num. 171.* ubi quod ita observatur in Tribunali Auditoris Cameræ, & quod ita etiam observat Signatura, *Rot. decis. 79. num. 3. par. 3. recent. Conc. Trid. sess. 24. c. 20. de reform. Reg. Cancel. 37. de non appellat. ante Desin.*

309 Interlocutoriæ autem vim definitivæ habentes relatæ per modum exempli, sunt; Primò Sententia lata super revocatione attentatorum. Secundò pronuncia lata super competentia, vel incompetentia Judicis. Tertiò pronuncia super 315
juramento per Actorem Reo dando, vel referendo. Quartò interlocutoria, qua quis mulctatur. Quintò, Sententia declarans hæreditatem non fuisse aditam, stantibus probationibus, reservato jure latius probandi. Sextò, Sententia, qua pronunciatur non posse tertiò appellari. Septimò pronuncia super desertione appellationis, seu, quòd appellatio sit deserta. Octavò, præceptum factum à Judice in confessum, vel convictum, ut solvat. Nonò, absolutoria cum clausula, rebus sic stantibus. Decimò pronuncia de non procedendo ad ulteriora ob exceptionem peremptoriam. Decimo primò, interlocutoria super exequutione instrumenti. Decimo secundò pronuncia, quod contumax habeatur pro confesso, & convicto. Decimo tertiò, Sententia, quæ admittit ad cessionem bonorum, ut fuit in Signatura resolutum. Decimo quartò, Sententia, quod causa sit, vel non sit compromittenda. Decimo quintò pronuncia, rem potuisse, vel non potuisse alienari, seu Minorem esse in integrum restituendum. Decimo sexto, Sententia conservationis indemnitatis. Decimo septimò, explanatio puncti facta à Judice pro transmissione causæ ad consilium sapientis. Decimo octavò secundùm Decretum. Decimo nonò, Absolutoria ab observatione Judicii. Vigesimò pronũcia continens minorem ætatem esse probatam, vel non, in causa restitutionis in integrum. Vigesimo primò, omnis interlocutoria, quæ non expectat aliam Sententiam post se latè, *Scacc. de appell. q. 47. memb. 1. à n. 172. usque ad n. 215.* ubi multipliciter explicat, & declarat, ideo ad eum in facti contingentia erit recurrendum.

Quartò non procedit in interlocutoria, quæ tangit negotium principale, & illius substantiam prout si quis pronuncietur Major, vel Minor, vel Prodigus, vel aliàs inhabilis, *l. intra utile, ff. de Minor. Gravat. ad Vestr. lib. 3. c. 10. n. 6. Scacc. de appell. q. 17. lim. 47. mem. 1. n. 168*

Quintò non procedit in Interlocutoria inserente difficultatem circa causæ decisionem, *Scac. de appell. d. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 215*

Sextò non procedit, quando in Appellatione exprimitur, & probatur justa causa, *Scacc. de appell. d. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 217*

Ex hac sexta fallentia infertur, quòd appellatio ab interlocutoria, non solùm debet interponi in scriptis, sed etiam exprimi in ea in scriptis causa Gravaminis, *c. cordi de appell. in 6 Clem. appellanti, de appell. Marant. de ord. Jud. in 3. par. 6. partis princ. act. 2. num. 141. Lanfranc. in Prax. tit. de Interloc. & Appel. num. 118. Gravat. ad Vestr. lib. 3. cap. 10. n. 9 & lib. 7. c. 3. num. 45. Salust. Tiber. in Prax. lib. 1. c. 29. n. 3. Cassad. decis. 5. n. 2. de seq. poss. & fruct. Scacc. de appell. q. 4. n. 30. & seqq. & q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 82. & n. 84.* ubi quod hoc procedit etiam de Jure Civili: Nam sine Gravamine non datur appellatio, & videtur fieri injuria Judici, qui aliàs ante definitivam non est functus officio suo, *Salust. Tiber. d. lib. 2. c. 29*
314 *n. 3.* Causa † verò in appellatione non expressa decem diebus elapsis Sententia transit in rem judicatam, *Maran. de ordin. jud. in d. 3. par. 6 partis prin. act. 2. n. 142 Gravat. ad Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 45*
315 Potest † tamen causa in appellatione exprimi infra dictos decem dies, licèt, quando fuit interposita Appellatio in Libello, seu Cedula appellationis expressa non fuerit, *Franc. in c. ut debitus, q. 15. de appel. Marant. in d. 3. p. 6. par. princ. act. 2. n. 142, Gravat. ad Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 45*

316 Denique decem in appellatione ab interlocutoria sunt necessaria, videlicet: Primò Gravamen. Secundò, Gravamen legitimum. Tertiò, causa Gravaminis vera. Quartò, causa Gravaminis expressa. Quintò, quod petitio, vel exceptio fuerit rejecta, vel non admissa. Sextò, quòd ideo fuerit appellatum, quia petitio, vel exceptio fuerit rejecta, vel non admissa. Septimò, quòd appellatio in scriptis redigatur. Octavò, petitio Apostolorum. Nonò, si Appellatus id petierit, quod Partes veniant instructæ. Decimò, ut infra decem dies provocetur, *Roman cons. 501, n. 1 Marches. de Commiss. tit. de Commiss. appellat. divers. par. 1, §. 1, n. 64, & seq. fol. 1302, & de commiss. appell. ab Interloc. par. 1, §. 1, n. 165. fol. 1220, secundum nov. impress. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 29, n. 3.*

317 Est autem interlocutoria, de qua agitur quæ non terminat negotium principale, sed aliam post se expectat Sententiam, *Bart. in l. quod jussit n. 7. ff. de re jud. Salust. Tiber. d. lib. 2. c. 29. num. 3. in fin.*

318 Sed hoc primò non procedit in interlocutoria vim definitivæ habente, Nam ab ea potest appellari, absque alia causæ expressione, *Marant. de ord. jud. in d. 3. par. 6. partis prin. act. 2. n. 145. Franc. in c. ut debitus, q. 14. de appel. Gravat. ad Vestr. lib. 3. c. 10. n. 6. & lib. 7. c. 5. n. 45. Scacc. de appel. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 171. Rot. dec. 79. n. 3.*

319 *par. 3. recent.* Etenim † definitivæ in omnibus æquiparatur, *Scacc. de appell. q. 4. nu. 56. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. c. 168. n. 12. & c. 174. nu. 8. Di-*

320 citur † autem habere vim definitivæ, quando terminat negotium, de quo agitur, *Rota decis. 79 n. 3. par. 2. recent.*

321 Secundò non procedit, quando causa gravaminis appareret manifestè, & consisteret in mero jure, aut juris præsumptione. Nam etiam tunc valet appellatio absque causæ expressione, *Bald. in l. Minoribus, num. 7. C. de his quibus ut indig. Franc. in c. ut debitus, q. 11. de appellat. Marant. de ordin judic. d. act. 2. n. 144. Cass. d. decis. 5. n. 2. &*

322 *n. 4. de seq. post. & fruct. Scacc. q. 17 dim. 47. memb. 1 n. 216.*

322 Tertiò non procedit, quando ex actis, vel ex lectura Sententiæ, causa notoriè appareret; nam tunc illius expressio in Appellatione non est necessaria, *Imol. in Clem. Appellanti, n. 4. de appell. Marches. de commiss. appell ab Interloc. par. 1. §. 1. n. 142. fol. 1214.*

323 Ratio autem cur in appellatione ab interlocutoria sit exprimenda causa, est illa, quia hujusmodi appellatio debet justificari ex eisdem actis factis coram Judice, à quo neque in hoc est locus regulæ *l. per hanc, C. de temp. appell.* ut probatur in *Clem. appellanti, de appell.* & tradit *Bart. in*

324 *l. ait Prætor, num. 4. ff. de Minor. Marches. de commiss. appell. ab Interl. par. 1. §. 1. n. 84 fol. 1208. & n. 141. & seqq. fol. 1314. Gravat. ad Vestr. lib. 3. c. 10. num. 8. Rot. decis. 386. nu. 1. & seqq. par. 3. lib. 3. divers.*

324 Sed alia ratio magis generalis est, quia Judex ante definitivam non est functus officio suo, & ob id appellatio ab Interlocutoria dicitur odiosa, tamquam derogans jurisdictioni ordinariæ, habens oculos tantum ad retroacta, ex quo ab ea tantum appellatur, si contra legem sit pronunciatum, ideo debet inseri causa in appellatione, ut appareat quòd fuerit appellatum ab injuria, *Bart. in l. ait Prætor, n. 3. ff. de Minor. Mar-*

325 *ches. de commiss. appell. ab interlocut. par. 1. §. 1. n. 85. & seqq. fol. 1208.*

325 Causa autem gravaminis, quæ ut supra est exprimenda, debet continere tale damnum, quod per definitivam reparari non possit, aliàs nihil relevaret, *Castren. cons. 194. in princ viso puncto, & cons. 236. viso puncto n. 2. vers. ad secundum; lib. 2. Gravat. ad Vest. lib. 3. c. 10 n 6. Scacc. de appel. q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 40. & seq.* cum aliis allegatis supra, *vers. 1. non procedit in Interlocutoria inferente gravamen, n. 301.*

M 326 Appellatio à gravamine datur de Jure Canonico *cap. super eo, il secondo de appell. Dec. in cap. ut debitus n. 14. de appellat. Gravat. ad Vestr. in Prax. lib. 3. c. 10. num. 6.* quinimò à quocunque gravamine, concurrente rationabili causa de Jure Canonico appellare licet, *Rot. decis. 79. num. 1. par. 3. recent.*

327 Causa autem rationabilis, hodie etiam de Jure Canonico, debet continere tale gravamen, quod per definitivam reparari non valeat, *Concil. Trid. sess. 24. c. 20. de reform. Reg Cancel. 17. de appell ante defin.* quo casu, etiam de Jure Civili appellatio admittitur, *Rot. d. decis. 79. n. 1. par. 3. recent.*

328 Ex quibus infertur; Primò quòd à denegatione admissionis, sive à rejectione exceptionis relevantis, ex qua gravamen irreparabile resultat, datur appellatio, tenetur tamen Appellans veritatem exceptionis probare, *Marches. de Commiss. appell. ab Interloc. par. 1. §. 1. num. 142. fol. 1214. Scacc. de appel. q. 11. n. 61 & seqq.* & idem

329 † procedit in rejectione exceptionis relevantis tacita; nam potest appellari ab ulteriori processu, *Marches. de Commiss. appel. divers. par. 1. §. 2. nu. 26. fol. 1321. Rot. decis. 444. n. 5. par. 1. divers. Seraph. decis. 383. n. 8. & seq.*

330 Secundò similiter, quia à rejectione Testium, vel probationum relevantium, sive expressa, sive tacita, ex quo pariter inde gravamen irreparabile oritur, datur appellatio, *Gravat. ad Vestr. lib. 3. c. 10. num. 6. Marches. de Commiss. appell. ab interloc. p. 1. §. 1. nu. 142. in fin fol. 1214. Scac. de appel. q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 45. & lim. 47. memb. 1. n. 139 & n. 141. Osasc. decis. 25. n. 14. Rota decis. 79. n. 2. par. 3. recent.*

331 Tertiò, quod à denegatione etiam prorogationis termini dati ad subjiciendum se examini ob eamdem irreparabilis gravaminis rationem, appellatio conceditur, *Rot. d decis. 79. nu. 1. par. 3. recent.*

332 Quartò, quod si actum fuit vigore obligationis Cameralis, & Judex intendat procedere via ordinaria, ab hoc irreparabili gravamine est incontinenti appellandum ab ulteriori processu, *Marches. de Commiss. appell. ab oblig. Camer. par. 1. §. 1. n. 80. fol. 699.*

333 Verùm quoniam appellatio à Gravamine iisdem modis regulatur, quibus appellatio ab interlocutoria inducente Gravamen, quod utroque casu debet esse irreparabile per definitivam, ideò superius dicta in hoc decimo tertio capite & signanter *sub lit. L. nn. 298. & seqq.* sufficiant pro casu Gravaminis in facto contingente, à quo appellare sit necesse.

334 Non tamen omitto, quòd licet appellans à certo Gravamine soleat superaddere clausulam, *nec non ab aliis quibuscunque Gravaminibus, &c.* tamen non auditur, nisi super Gravamine expresso, & specificato, *cap. 1. & 2. de Libel. oblat. Rot. decis. 2. de appel. in nov. Vestr. in Prax. lib. 3. c. 10. num. 1. & seqq.* & ibi *Gravat. num. 9. lit. C. Marches. de Commiss. appell. ab Interloc. par. 1. §. 1. n. 95. & seqq fol. 120* Nec Signatura consuevit, nisi super dicto specificato, & expresso Gravamine, rescribere, *Vestr. d lib. 3. c. 10. n. 2. Marches. de commiss. ab Interloc. d. par. 1. §. 1. n. 99. fol. 1209. secun. nov. impress.*

N Licet à Sententia, seu Decreto, de quo non con-

335 constat, non detur appellatio, & appellationis commissio tunc non subsistat, *Cæsar de Grass. decis. 2. n. 1. & seq. de Rescript. Cavaler. dec. 2. n. 6.*

336 Nihilominus hoc non procedit, quando terminus fuit habitus pro servato; nam tunc, ne decem diebus elapsis sententia subscribenda in judicatum fortè transiret, potest de stylo Rotæ, & Curiæ Romanæ indicto termino pro servato habito cum clausula, *quatenus contra, &c.* appellari, & causa appellationis committi, *Vestr. in praxi lib. 7. c. 3. nu. 29. vers. amplius, Scac. de Appell. q. 12. n. 8. & q. 14. n. 9 Rot. dec. 391. n. 3. §. 3. divers. lib. 3. & decis. 722, n. 1. par. 3. recent.*

337 Quæ quidem cautela non solùm est utilis in causis vertentibus coram Judicibus ordinariis, & eorum Delegatis, & Subdelegatis, necnon etiam coram Delegatis ad universitatem causarũ, coram quibus omnibus, etiam si dicti Ordinarii procederent ut Delegati, terminus pro servato durat tantùm spatio decem dierum, *Scacc. de appell. d. q. 12. n. 8.* cùm plerumque quando Cedula subscribitur, finis decendii instet, *Vestr. d. lib. 7. c. 3*

338 *n. 9. vers. amplius.* & † Sententia fingatur lata die termini habiti pro servato, & sub illa die à Notario actuario reponatur, & lata adnotetur, *Scac. de Appell. d. q. 14. n. 9. & seq. Rot. dec. 705. n. 4. §. 3. divers. lib. 3.*

339 Sed & eo magis utilis, & necessaria est in sacro Rotæ Auditorio, in quo terminus pro servato est quindecim dierum, & in ultima anni Audientia unius mensis, & eò amplius in causis vertentibus coram aliis Delegatis, & Subdelegatis Papæ, coram quibus terminus hujusmodi potest durare ultra annum, unde potest contingere, quòd sententia subscribatur post decem dies quo casu, cùm nihilominus fingatur lata die termini habiti pro servato, sub quo à Notario reponi, & adnotari lata in actis consuevit, & dicta præsumptio sit juris, & de jure, nec admittat probationem in contrarium, nisi appellatio intra decem dies à die termini habiti pro servato, & sic latæ sententiæ reperiretur interposita, illa transisset in rem judicatam, ut per *Scacc. de Appell. d. q. 12. n. 8. & q. 14. n. 9. & seqq*

340 Cæterùm in Romana Curia omnes, & quicumque Judices sive sint Ordinarii, sive Delegati Papæ, & sive procedant ut Ordinarii, sive uti Delegati, etiam Prælati in causis in officio Archivii Romanæ Curiæ eis commissis, tenentur terminos hujusmodi pro servatis habitos aperire, & declarare infra decem dies, exceptis tantummodo Auditoribus sacri Palatii Apostolici, qui dictos terminos pro servatis habitos declarare infra quindecim dies, & in ultima anni Audientia infra mensem, omnino tenentur, *Paul. V. Const. 71. Universi agri, vers. item sententia, & vers. Judices quicunq;* cum aliis allegatis suprà *c. 8. lit. S. n. 255. & seqq.*

341 Unde in Curia Romana cessat absurdum, de quo per *Scacc de Appel. q. 14. n. 11.* Nam satis erit, quòd judex, appellatione interposita à termino habito pro servato, det terminum Juris, qui est unius mensis, ante cujus lapsum sententia erit jam subscripta, & ob id tunc benè poterit, secundùm facti contingentiam, de Apostolis opportunè respondere, *ut per eundem Scacc. d. qu. 14. num. 11. in fin. vers. adverte.*

342 Regula tamen, quòd sit appellandum infra decem dies à die termini pro servato habiti, & sic sententiæ latæ, non est perpetua. Nam procedit, quando quis fuit ad sententiam personaliter citatus, secùs si fuerit citatus domi, dimissa copia, vel per Contradictas, vel per Edictum, vel per diligentias, nam tunc à die habitæ notitiæ appellare poterit nisi citatus per Contradictas fuerit ab initio causæ personaliter citatus, & recesserit, vel quis dolosè non permittat se personaliter citari, latè *Scacc. de appell d. q. 12. n 2. vers. primus casus, & seqq.* cum aliis allegatis suprà, *hoc eod. c. 13. lit. B. vers. Caterum fictus consumax, & seqq. n. 127. & seqq.*

343 Si verò quis appellaverit in parte, & partibus contrariis, & non aliàs, &c. tunc appellatio devolvet causam, tantùm quoad partes contrarias, non autem quoad favorabiles, si sententia lata fuit per capita separata, *Vestr. in prax. lib. 7. c. 3. n. 30. Marches. de Commiss appel. ab excess. par. 1. §. 1. n. 47. fol. 1230.* Secùs † si unicum tantùm caput,

344 vel plura simul connexa capitula contineat, nam tunc devolveret totum negotium ad Superiorem, seu Judicem ad quem, & clausula, *in parte, & partibus*, nihil relevaret, *Vestr. d. lib. 7. c. 3. n. 30.* & idem Juris est de appellatione cum clausula, *Quatenus contra.* Nã si pro medietate fuit obtentum, & sententia habet unicum capitulum, vel plura capitula connexa, appellatio suspendit totam causam, & devolvit, adeò quòd in nihilo exequi potest, *Lancell. de Attent. appell. pend par. 2. cap 12 lim. 2. n. 26. Boer. decis. 73. n. 5. & n. 6.*

O De clausula *ita ut pro Apostolis redire non te-*

345 *neatur*, aliquid dictum est suprà *lit. F. vers. Nam in Curia, n. 186.*

P A rejectione appellationis ab interlocutoria

346 est iterum appellandum, aliàs Judex post illius rejectionem benè ad definitivam procedere potest, *Marches. de Commiss. appell. ab interlocut. par 1. §. 1. n. 144. fol. 1214.* & ita quotidie observatur in praxi.

Q De Eminentissimo Signaturæ justitiæ Præfe-

347 cto dictum est suprà *cap. 7. lit. O. n. 186.* & hoc eodem *c. 13. lit. G. vers. pro faciliori, & seq. n. 210. & seq.*

R Nullitates ex tribus, scilicet defectu Citatio-

348 nis, Jurisdictionis, & Mandati, sunt insanabiles *Marches. de Commiss. nullit. sanat. p. 3 § 3. n. 10. fol. 62.* prout in specie de nullitate defectu Citationis, tradit *Rot. decis. 273. n. 1 & seq. & n. 3. & decis. 312. n. 2. & n. 4. p 4 recent. Greg. dec. 416. nu. 2. Cavaler. dec. 35. n. 1. & dec. 396. n. 6.* de nullitate defectu Jurisdictionis, *Rot. d dec. 272. n. 4. & n. 6. p. 4: & decis 91. n. 2. par. 6 recent. Cavaler. dec. 40. n. 1. & seq. & dec. 63 n. 2. & dec 396. n. 3. Buratt. dec. 324. n. 9.* & de Nullitate defectu Mandati, tradit *Rot. d. dec. 272. n. 4 & n. 6. & d. dec. 312. n. 2. & seq. p. 4. rec, Caval r. dec. 396. n. 2. & n. 6.*

349 Has tantùm tres Nullitates attendit supremum Rotæ Auditorium, *Rot. dec 333. n. 2. par. 4.*

350 *recent.* quæ per Signaturam Justitiæ nunquam sanantur; nam sanatio earum gratiam concernit, quæ cessat in illo Sac. Tribunali, in quo strictè, Justitia dictante, reticebitur, *Marches. de commiss.*

miſſ.null.ſanat.p.3. §.3.n.32.fol.62. Beltram.ad Greg.dec.189.n.8, Buratt.dec.871.n.7.

351 Solet nihilominus Signatura in his caſibus ex cauſa rationabili relaxare Juris rigorem, reſcribendo cum clauſula *Arbitrio Rotæ, ſeu judicis, Creſc.dec.4.n.3. de Teſt.Rot. dec.658.n.1.par.1. & dec 450.n 1.par.3.recent.* cum aliis cumulatis per *Beltram. ad Greg.d.dec.189.n.8.*

352 Cæterum Nullitates ex tribus nec etiam ſanantur per clauſulam, *Arbitrio*, prout de Nullitate defectu citationis tradit *Rot.d deciſ.272. nu.1. & dec.312.n.4.par.4.recent. Cavaler.deciſ. 53.n.1. & dec 396.n.1.& 6.Greg.dec.416.n.2.* & de Nullitate defectu Jurisdictionis tradit *Rot. d. deciſ. 272.n.1.& n.5. Cavaler.dec.40.n.2. & dec.63.n.1. & ſeq.Buratt.dec.324. n.8. & dec.871.n.9.* & de Nullitate defectu mandati, tradit *Rota deciſ.271 n.6. & dec.312.n.2. & ſeq.par.4.recent. Cavaler. dec.396.n.6 Burat.dec.324.n.8.*

353 Sed hoc procedit, quando Nullitates ſunt claræ, *Rot.dec.619.n.1.par 3.recent.* ſecùs ſi Nullitates ſunt turbidæ, vel non ſunt totales; nam tunc ſanantur ex dicta clauſula, *Veſtr.lib.5.c.13. n.2.& lib.7.c.1.n.6. Rot. deciſ.680,nu.4.par 2.& dec 395.n.1.par.5.recent.* & in ſpecie, quòd Nullitas defectu citationis ſanetur, quando defectus eſt turbidus, tradit *Rot,dec.680,n.4.par.2, recent. Burat. dec.376,n.9.* & idem quando defectus non eſt totalis, tradit *Rot dec.409,nu.1,par.1.recent.* & de Nullitate defectu Jurisdictionis, quando defectus eſt turbidus, vel non eſt totalis, tradit *Creſc.dec.1.de fer. Rot.d.dec.680.n.4, par.2.recent. & deciſ.122,n.2.poſt conſil.crim. Farinac.lib.2. Coccin.deciſ.423,in princ.& nu.1.Cavaler deciſ.63,n...verſ. Nec dixerunt*, & de Nullitate defectu Mandati, quando defectus eſt turbidus, vel non eſt totalis, tradit *Creſc.dec.8. in fin. de rejud.Rot.d.dec.680.n.4, & n.9 par.2, & dec. 312.n.3.par.4 recent. Andr.dec.28,n 4, & n.11.*

354 Præterea defectus citationis ſanatur per comparitionem Citati, vel ejus legitimi Procuratoris, ex quo finis citationis eſt comparitio, *Greg.dec.27,n 3, & dec.94.n.6.* cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg. d.deciſ.27.n.9.* & per *Ferentill.ad Burat.dec.727,n.8, & ſeq.*

355 Defectus verò Jurisdictionis per prorogationem illius, de partium conſenſu, tollitur, & ſanatur, *l.1, C de juris.d.omn.jud. Veſtr.in prax.lib.5, c.13,n.4*, ubi quod id procedit, etiam in conſenſu tacito, dummodo partes incompetentiam non ignorent, *Egid.dec.25, licèt conſenſus, Coccin. dec.135,n.4. Burat.dec.361,n.6, & deciſ.825,n.5, in fin. & ſeq.*

356 Sed hoc non procedit, quando quis nullam habet Jurisdictionem, quæ ob id prorogari nullatenus poteſt, *l. Privatorum, C. de jurid.omn.jud. Faſ.in l.ſi per errorẽ, n.1, ff. eod.ti. Bald.in l.generaliter, n.2, C. de Epiſc. & cler. Soccin.in cap.propoſuiſti, n 43, verſ.competit de for.comp. Caſtren.conſ 2, n.3, lib.2, Marant. de ord. Jud: par.4 princ. diſt.12, n.12.* ubi quòd id, quod non eſt, prorogari non
357 poteſt *Egid.d.dec.15, Licèt conſenſus*, & denique non Entis nullæ ſunt qualitates, *l.ejus, qui in provincia, ff. ſi cert.pet.*

358 Defectus denique Mandati ſummovetur, & ſanatur Juris præſumptionibus, & cõjecturis, *Cavaler.dec.182,n.7,in fin.Greg.dec.44,n.1.* præſertim, ſi quis enunciatur Procurator cum relatione ad Notarium rogatum, & certam diem, & eò magis in antiquis, *Creſc.dec.7,nu.4,de probat. Caſſad.deciſ.3, n.4, Proc.* cum aliis allegatis ſuprà, *cap.3,lit.G.verſ.Aliquando.* Prout † ex ſolutione facta procuratorio nomine, cùm nemo præſumatur jactare ſuum. *Rot. deciſ.2, de cauſ. poſſ. & propr. Ant.Mar. Papaz. ad Rot.deciſ.39, n 3, de Proc.in nov. Greg,dec.111,num.5, & ſeq.*
360 & eò magis concurrentibus adminiculis, prout eſt pluralitas ſolutionum, cum diuturnitate temporis, & ſummæ notabilis, *Greg.dec.275,n.4*
361 & ibi *Beltram. n.19.* Et † ex productione jurium, *Roman.conſ.416,n.10, & ſeqq. & n.13. Caſſad. dec.3,n.5, de Proc.Put.dec.214,lib.3, Duran.d.dec. 9,n.14*, quod tamen non procedit in perſona domeſtica, quæ præſumitur Jura ſurripuiſſe *Roman. d. conſ.446.n.13.* cum aliis allegatis ſuprà, *c.3.lit.G.verſ.& demũ*, & ex ſcientia, & patientia Principalis, *Rot. deciſ 2. de cauſ.poſſ. & propr.in antiq.Caſſad.de.3,n.5, de Proc. Put.dec.214, lib,2.* & eò magis ex ejusdem Principalis præſentia *Rot.dec.39.de Proc.in nov. Greg.deciſ.44,num.2, & ſeq.* non obſtante revocatione, quia cenſetur conſtitutus de novo, ex allegatis ſuprà *d.c.3.lit. C.verſ.Ex præſentia*, & non obſtante proteſtatione, Neminem audiri, niſi docto de legitimo Mandato Procuræ *Seraph deciſ.933.num.3.Beltram.ad Greg.dec.330,n.5.* Et † ex impenſa alicujus conſiderationis, *Caſſad. d.deciſ.3. n.4, de Proc Seraph.d.dec.633 n.2, Cavaler.dec.83.n.5, & dec.590,n.10,in fin. Duran. dec.9,n.24.* ſaltem unius Ducati, quæ eſt ſumma conſiderabilis in Privato, juxta *dec.Put.320,lib.2,in correct.* quam ſequitur *Rot.dec.440,n.6,in fin.par.2,recent.* quod tamen non procedit in eo, qui habet intereſſe in cauſa, vel poteſt ex illo actu commodum conſequi, ex allegatis ſuprà *cap.3, lit.G.verſ. Urgens autem.*

364 Sanatur etiam aliquando defectus Mandati per ratificationem, *Rot.dec.39.* & ibi *Papaz.in 2, de Proc.in nov.*

365 Aliæ verò Nullitates, quæ non ſunt ex tribus, magis de facili in Romana Curia ſanantur per viam reſcriptorum, *Vant.de Nullit. ſub tit.quib.*
366 *mod.ſent.null. reparet, n.125.* quinimò cæteræ nullitates ex reform.fœlic.record.Pii IV. fuerunt ſublatæ, ideò ad ſupradictas tres, ſcilicet Citationis, Jurisdictionis, & Mandati, reſtringitur Commiſſio, *Marcheſ. de Commiſſ. appell in Curia, par.1,cap.4.n.20.fol.195.*

S Cauſæ valoris quingentorum florenorum
367 auri ſunt Rotales, & in gradu Appellationis, aut aliàs in caſu Commiſſionis, ſunt in Rota committendæ, *Staphil.de lit. Grat.verſ.ſecundus quando cauſa eſt ardua.fol.158. Mandoſ.in forma 3, Commiſſ.in verb.valoris*, quod ſi fortè cauſa infra valorem quingentorum florenorum commiſſa in Rota reperiretur, in illa procederetur ſummariè, prout in Beneficialibus, *Innoc.VIII. Conſtit.10.Finem litibus ſecun.ant.impreſſ.* quæ hodie Innocentiana vocatur.

369 Verùm

369 Vetùm quia Floreni aurei in desuetudinem abierunt, inductum est, ex antiqua observantia, ut causa sit Rotalis, si ad valorem Ducatorum quingentorum ascendat, *Mandos. in d. form. 3, Commiss. in verb. valoris, & in verb. attenta gravitate, Marches. de Commiss. appell. in Cur. par. 1. c. 5.* 370 *n. 35. fol. 209.* Et † licèt nonnulli voluerint, quod ad hoc, ut causa sit Rotalis, debeat ascendere ad valorem quingentorum ducatorum auri de Camera, nihilominus sufficit, quòd vel ascendat ad valorem scutorum quingentorum monetæ, *Marches. de Commiss. appell. in Curia, d. c. 5. num. 35.* vel ad valorem scutorum quingentorum auri, prout de veriori, & observata opinione in Signaturâ, & in Praxi testatur *Marches. de Commiss. auoc. caus. par. 2, §. 1, n. 44, fol. 279, secun. nov. impress.*

Sed hoc procedit in causis prophanis citra 371 montes, secùs est in causis prophanis ultra montes, quæ non sunt comittenda in Rota, nisi ascendant ad valorem scutorum mille auri, *Marches. de Commiss. auoc. caus. par. 2, §. 1. num. 45, fol. 276.*

372 Aliæ verò causæ valoris, in forte infra dictam summam, committuntur extra Rotam alicui Judici, seu Prælato Romanæ Curiæ, dummodo excedant valorem sexdecim Ducatorum auri de Camera. Nam † Signatura in causis à sexdecim 373 ducatis de Camera infrà non rescribit, ex Constitutione fœl. record. Pii V. & communi Praxi & observantia, *Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 12, n. 10, & seq. Marches. de Commiss. avoc. caus. par. 2. §. 4 n. 47 fol. 277. Scacc. de appell. q. 17. lim. 43. num. 1.* 374 Ubi † quòd valor ducati non est semper idem, & ob id in casu occurrenti esset videndum, quantum valet tempore appellationis.

375 Causa verò Beneficialis Rotalis judicatur, & in Rota committitur, si beneficium, de quo agitur, reddat fructus annui valoris ducatorum viginti-quatuor auri de Camera exceden. prout quotidie exprimi solet in Commissionibus, & Praxis observat, & adest Motus proprius *Sanctæ mem. Clementis VIII. Anno 10. sui Pontificatus*, omnesque propterea causas Beneficiales dictum valorem annuum excedentes esse in Rota committendas, declaravit *Sanctiss. D. N. Innocentius X.* in Signatura Gratiæ 4. *Aprilis 1645. in una Cusentina Parochialis*, proponente *R. P. D. à Valle.*

376 Et licèt *Marches. de Commiss. devolut. caus. ad Rom. Cur. par. 3. §. 1, n. 36 fol. 366.* videatur asserere, sufficere, quòd causa hujusmodi sit valoris decem ducatorum auri de Camera exceden. tamen loquitur de causis Curialibus, non Rotalibus in specie.

Aut ergo fructus Beneficii, sunt annui valoris Ducat. 24 auri de Camera exceden. & causa est omnino Rotalis; aut annui valoris Ducatorum decem auri de Camera, vel dictum valorem exceden. & causa est Curialis, & committitur extra Rotam alicui Romanæ Curiæ Prælato. Aut † fructus Beneficii non ascendunt ad 377 annuum valorem decem ducatorum auri de Camera, & causa remittitur ad Partes *ex præallegatis*. Potest tamen, nemine contradicente etiam committi in Curia alicui Prælato extra Rotam, *Marches. de Commiss. devol. caus. ad Rom. Cur. par. 3. §. 1. n. 3, fol. 366.*

T Clausula *quam & quas, &c.* posita in commis- 379 sione appellationis operatur, ut possit procedi, & Judex possit pronunciare, prout in prima instantia, *Mart. de claus. par. 1. claus. 120. n. 1, & seq. Maresc. var. resol. lib. 1, cap. 20, n. 6, & seqq. Achill. dec. 14, n. 1, & dec. 17, in fin. de Rescript. Seraph. dec. 1241. n. 1. Rot. dec 546, n. 1, & dec. 731, n. 5, par. 2, recent. & in Senogallien. Prædii 28, Junii 1645, coram R. P. D. Meltio, Buratt. dec. 241, n. 6, & dec. 226 n. 12, & dec. 815, num. 16, Duran. dec. 61, n. 4. Andr. dec. 44, n. 9.*

379 Et quòd qui commissionem impetravit, ita etiam is, contra quem fuit impetrata, postquam commissio est effecta communis per citationem ad dicendum contra illam, possit pariter, prout in prima instantia procedere, *Mart. dict. claus. 120. n. 3. Maresc. var. resol. d. lib. 1. cap. 20. n. 9. & seq. Rot dec. 254. n. 1. par. 1, diverf. Buratt. dec. 405, nu. 1, & seq.* & ibi *Ferentill. n. 16.*

380 Quod procedit, etiam non producta appellatione, vel non constito de ea, præsertim si in Commissione adsit etiam clausula, *cum toto negotio principali. Mart. d. claus. 110. n. 1, Achill. dec. 14, n. 1, de rescript & decis 22. de appell. Maresc. var. resolut. d. lib. 1. cap. 20. n. 9. & n. 8. Marches. de Commiss. appell in Rom. Cur. par. 1. cap. 5. n. 68. fol. 201.* & etiam non constito de sententia. *Maresc ott. d. lib. 1. cap. 20. num. 6. Maresc. de Commiss. appell. in Cur. d. cap. 5. n. 68. Rot. dec. 74. li. 2. part. 5, diverf.* Ubi quod ita quotidie practicatur.

381 Sed prædicta procedunt, transportatis actis, aliàs secùs, quia Signatura & Rota intelligunt, ut post Concilium Tridentinum d. clausula non operetur non transportatis actis prioris instantiæ, *Mart. d. claus. 120. n. 4. Maresc. var. resolut. d. lib. 1. cap. 10. num. 19. & seqq. Ferentill. ad Buratt. dec. 51. n. 7, & dec. 405, n. 17. Beltram. ad Greg. dec. 330. n. 4.* ubi plures cumulat Decisiones.

382 Si verò judicium, quod inchoatur est omninò novum; & non fuit introducta causa per viam appellationis, tunc actorum transportatio non est necessaria, *Maresc. d. lib. 1, cap. 20. num. 20. Beltram. ad Greg. dec. 320. num. 4. Cavaler. dec. 119, n. 1.*

Prout non est necessaria integra actorum transportatio in causis prophanis, sed benè in Ecclesiasticis, in quibus locum habet dispositio Sac. Concil. Trident. ex latè congestis per *Ferentill. ad Buratt. d. dec. 405, n. 18, & seqq.*

384 Operatur ulterius clausula *quam, & quas*, ut ex transitu de una via ad alium non intret refectio expensarum, *Seraph. dec. 630. n. 6. Greg. dec. 270. n. 5.* & ibi *Beltram. n. 11.* aliàs decisiones 385 cumulat *Duran. dec 60. n. 46.* Et † quòd possit ferri sententia, etiam super causa probata, licèt expressa, & formaliter deducta, *Rot. dec. 256, n. 1, par. 1, diverf. & dec. 30, n 30, par. 5 rec. Duran. dec. 60. n. 16.*

386 Et ut censeatur omne jus competens in judicium deductum, *Fontan. d. Spol. lib. 1, c 4. n. 18. Mart. de claus par. 1 claus. 120, n. 7. verf. hæc clausula. Rot. 254 n. 1 par. 1. diverf. Greg. dec. 448. num. 1. Duran. dec. 60. n. 33. & n. 46.*

387 Et

387 Et quòd omnis causa, ad speciem posteà deducta, in commissione contineatur, *Rot.dec.84. n.5.par.6.recent.*

388 Ad hoc autem, ut clausula hujusmodi operetur, requiritur Citatio Partis ad dicendum contra Commissionem, & observatio terminorum substantialium, & deductio ad speciem, *Maresc.var.resol.lib.1,c.20.n.18. Mart. de Claus.d. par.1.claus.120.n.10.vers.Declara; Marches.de Commiss.appell.in Rom. Cur.par.1,cap.1,nu 66,fol.201. Rot.in Neapolit. rescissionis Concordiæ Veneris 15, Junii 1601. coram bon.mem.Card.Lancellotto*, ubi quòd deductio ad speciem satis facta intelligitur, quando adest narrativa in superiori parte commissionis, quæ declarat intentionem Agentis.

389 Comprehendit sub se dicta clausula, non solùm causam appellationis, ut per *Fran. in cap. Oblatæ 57,nu.8, vers. secundo limita, & vers. & quibus,de appell. Mandos.in 1.form.commiss.verb. quàm,& quas,Rota,dec.34,de rescript.in nov. Burat.decis.226.n.5. Caval.dec.292,n.2.* sed etiã negotium principale, *Mart.de claus.120.n.15. Cavaler.dec.291.n.10.* & petitorium, & possessorium, *Mart.d.claus.110.n.14. Rot.decis.455.n.2.par. 2 recent. Cavaler.dec.200.n.5. & decis.475.nu 1. Andr.decis.44.n.7. & seq.*

390 Præsertim, si ultra dictam clausulam, *quam & quas*, adsit etiam clausula, *cum incidentibus*, quæ similiter efficit, ut lis censeatur, & sit introducta in petitorio, & possessorio, *Rot.decis.426.num.2. par.4.recent. Cavaler. d.decis.200.n.5. in fin.*

391 Comprehendit etiam clausula, *quam & quas* causam jactationum & molestationum ex remed.l.Diffamari, C.de Ingen.& manumiss. *Achil. decis.22,de appell. Cæs. de Graff.decis.1.n.2. & seq. de jud. Marches.de Commiss.appell.in Rom.Cur.p.1. c.5.n.60.fol.200. & de Commiss. jactation. & jactat.p.3.§ 1.num.25. fol.328. Mart. de claus.p.1. Claus.120.n.16.vers.& ideò,& n.20. vers.in contrarium.*

392 Et causas moras,& movendas, & etiam futuras circa idem negotium, *Adden. ad Rot.dec.18. n.2.de rescript.in nov.Buratt.decis.226.n.5. & seq. Rot.decis.789.num.4.par.3 recent.* ita ut impetrans possit quandocumque specificare quas vult, *Marches.de Commiss.appell. in Rom. Cur. par.1.cap.5.num 63.fol.200. Rot.d.dec.789.n.4. Cavaler.decis.187.n.5. Buratt.decis.226.num.6,&*

393 *seqq.& n.11.* Ubi † quod comprehendit etiam appellationem interponendam à sententia nondum lata, si, post illius prolationem, fuit deinde infra decem dies ab ea appellatum, ut per *Rot. d.decis.789.num.2 & num.6. Buratt.d.decis.226,*

394 *num.2, & num.12.* Non † autem operatur d. clausula circa rem diversam, *Mart.d.claus.120, n.20.*

395 Deserta verò appellatione, poterit judex vigore d. clausulæ, *quam & quas*, procedere, prout in prima, in negotio principali, præsertim si adest etiam alia clausula, *unà cum toto negotio principali, Maresc.var.resolut lib.1,cap.20,num.8. Mart.d. claus.120,n.12. Buratt.dec.226,n.12.*

396 Sed hoc procedit, quando deserta est appellatio interposita ab interloquutoria, vel à diffinitiva super aliquo incidente, nam tunc remanet decidendum negotium principale, secùs quando deserta est appellatio interposita à definitiva lata super negotio principali. Nam tunc, sententia transit in judicatum, & clausula *quam, & quas*, nihil operatur, cùm nihil aliud remaneat decidendum, & causa appellationis cum negotio principali sit unum & idem, ut sæpiùs fuit decisum, & plures ad id decisiones cumulant *Maresc. var.resolut.lib.1, cap.20, n.17, Mart.d.claus.120,n.12, & n.13*, & innuit *Greg. decis.399, n.7, & ibi Beltram lit.C.*

397 Stat tamen clausula, *quam, & quas*, aliquando restrictivè, prout, quando in commissione adest etiam clausula, *de, & super præmissis.* Nam tunc ad præmissa restringitur *Mar.d.claus 120, n.3, & n.26, vers.dic.verum, Maresc.var.resol.lib.1,cap.20 num.3.Rot.dec.87, n.2,p.4,rec. & in Neapolitana rescissionis Concordiæ, Jun. 1601. coram bon.mem. Cardinali Lancellotto*

398 Sed hoc non procedit, quando additur clausula, *& occasione præmissorum*, vel *rebusque aliis*; Nam tunc non stat restrictivè, sed potest deduci omne Jus, *Mart.d.claus.120.n.6, & seq. & n.18. Maresc.var.resol d.cap.20, n.1. Rot.in d. Neapolitana rescissionis Concordiæ, coram bon.mem.Card: Lancellotto.*

399 Quod si adhuc fuerit additum *rebusque aliis in actis deducendis*, non poterit, ultra expressa in commissione, postmodum in actis deducta extendi, *Rot.d.decis 87,n.2.p.4,recent.*

400 Denique hæc clausula, *quam, & quas*, non mutat judicium, nec naturam judicii jam cæpti, nec facit de Reo Actorem, *Mohed.decis.5,n.1, & seq.de jud. Mandos.in form.9, Commiss. in verb. quam, & Mart.d.claus.120,num.20, vers.in contrarium, Marches.de Commiss.appell.in Cur.p.1,c.5 n.69.fol 201.*

401 Sed hoc non procedit, quando deserta appellatione, qui erat Reus, vult uti d. clausula in alia lite, licèt connexa cum prima. Nam in hac secunda erit Actor, *Achil.decis.7, de appell. Marches.de Commiss.appell.in Rom.Curiæ, p.1,c.5,n.63 fol.200.*

V

402 Rota non fit, nisi die Lunæ, & Veneris, sed quando in altero ex istis duobus diebus incidit

403 festum, fit Rota die Mercurii. Si † verò omnes dicti tres dies alicujus hebdomadæ sint feriati, quod rarò accidit, fit Rota die Sabbathi, quæ Rota Martiniana, à felic.record. Martino V. illius institutore, nuncupatur.

404 Nunquam tamen fit Rota die Veneris proxima sequenti post festum sanctissimi Corporis Christi, ob impedimenta Processionum, & Pontificalium functionum, sed ejus loco fit Rota die Mercurii dictum festum præcedente, quæ appellatur *Rota Cordubensis* à bon.mem. *Cordubæ* Rotæ Auditore, illius inventore.

405 Proinde in Rota non observantur termini, nisi diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, qui sunt tres dies judicii, tam in Rota, quàm coram Prælatis extra Rotam in causis Commissariis *Marches.de Commiss.appell.in Curia.p.1, c.5,num. 286.fol.223.Vestr.in in prax.lib.3.c.5.n.5.Sal.Tib.l. 1,c.51.n.5.*

Unde ad hoc ut possit procedi singulis die-
406 bus, & horis, apponitur clausula in commissione, videlicet, *cum facultate citandi, inhibendi singulis diebus, & horu feriatis, & non feriatis præterquàm in honorem Dei feriatis, Marchesi. de Commiss. appell. in Cur. d. par. 1. c. 5. n. 286. fol. 223.*

407 Sed hæc clausula non solet concedi, nisi in causis commissis Prælatis extra Rotam, nam Rota non sit nisi in diebus, de quibus suprà, & Auditor non potest aliquid facere sine voto aliorum Coauditorum, præcedente, vel facto verbo in Rota.

408 Cæterùm, licèt in d. clausula non exciperentur dies feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, nihilominus haberentur pro exceptuatis, sicut pro exceptuatis habentur dies creationis, &
409 coronationis Summi Pontificis, qui Dei, & Salvatoris nostri vices in terris gerit, & Sanctissimus appellatur, cùm non sit in toto terrarum orbe alius sanctitate sua major, & ita post Mandos. qui de stylo & observantia Rom. Curiæ testatur *infor. n. 13. commiss. derog. fer. vers. Accedit*, quod in casu nostro tradit *Marchesi. de Commiss. derog. fer. par. 5, §. 1, n. 77, & n. 388, & fol. 389.*

410 Nec etiam per dd. verba intelligitur derogatũ feriis generalibus, nisi de illis in derogatione fuerit facta mentio specialis, quæ tamen dero-
411 gatio à Signatura non conceditur, nisi in causis commissis Prælatis extra Rotam, *Marchesi. de Commiss. derog fer. par. 3, §. 1, n. 65, & seq. fol. 386, & seq & n. 98. & seq fol. 392*, nec conceditur, nisi ex causa rationabili, vel de consensu partium, & non ab initio, sed multis diebus elapsis in causis, quæ dilationem non patiuntur, & quæ de facili possunt expediri, *Marchesi de Commiss. derog. fer. par. 3, §. 1, nu. 69, & n. 70, fol 587. & fol. 388.*

X Clausula, *ita ut pro Apostolis redire non tenea-*
412 *tur*, excusat quidem à reditu pro Apostolis, sed non operatur, quòd nisi infra triginta dies causa appellationis committatur, sententia non transeat in judicatum, *Cass. ad. dec. 4, de appell Lancell. de attent. pend. term. Apost. pet. c. 13, n. 28, p. 1. Marchesi. de commiss. appell. in Rom. Cur. p. 1, c. 5, n. 288. fol. 223*, de qua clausula aliquid dictum fuit, etiã suprà *lit. F. vers. Nam in Curia, n. 186. & seqq.*

Z Restitutio in integrum est in pristinum sta-
413 tum repositio, *l. Quod si minor. §. restitutio*, & ibi *Bart. & DD. ff. de minor. Maran. de ord Jud. in 3, p. 6. par. princ. act. 2. n. 77, Maurit. de rest. in integ. c. 1 Cavalcr. dec. 180, n. 3*, & hæc est communis receptissima restitutionis in integrum definitio, de qua testatur *Odd. de rest in integr par. 1, q. 1. art. 4, n 32, & seq. & n. 44, & seq.*

414 Restitutio in integrum duplex est, alia Gratiæ alia Justitiæ, Gratiæ, seu gratiosa est illa, quæ à solo Principe ex ejus pietate, & clementia conceditur; justitiæ verò, seu prout de jure, est illa, quæ ex justa causa, & de jure venit concedenda *Marchesi. de Commiss. rest in integ par. 2, §. 1. n. 67, & seqq. fol 102. Odd. de rest in integr. par. 1, q. 1, art. 15, Scac. de appell. q. 19, remed. 2, n. 26, & seqq.*

415 A concessione restitutionis in integrum gratiosa non potest appellari, quia à sententia Principis appellatio non conceditur, *l. 1 ff. à quib. appel. non lic. Marchesi. de Commiss restit. in integr. d. par. 2, §. 1, n. 97, Scac. de appell. q. 16. lim. 1. n. 1.*

416 A concessione verò restitutionis in integrum prout de jure, quæ potest concedi à quolibet Judice ordinario, *l. in causa la. 2, §. fin. ff. de minor. Odd. de rest. in integ. q. 32, art. 3, n. 28, vers. contrarium*, cum aliis cumulatis per *Scac. de appell. q. 10, remed. 1. n. 28*, benè datur appellatio *Marchesi. de Commiss. restit. in integr. d. p. 2, §. 1, n. 67. Scacc. de appell. q. 17, lim. 47, memb. 8, n. 169, & q. 19. rem. 2, n. 132, Salust. Tiber. lib. 2, c. 9. Papaz. ad Rot. dec. 7, n. 5. in fin. de rest. in integr. in nov.*

417 Et ob id praxis Romanæ Curiæ diu observata etiam in Rota, & coram A. C. ad evitandos circuitus, & materiam appellationis, ac per tres conformes super restitutione in integrum, procedendi amputandum induxit, ne super restitutione in integrum pronuncietur, sed quod, si illa est de jure concedenda, tacitè intelligatur concessa per processum ad ulteriora, si Judex posteà in mentis causæ ad favorem ejus, qui restitui petiit, pronunciat. *Vestr. in prax. lib. 8, c. 3, n. 17. Papaz. ad Rot. dec. 7, n. 5. de rest. in integr. in nov. Salust. Tib. d. lib. 2, c. 9. Odd. de rest in integr. par. 1, q. 33, art. 4. n. 35. Scac. d. appell. q. 19, remed. 2, n. 132. & seq. Cas. de Graff dec 3. num. 13, de rest. in integr. & dec. 4, n. 1. & seq. de appell, Mantic. dec. 315. n. 5. Rot. dec. 13, n. 1. par. 2. recent.*

418 Si verò Judex videt petitam restitutionem in integrum non competere, tacitè ad ulteriora procedit, & vel moderatur inhibitionem, si illa emanavit, vel ad exequutionem rei judicatæ procedit, quo casu absque alia pronuncia super non concessione dicitur restitutio denegata, *Maresc. de Commiss. restit in integr. par. 2, §. 1. n. 98. fol. 102. Vestr. lib. 8. c. 3. n. 17. Cas. de Graff. d. dec. 3. num 13. de rest. in integr. & d. dec. 4. n. 2. de appell. Mantic. d. decis 315. n. 5. Rota dec. 13. num. 1. par. 2. recent.*

419 Sed hæc haud facilè possunt accommodari restitutioni in integrum ad appellandum, nam tunc Judex, priùsquam procedat in negotio principali, debet concedere apertis verbis restitutionem in integrum ad appellandum, & posteà debet interponi appellatio infra decem dies à die concessæ restitutionis, ut per *Vestr. lib. 8. c. 3, n. 18. Scacc. de appell. q. 19. remed. 2. n. 80. & n. 184.*

420 Potest autem in integrum restitutio peti dupliciter, principaliter videlicet, & incidenter, *Ferrett. consil 42. li 2. n 5. & seq. Luc. Pet. in prax. lib. 5. c. 1. n. 5. Vestr. in prax. li. 8. c. 3. n. 19. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1 c. 50 n. 4. Rot. dec. 3. nu. 1*, & ibi *Papaz. n 6. de restit in integr. in nov. Scac. de appell. q 19. remed. 2. n. 43.*

421 Si petitur principaliter, requiritur in eo judicio libellus, & litis contestatio, cum aliis solemnitatibus judicii ordinarii, *Vestr. lib. 8. c. 3. nu. 19 Salust. Tiber. in prax lib. 1. c. 9. versic. Super modo, Scacc. de appell. q. 19. remed. 2. n. 48.*

Si verò petitur incidenter, proceditur summariè sine ulla solemnitate, *Vestr. d. lib. 8, c. 3. n. 19. Gurgiar. patrocin. 63. n. 1. Rota decis. 3. de rest. in integr. in antiq. Scacc de appell d. q. 19. remed. 2. n. 43.*

422 Principaliter restitutio in integrum peti debet coram Judice ordinario competente, vel delegato à Principe, vel ad universitatem causarum, *l. fin. C. ubi, & apud quem, Luc. Pet. in prax.*

lib.7,c.2.n.3.Odd.de reſt.in integr.q.32.art.3,n.28. & act.6.n.54.Scac.de appell.q.19.remed.2,n.28, & ſeqq.& n.50.& n.56.Fenzon.ad Statut.Urb.lib.1,

423 *c.50,n.5*, nam † alii Delegati non poſſunt principaliter in integrum ſine ſpeciali commiſſione reſtituere, unde Signatura juſtitiæ paſſim committit cauſas reſtitutionis in integrum, prout de Jure, & Delegatus procedit, *Scac.d.q.19.rem.2, n.44,& ſeq. & n.52.*

424 Incidenter verò peti poteſt in integrum reſtitutio coram quibuscumque judicibus, ſive Ordinariis, ſive Delegatis, *l.ſin C.ubi,& apud quem, Luc.Pet.d.lib.7,c.1,n 4. Odd.de reſtit.in integ.q.31, art.6.n.55, verſ. Aut loquimur, Saluſt.Tib.d.lib.2, c.9,in fin.Scacc.qui de communi teſtatur,d.q.19. remed.1,n.45 & ſeqq.*

425 Signanter autem dicitur incidenter peti, quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis, *Luc pet.d.lib.7.c.1,n.4. Marcheſ.de Commiſſ.reſtit.in integr.p.1,§.2,n 57.fol.69. Gargiar. patroc.63,n.1.Ægid: dec.502. Fenzon.ad Statut. Urb.lib.1,c.50.n.45.*

426 Ad petendam in integrum reſtitutionem requiritur mandatum ſpeciale, *l.Illud,§.ſin.ff.de minor.Bart.in l.Titius,n.3.ff de liber. & poſth.Luc. Pet.d.lib.7,c.1,n.13.Ferret.conſ.42,il.2.n.51. Papaz.ad Rot.dec.3.n.6,de reſt.in integ.in nov. Marcheſ.de Commiſſ.reſt.15 in integ.p.2,§.1,n.56.fol.96 Saluſt.Tib.lib.2,c.11,n.1,& ſeq.Odd.de reſt.in integ. q.31,art 12.n.48. Fenzon.d.l.Stat.urb lib.1,c.50, n.6.Caſſad.dec.1,n.3.de Proc.Rot.deciſ.53,n.3 p.3, rec.Ferentill.ad Buratt.dec.190.n.8.*

427 Sed hoc primò non procedit, quando reſtitutio in integrum petitur incidenter, *Gloſ.in c. ſciſcitata in verb.poſtulavit*,& ibi *Abb.n.5,& ſeq.de reſt.in integ.Roman.ſingul.126.Marcheſ.de Cõmiſſ. reſt.in integ.d.par.2.§.1,n.56. Luc.Pet.in prax.li. 7.c.1.n.13.Fenzon.ad Stat.urb.d lib.1.c.50.num.8.*

428 niſi † Procurator peteret reſtitui adverſus interlocutoriam, ſuper incidenti latam, per lapſum decem dierum in judicatum transactam, *Jo.Andr.in c.coram Felicis,n.5,de reſt.in integ. Abb. in c.Sciſcitata,n.6,de reſt.in integ. Rota d.ſing.126.* ubi aſſerit, ſe ita in facti occurrentia pronunciaſſe.

429 Secundò non procedit, quando mandatum ſpeciale comprehenditur ſub generali, prout quando qui conſtituit Procuratorem ad tranſigendum, ſeu aliud expreſſius, quod mandatum ſpeciale requirit, & poſteà ſubdit clauſulam generalem, *nec non ad alia omnia faciendum, etiamſi talia ſorent, quæ mandatum exigerent ſpeciale*, nam tunc ſub d. clauſula generali comprehenditur mandatum ſpeciale, etiam in caſibus non expreſſis in mandato, *cap. qui ad agendum de Proc. in 6. Odd.in reſt.in integr.q.31.art.12,n 51. & ſeq. Fenzon.ad Statut.urb.lib.1,c.50,n.8,verſ. & multò magis, Caſſad. dec.1,num.3, de Procur. Mantic.dec. 11.n.2.*

430 Tertiò non procedit in Tutore, Curatore, & ſimilibus, qui habent adminiſtrationem à lege, *Abb.in d.c.ſciſcitata,n.6,de reſt.in integ. Luc.Pet.lib. 7.c.1.n.14, Chald: l. Si Curatorem, in verbo implorandum,num.19. C.de integr.reſt.minor.* Prout †

431 nec etiam in patre legitimo adminiſtratore Filii, qui ſimili modo poteſt pro filio ſuo petere reſtitutionem in integrum, absque ſpeciali mandato, quod non poſſunt alii conjuncti pro conjunctis, *Abb in d.c.Sciſcitata.n.6,de reſt. in integr. Chald.in d.l.Si Curatorem,in verbo implorandum, n.8,Fenzon.ad Stat.urb.d lib.1,c.50.n.8.*

Aliàs limitationes, uſque ad ſexdecim, tradit, *Odd.de reſt.in integr q.31*, ad quem in facti occurrentia poterit haberi recurſus.

432 Conceditur in integrum reſtitutio primo Minoribus 25.annis, *Marant.de ord.jud.in 3,p.6. par. prin.act 2,n 78.Odd.de reſt.in integr.q.2.*

433 Secundò conceditur æquiparatis ipſis Minoribus videlicet Eccleſiis, Hoſpitalibus, & locis piis, necnon Communitati, Univerſitati, ſeu Reipublicæ, ac Fiſco ex eodem edicto Minorum *Marant in d par,36 par.prin.in act:2, nu.83, & ſeqq. Odd de reſtit.in integ.q.3,art. 4. & ſeqq.& art.9,& ſeqq.*

434 Tertiò aliis æquiparatis in eodem edicto Minorum ſcilicet furioſis, Prodigis, mutis, ſurdis, infirmis perpetuo morbo laborantibus, & aliis miſerabilibus perſonis, *Odd.* latè *de reſt.in integr. q.3,art.1.& ſeqq.*

435 Quartò Decrepitis, qui ſunt connumerati inter perſonas miſerabiles, *Cald.in l.ſi Curatorem. in verbo Minorib.n.66, C.de in integ. reſtit. Minor. Odd.de reſtit.in integr.d.q 3 art.3,n.8, & ſeqq.*

436 Quintò Majoribus ex clauſula generali, *Si qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur, l.1,& tot.tit.ff. ex quib.cauſ.Major,Marant.d.art.2.n.80. Odd.de reſtit.in integr. q 8,per tot.*

437 Sextò Ruſtico, qui non potuit conſulere Peritiores, *Marant.d.act.2,n.89, Odd.de reſtit.in integr.d.q.9.art.1, & ſeqq.*

438 Septimò militibus in expeditione conſtitutis, *Maran.d.act.2,n.88.de reſtit.in integr.q.9.art.2,& ſeqq.*

439 Octavò mulieribus facilius quàm viris, necnon in Curia Eccleſiaſtica, & ubi agitur de dote, ac viduis egenis, *Odd.de reſtit.in integr.q.10. art.6.n.27.& ſeqq.& n.34. & ſeqq.*

440 Nonò pauperibus, & egenis, *Odd.de reſt.in integ.q.3,art.3.n.14,& ſeq.Veſtr.in prax. lib.8,cap.3 n.12.* ubi quod Signatura hoc caſu loco clauſulæ, *parito judicato*, mitius reſcribit cum clauſula *dimiſſa poſſeſſione tantùm reſervatis fructibus, & expenſis in fine litis.*

441 Decimò, majori cohæredi, & litis conſorti minoris in re individua, ſecùs in dividua, *Phanuc.de invent.p.1,n 31.ſol 32. Odd.de reſt in integ. q.46,art.3.& ſeq.Afflict.dec.213,* & ibi *Urſil.n.1, Rot.dec.112,n.4 p.2, recent.*

442 Non conceditur tamen in integrum reſtitutio ſine ulla cauſa: ſunt autem juſta cauſa reſtitutionis in integrum

443 Primò minor ætas, & ejus æquipollentiæ, ut impedimenta mentis, vel corporis in furioſis, & aliis perpetuo morbo laborantibus, & miſerabilibus, necnon favor publicus, & privilegiũ Eccleſiæ, locorũ piorum, Reipublicæ, Fiſci, de quibus latè *de reſt.in integ.q.2.& q 3,& ſeq.*

444 Secundò quælibet juſta cauſa, quæ comprehenditur ſub clauſula generali, *Si qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur l.1. & tot.tit.ff. ex quib.cauſ. Major.Staphil.de lit.grat. verſ. quando eſt lata una ſententia fol.163. Odd.de reſt.in integ.per tot.q.8.*

Tertiò

445 Tertiò paupertas *Staphil.de lit.grat.vers.Sed si per contradictas.fol.142.Cassad.dec.9,n.2, & seqq. de appel.Put.dec.446,lib.2.Odd.de rest.in int.d.q.3 art.3,n.14,& seq.*

446 Quartò absentia, de qua latè *Odd:q.5, art.3, & seqq.*

447 Quintò ignorantia, *Odd:de rest.in integr.q.8, art.9,n.41,vers.contrarium,* ubi quod omnes ita tenent,*Maurit.de rest.in integr.c.68.cum seqq.Rota dec.164,nu.4.& dec.343,num.1,p.1.rec. Cavaler. dec.94,n.2,& dec.141,n.3,* ubi de communi, *& dec.151,n.1.*

448 Sextò bonũ jus in negotio principali, *Ægid. dec.38,post med.vers.sicut cùm petitur,Put.dec.6,& dec.7,de rest.in integr. Rot. dec.272,n.1. & seq.par. 3.lib.3.divers.Greg. dec.559,n.1.Duran.decis.237. num.2,* & debet de hujusmodi bono jure constare saltem summariè, ad hoc ut restitutio in integrum possit obtineri, *Ægid.d.dec.38. post med.vers.petitur,Rota dec.154,n.9.p.5,rec. Duran. dec.137,n.9.*

449 Septimò injustitia sententiæ,*Benintend.dec.85, n.6,& n.8.Seraph.dec.245,n.2. Rota dec.333,nu.1. par.4,rec.Greg:dec.459,n.2, Cavaler.dec.163,n.1, Rot.dec.1,n.2,& dec.40,n.1,p.6.recent.* etiamsi injustitia non sit notoria *Cas.de Graff. dec.10.n.12, de rejud. Rota dec.351,n.4.par.1, divers. Seraph. dec.151,n.2.Mantic.dec.315,n.7, Rot.dec.492,n.1 par.1,& dec.635,num.4.par.1,& decis.343,num.1, par.6,recent.Cavaler.decis.164,nu.1, Beltram.ad Greg:dec.459,n.12 Buratt.dec.92,n.5,dec.399, n. 1,dec.452,n.6,dec.585,n.11,& dec.622,num.4,* & *dec.681,n.1,* ubi quod ita quotidie servat Rota.

450 Ad introductionem autem, & commissionem causæ restitutionis in integrum non est necessaria plena probatio; sed sufficit semiplena, *Burat.dec.323,n.4,* sed ubi agitur de reportanda totali victoria, & retractandis sententiis, & re judicata sunt necessariò probationes plenæ, & concludentes, cùm tunc non agatur de removendo solo obstaculo, quod jam fuit per commissionem remotum,*Burar.d.dec.125,num.4,* & *seq.& dec.426,n.1.*

451 Octavò nullitas sententiæ, *Rota dec.333,nu.1, p.4,& dec.1,n.2,& dec.40,n.1, p.6,rec.* nulla est

452 enim major injustitia,quàm nullitas, *Ægid dec. 343,Vant.de null.sub tit. Quid sit null.n.20.*

453 Nonò læsio saltem enormis, *cap pen.de rebus Eccles.non alien.Ægid:dec.38, circa med.vers.quo ad quartum,Gabr.concl.1, de restit.in integr. Caval. dec.149,n.1,& dec.516,n.1,Rota dec.21,n.2,p.6,rec.* læsio namque est fundamentum restitutionis in

454 integrum,*Rota dec.154,nu.1,p.5,rec. Duran.dec. 137,n.1,& dec.459,n.1,* & sine læsione non conceditur restitutio,etiam personis privilegiatis, c. 1,*de restit.in integr. l.quòd si minor, l.Non semper, ff.de minor. Ægid.dec.38, circa med: vers.Quoad quartum,Rota dec.199,n.1, & seq.p.4,rec. Duran. dec.310,n.1,Cavaler.dec.194,n.3,* ubi quòd sine læsione non datur restitutio Ecclesiæ, nec minori, nec Fisco.

455 Sed hoc procedit,quando Minor petit restitui adversus sententiam, secùs si petat restitui adversus ea, quæ sententiam præcedere solent, & adversus omissas exceptiones, vel probationes,seu allegationes, tunc enim licèt non restituatur,quoad omissa in declinatoriis, & dilatoriis,benè tamen restituitur, absque alia probatione læsionis, in exceptionibus peremptoriis ex solo temporis lapsu, vel negligentia, *Vestr.in praxi lib.8,c.3,n.7.*

456 Differentia tamen est inter restitutionem in integrum, quæ datur Minori Ecclesiæ, & Aequiparatis ex edicto Minorum, & illam quæ datur Majori ex justa causa, & clausula generali *si qua mihi,*nam Minori, & Aequiparatis datur restitutio,probata minori ætate, vel æquipollentia,& læsione; at Majoribus ex justa causa,& clausula generali,non datur nisi, ultra læsionem, probent justum impedimentum, seu aliam justam excusationis causam,*Vestr.d.lib.8,c,3,n.6.*

457 Decimò læsio enormissima denique est justa causa restitutionis in integrum contra transactionem, *Put.dec.21,de restit. in integrum, Rota dec.354.par.3,lib.3,divers.*

458 Debet peti in integrum restitutio infra quadriennium,nam eo elapso non datur *Cap.1, de rest.in integr.in 6,l.fin.C.de temp.in integr.rest. Vestr.lib.8.c.3.n.14.& n.23. & seq.Rot.decis.2 de rest. in integr.in nov.* & ibi *Papazon.n.5. & seq.& dec. 276.n.3.& seqq.par.3.lib.3.divers. Buratt.dec.77. n.8.& dec.404.n.4.Rot.dec.592.n.6.p 2.recent.*

459 Et non solùm peti, sed petita etiam infra dictum quadriennium terminari, *Clem.1.de restit. in integ. d.l.fin.C.de tempor. in integr.rest. Vestr.in prax.d.lib.8.c.3.n.12.Rota dec.13,n.2.par.2.& dec. 233.n.4.par.7.recent.*

460 Incipit currere dictum quadriennium à die læsionis,*Clem.1. in verb. à tempore læsionis de rest. in integr.Glos.in c.3.in verbo jure Minoris, de rest.in*

461 *integr.* quod † si petatur,adversus sententiam incipit currere à die sententiæ,*Jo.Andr.in c.1.n.4, vers.post contractum.vel sententiam, de rest.in integ. in 6.Cas.de Graf.dec 3.n... de rest.in integr. Odd.de rest.in integr.p.1.q.2.art.6.n.66.* & si sint plures sententiæ,incipit currere à die ultimæ, quæ lædit,& succedit loco primæ, *Vestr.d.lib 8.c.3.14.*

462 *Rota dec.2,de rest.in integr.in nov.* Quod † si petatur ad appellandum, si non fuit appellatum, currit à lapsu decem dierum *Jo.Andr.in d c.1.n.*

463 *4.de rest.in integr.in 6. Cas.de Graff.d dec.3.n.4.de rest.in integr.* Post † appellationem verò interpositam currit à lapsu decem dierum,post datos Reverentiales in forma,&c. quando causa non fuit commissa,& remansit deserta, *Cassad.dec.4. n.1.de appell.Caputaq:dec.31,& dec.32 par.1,* vel si non fuerunt dati Reverentiales in forma,&c. à lapsu anni, vel biennii dati ad prosequendum appellationem,juxta tradita per *Rot, dec.233.n.1 & seqq.par.7.recent Clem.de rest.in integr.l.fin.C. de temp.rest.in integr.Rota dec.13.n 2.par.2.recent.*

464 cum aliis cumulatis per *Rolan.d.dec.233,n...par.7 recent.* Minori verò non incipit currere, nisi à die quo factus est major, *l.fin. C. de temp.rest.in integr. Glos.in Clem.1. in verb.à tempore de rest in integr.& in c.1,in verb.jure minoris, de restit.in integr. Vestr.d.lib 8. cap.3.num.14, Rota dec.132, num.71.par.2. & dec.11,n.7,par.5.recent. Buratt. dec.75,n.22.*

465 Sed concl.quòd restitutio in integr. non datur post quadrienn. primò non procedit justo impedimento,seu justa,& rationabili causa exi-

stente,nam tunc datur, etiam post quadriennium, *Cap 1. de restit,in integr. in l.fin. C. de temp. restit.in integr. Vestr. d.lib.8.c.3. n.14.*

465 Secundò non procedit,quando sententia est notoriè injusta ex eisdem actis, *Cas.de Grass.dec. 15.n.8.in fin.de Præben. Ferentill. ad Buratt. dec. 404.n.9.*

466 Tertiò non procedit, quando constat de enormissima læsione *Cap.1.de restit.in integr.in 6. Soccin.cons.266,n.24.lib.2. Achil.dec.6.de in integ. restit.* latè *Ferentill.ad Buratt.d. decis.404.nu.10. Rota decis.284 n 50.p.6.recent.*

467 Et licèt quoad considerandam enormissimam læsionem habenda sit ratio,non ad rem, de qua agitur,sed ad totam patrimonii substantiam, *Socc.d.cons.266.n.24. & seq.lib.2. Achill.d. decis.6. de in integr rest.* cum aliis cumulatis per

468 *Rotam d. dec.284.n.50.par.6.recent.* Hoc † tamen habet locum,quando agitur de recuperando ablato per rem judicatam; secùs si non agitur de recuperando ablato, sed de acquirendo illud, quod fuit denegatum per rem judicatam, nam tunc datur restitutio, docto de enormissima læsione,non obstante lapsu quadriennii, nec in hoc casu est consideranda læsio, respectu Patrimonii remanentis,quod non fuit læsum, sed respectu rerum,quæ per rem judicatam fuerunt denegatæ,in quibus tantùm, & non in toto Patrimonio remanente, hoc casu concurrit læsio, *Rota d.dec.184.n.61. & seqq. par.6.recent.* ubi

469 quod † hoc etiam casu procedit id, quod dici solet , suprema Tribunalia non attendere lapsum quadriennii,prout de stylo Rotæ, & Curiæ hujusmodi lapsus non attenditur.

470 Quartò non procedit , quando constat de bono jure,& restitutio in integrum impetratur à Principe;nam Princeps, si ei constat de bono Jure , potest etiam post quadriennium illam concedere, quod locum sibi vendicat, etiamsi Princeps dixerit, fiat justitia,si lapsum quadriennii non ignoravit, *Rota decis.276.in fin.num.7. par.3 lib.1.diverf.Mantic.dec.315.n.2. & seq.*

471 Quinò non procedit, quando restitutio in integrum datur ex clausula generali ob justam causam,quia,cùm tunc quadriennium ab initio non curret,si aliter diceretur, esset dare restitutionem ad restitutionem obtinendam contra tex. in *l Interdùm ff. de Minor. & l.prima, C.si sap. in integr.rest postul.Rot dec.360.n.13. & seq.par.6. recent.*

472 Sextò denique non procedit de Stylo Curiæ, in qua, constito de bono Jure, quadriennium non attenditur, & datur restitutio in integrum, illo non obstante, *Simonett. dec. 76. ad petendam*, quem sequitur *Rota in Bergomen.legati 15 Januarii 1610. coram bon. mem. Ortembergo, Buratt.dec.452.num 7. dec.555.num.8. & decis. 604.n.17.Ferentill ad Burat.d.dec.404.n.11.Rota d.dec.284.n.5.par.6,recent.* In quibus aliæ decisiones cumulantur.

473 Petita verò principaliter in integrum restitutio non impedit executionem factam, seu jam ceptam,*Lancell.de Attent.par.2 c.18,n.117, & seq. Scac.de appell.q.19.rem.2,num.110. & seqq.* ubi quòd ita observat Praxis, *Salust.Tiber.in prax. lib.2,cap.11,num.3, Marches. de Commiss. restit.in integr.par.2,§.2,num.70.fol.138, & §.3.nu,152, fol.185. Benintend.dec.95,n.15. Rot.in Cornetana Pecuniaria 4.Junij 1601. coram clar.mem. Cardinali Pamphilio impress. apud Salust.Tiber. d.lib.2, cap.11,fol.195, Beltram. ad Greg: decis.258,n.10, Ferentill. ad Buratt.dec.267,num.6,lit.C. dec.138, n.2,par.2,recent.Buratt.dec.597,num.4.* ubi quod ita passim est in Rota receptum, *Cavaler.dec.153*

474 *num,1,& seqq.* ubi † hoc limitat, non procedere,quando res adhuc manet sub controversia,& sententia fuit lata cum aliquo præsuppositi , quod ex aliis probationibus factis in contrarium non videtur subsistere.

475 Quinimò de Stylo Rotæ sufficit,quòd fuerit præventum in petitione executionis, ad hoc ut executio non retardetur per supervenientem Commissionem, seu petitionem restitutionis in integrum, *Put.dec.10, de restit.in integr. & dec. 285,lib.2.Cas.de Grass. dec. 1, num. 14, de rest. in integr. Rota in Ferrarien. bonorum, 26, Junii 1613 coram sanctiss.D.N. Innoc. & in Barbastren. decimarum, 10, Novembris 1623. coram Eminentiss D.Cardinali Ubaldo,* qui de Stylo Rotæ testatur, *Ferentill.ad Buratt.dec.268, lit. C. & dec. 945,lit. A. Gregor.dec.120,nu,18,Burat.dec.945, num.5, Cavaler.dec.281,num.2, & dec.495,nu.5,* ubi quòd hanc opinionem semper sequuta est Rota,*Duran.dec.190.n.2.& seqq. Rota dec.264. n.4.par.7.recent.*

476 Cæpta etiam dicitur exequutio,de stylo Rotæ,per relaxationem Mandati, *Rot.dec.545,n.5. par.1 recent. & in d Cornetana Pecuniaria,4.Junii 1601, coram clar. mem. Cardinali Pamphilio impress.apud Salust.Tib.d.lib.2.c.11.* & per decretas,& relaxatas executoriales *Rot.decis.138, n.2, par.2,& dec.248,n.4.par 3,recent. Buratt.decis. 597,n.4,& dec.868,num.3. & seq.* ubi de notorio,& inveterato stylo Rotæ testatur, cum aliis cumulatis per *Beltram.ad Greg.decis.458, nu.18,* ut per *Ferentill.ad Buratt.dec. 268, lit.* C. ubi quod ita passim tenet Rota, quàm opinionem in sententiis Rotalibus sequitur etiam Signatura,*Marches.de Commiss.appellat.ab exeq: Brev.par. 1,cap.2.num.19.fol.398. Beltram.ad Gregor. d.dec. 458.n.10. Ferentill.ad Buratt.dict.decis.268,lit.C. in fin.*

477 Verumtamen hoc procedit in Rota,quando fuit relaxatum mandatum , aut fuerunt decretæ,& relaxatæ exequutoriales extra, & post sententiam, in quibus terminis Decisiones loquuntur, non autem quando Mandatum fuit tantùm relaxatum in ipsa sententia , aliàs enim cùm in sententiis semper possint, & soleant hujusmodi Mandata relaxari,penitùs destrueretur via petendæ, & obtinendæ restitutionis in integrum, *Rota in Bononien. Census 11. Decembris 1602. coram bon. mem.Justo, quæst decis. 6, impress. apud Marches. de Commiss. super Attent. par.2,§.2,fol.60.*& tradit idem *Marches.de Commiss.appell.ab exeq. Brev.par.1,cap.2,n.18. & seq.*

478 ubi † reddit rationem differentiæ, nam in Rota exequutoriales trahunt secum exequutionem excommunicationis, & non requirunt exequutionem facti, sicut mandata aliorum Tribunalium, *Beltram ad Gregor.decis.458.num.10.*

Feren-

Ferentill. ad Buratt. dec. 268, lit. C.

479 Sed hæc procedunt in ſupremo Rotæ Tribunali, nam in aliis Tribunalibus extra Rotam non dicitur præventum in executione ex ſola illius petitione, ſeu relaxatione, aut expeditione Mandati, *Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 11. num. 3, Ferentill. ad Buratt. d. dec. 945, litt. A. verſic. Sed*

480 *extra*, nam † reſtitutio in integrum ſuſpendit executionem, ſicut cauſa Appellationis, & ea pendente nihil eſt innovandum, *Buratt. dec. 504 num. 5*, & ibi *Ferentill. num. 13, litt. B.* Niſi fuerit præventum in exequutione reali, *Rot. dec. 64, n. 1. par. 2, recent. Ferentill. ad Buratt. d. dec. 945, lit. A. verſ. ſecus autem, Scacc. de Appell. quæſt. 19. rem. 2, num. 110. & ſeqq.* ubi quod ita ſervat Praxis, 488 cum aliis allegatis ſupra *verſ. Petita verò principaliter.* Dicitur autem præventum in exequutione reali captis pignoribus, *Saluſt. Tiber. d. lib. 2, cap. 11, num. 3*, ubi de antiqua obſervantia Signaturæ, in cauſis extra Tribunal Rotæ vertentibus teſtatur.

481 In Curia tamen Capitolina ſtante diſpoſitione Statuti, ſi reſtitutio in integrum fuit principaliter petita, & executio non ſit irretractabilis cōceditur inhibitio ſine præjudicio trium conformium, & rei judicatæ, ſive exequutio fuerit cæpta, ſive fuerit tantùm petita, *Stat. Urb. lib. 1, c. 50, Scac. de appell. q. 1, rem. 2, n. 114.*

482 At in aliis Tribunalibus, ſi, cæpta executione AA reali pars adverſa extorſiſſet Commiſſionem 490 non facta in ea mentione de executione jam cæpta, & illius vigore emanaſſet inhibitio, non poſſet ad ulteriora procedi; ſed eſſet neceſſe adire Signaturam, & obtinere reformationem dictæ Commiſſionis, & reſcriptum cum clauſula *parito judicato*, vel *non retardata ulteriori exequutione*, vel *ſine præjudicio ulterioris exequutionis. Lancellott. de Attent. par. 2. c. 18, n. 119, Scac. de appell. q. 29, rem. 2, n. 112.*

483 Obligatio verò Cameralis ſicut non admittit appellationem ſuſpenſivam, ſic non retardatur illius exequutio per reſtitutionem in integrum, *Zacch. ad Galleſ. de oblig. Camer. q. 37, num. 57. & ſeqq. poſt eumdem Zacch. dec. 32 num. 1, & num. 15 & dec. 134, numer. 4, Gregor. dec. 120, num. 17, & dec. 406, num. 2, Buratt. dec. 945, num. 4*, quod eo magis procedit, quando juxta opinionem, quam ſervat Rota, fuit præventum in petitione executionis, *Rot. dec. 198, num. 7, in fin. poſt conſ. crim. Farin. lib. 2, Buratt. d. dec. 945, num. 5. Greg. dec. 120, n. 18.*

484 Prout nec etiam retardatur per reſtitutionem in integrum executio decreti facti in judicio executivo, *Barz. de Guarentig. q. 21, verſic. ſi verò ſit petita, Lancellot. de attent. par. 2, c. 18, num. 122, & ſeq. Marant. de ord. Jud. in 3, par. 6, par princ. act. 1, num. 99, fol. 170, Marcheſan. de Commiſſ. reſt. in integ. par. 2, §. 3, n. 147, fol. 184, Afflict. dec. 356, n. 1, & ſeq.*

485 Verum concluſio non procedit, quando exceptio reſtitutionis in integrum eſſet clara, & probata, ſed bene quando eſſet turbida, & requireret altiorem indaginem, *Gregor. dec. 120,*

486 *nu. 17*, nam † omnis exceptio, quando eſt clara & probata, admittitur ad impediendam exequutionem, licèt aliàs non eſſet admittenda, quod procedit in omni judicio, ex latè congeſtis ſupra hac eadem *par. 1, c. 8, lit. N. verſic. 16, denique omnis exceptio, n. 225.*

487 Non omitto, quòd in gradu reſtitutionis in integrum, eo judicio pendente, datur manutentio antiquiori poſſeſſori adverſus rem judicatam, *Caſ. de Graſſ. dec. 4, in fin. de cauſ poſſ. & prop. Buratt. dec. 604, num. 14, & ſeq.* & in qualibet inſtantia, *cap. cùm teneamur de appel. Rot. deciſ. 132, n. 11, par. 7, recent.* præſertim ſi res judicata redditur turbida, *Burat. dec. 823, num. 8, Rota dec. 240, num. 11, par. 7, recent.* prout etiam ſi detegatur notoriè injuſta, *Rot. dec. 132, num. 11. par. 7, recent.*

488 Denique licèt Signatura Juſtitiæ in prophanis reſtitutionis in integrum cauſam committat ut ſupra cum clauſula *prout de jure*, non tamen hujusmodi cauſam committit in beneficialibus, ſed ipſa gratioſè in integrum reſtituit cum clauſula, *parito judicato*, latè *Scacc. de appel. q. 19, remed. 2, num. 118, & ſeq.* ubi rationem diverſitatis aſſignat.

489 Cæterum in hac ſatis ampla reſtitutionis in integrum materia, ad *Joannem Mauritium, Franciſcum de Caldas Pereyra, & Sfortiam Oddum*, qui de illa copioſos tractatus edidere, cuilibet in facti occurrentia, in reliquis liber patebit aditus.

In cauſis executivis, ſi petitur committi cauſam appellationis, aut decretum, à quo appellatum, extitit validum, & juſtum ex actis apparet; aut illius juſtitia, & validitas redditur turbida; aut conſtat de illius notoria nullitate, & injuſtitia.

Primo caſu Signatura reſcribit cum clauſula, *ſine præjudicio legitimæ executionis*, prout de Commiſſione appellationis à decreto facto vigore obligationis Cameralis, tradit *Galleſ. de oblig. Cam. q. 37, nu. 8, & n. 10, & ſeqq. fol. 214, Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 1, c. 27, num. 4, Scacc. de appel. qu. 17, lim. 6, memb. 7, nu. 23, verſ. hanc eamdem praxim, & lim. 9, num. 51, & ſeq.* de Commiſſione appellationis in poſſeſſoriis, & à Sententiis latis ſuper re, quæ celeritatem deſiderat *Scac. d. q. 17, lim. 6, memb. 7, n. 22, & ſeq. verſ. in Praxi, & verſ. hancque eamdem Praxim*, & de commiſſione appellationis à ſententia lata ſuper penſione tradit *Veſtr. in Prax. lib. 3, cap. ult. n. 3.* & de Commiſſione appellationis à decreto mandati obtento virtute litterarum cambii, tradit *Marcheſ. de Commiſſ. appel. ad oblig. Camer, par. 1, §. 2, n. 208, fol. 810.* & de commiſſione appellationis à ſententia exequutionis litterarum Apoſtolicarum, tradit *Seraph. dec. 1484, n. 2, & ſeqq.*

Et operatur hujuſmodi clauſula, quòd cauſa appellationis ſit tantùm commiſſa ad effectum 491 devolutivum, non autem ſuſpenſivum, *Scac. d. q. 17, lim. 6, memb. 7, num. 22, & n. 24, & lim. 9,*

492 *n. 51, & ſeq. & q. 9, rem. 2, num. 78*, & ob id † præſervat jurisdictionem Judicis à quo, ita ut ille poſſit ad ulteriora procedere in executione, nec valeat aliquo modo à Judice ad quem impediri, *Saluſt. Tiber. lib. 1, c. 27, n. 4, Scac. de appellat. dictæ q. 19, remed. 2, n. 78, Staphil. de lit. grat. verſ. quando commit. fol. 176, Mart. de Clauſ. par. 1. clauſ. 159, numer. 9, Seraph. deciſ. 247, Rota in Placentina*

Fide-

Fide jussionis Lunæ 22, Junii 1602, coram bon. mem. Penia, & dec. 417, n. 2, p. 5, & dec. 8, num. 1, & num. 13, & dec. 313, n. 5, par. 6, recent. Cavaler. decis. 4, n. 3.

493 Hoc tamen non impedit Judicem causæ appellationis, quin, in causa ordinariè procedendo, revocet injustè gesta per Judicem à quo, nam d. clausula tantùm præservat legitimè gesta, non autem id, quod fuit nulliter, & injustè factum, *Rot. in Romana Casalis 24, Novemb. 1581, coram fel. rec. Clem. 8, & in d. Placentina Fideicommissi, 22, Junii 1592, coram bon. mem. Penia, Seraph. dec. 885, n. 2.*

494 Secundo casu, aut Signatura rescribit cum clausula, *si quid exequendum, &c.* vel cum clausula *ad legitimam.*

495 Clausula, *si quid exequendum*, aufert jurisdictionem Judici à quo, & illam tribuit judici ad quem, *Marches. de commiss. appell. ab oblig. Camer. part. 1, §. 1, num. 132. fol. 705, Salust. Tiber. d. lib. 1 c. 27, nu. 4, Scac. de appel. q. 16, remed. 2, nu. 77, &*

496 *seq.* & retardat executionem, † donec de justitia decreti cognoscatur, *Marches. de Commiss. appell. ab oblig. Cam. p. 1, §. 1, n. 130, & seqq. f. 705, Salust. Tib. in Prax. lib. 1, c. 26, num. 4, Rot. post Pacis. de Salu. dec. 53, secundum antiq. impress. Coccinus dec. 218, n. 3.*

497 Nec potest decretum, stante hac clausula, justificari ex noviter deductis, *Salust. Tiber. d. lib. 1, c. 27, n. 4, Rot. dec. 100, nu. 26, & seq. & dec. 445, in par. 1, divers. & in Anconitana Bonorum 21. Maii 1603, coram bon. mem. Justo, Seraph. dec. 279 n 5, Cavaler. dec. 165, n. 5, & seq. dec. 173, n. 1, & dec. 264, n. 1, & dec. 414, n. 2.*

Sed bene debet justificari ex eisdem actis, *Mart. de Claus. par. 1, claus. 169, n. 2. & seq. Marches. de comm. appell. ab oblig. Camer. p. 1, §. 1, num. 142, & n. 146, fol. 706, Caval. dec. 173, n. 1, Coccin. dec. 46, n. 4. Ferentill. ad Buratt. decis. 231, nu. 8, & decis. 640, num. 17,* ubi plures Decisiones cumulat.

498 Sed hoc primò non procedit, quando Reus aliquid de novo deducit coram Judice appellationis, nam tunc licitum est etiam actori nova jura deducere, ad elidendum ea, quæ noviter à Reo excipiuntur, non autem ad elidendum exceptionem ab eo in prima instantia oppositam, prout in terminis hujus clausulæ *si quid exequendum* sæpius fuit decisum, & patet ex decisionibus cumulatis per *Caval. dec. 173, num. 2, Beltram ad Gregor. dec. 581, num. 12, & per Ferentill. ad Buratt. dec. 231, num. 9, & dec. 650, num. 19.*

499 Unde sequitur, quòd volens exequutionem à d. clausula præservatam impedire, possit non solum ex eisdem actis, sed etiam ex noviter deductis suam intentionem fundare, *Mart. de Claus. p. 1. claus. 169, n. 3. Marches. de Commiss. appell. ab oblig. Cam. d. p. 1 §. 1, n. 143, in fin. Maresc. var. resol. lib. 2, c. 121, n. 21, Rota in Anconitana Bonorum 21, Maii 1603 coram bon. mem. Justo. Coccin. dec. 56, n. 5, cum aliis cumulatis per Ferentill. ad Buratt. dec. 231, n. 8, & dec. 650, n. 18.*

500 Et denique hæc clausula præservat viam executivam, & impedit effectum appellationis suspensivum, quatenus ex eisdem actis executioni locus sit, ut constito de justitia mandati, procedatur ad illius executionem, *Marchesan. de commiss. appell. ab oblig. Cam. p. 1, §. 1, num. 130, & seqq. fol. 705, Rot. post Zacch. de oblig. Cameral. dec. 12, nu. 4.*

501 Secundò, quod dictum est supra, decretum debere justificari ex eisdem actis, procedit ad effectum executionis *ex præallegatis*, non autem ad effectum confirmationis; nam tunc intrat regula, non deducta deducam, non probata probabo, & habetur ratio omnium etiam post decretum productorum, *Seraph. dec. 279, n. 5, Buratt. decis. 251, n. 12. dec. 564, n. 6.*

502 Clausula, *ad legitimam*, non differt à clausula *si quid exequendum*, quia ipsa quoque aufert jurisdictionem Judici à quo, & illam tribuit Judici ad quem, secundum stylum, & observantiam Romanæ Curiæ, ut ipse in primis, & ante omnia exequatur, prout de jure ex eisdem actis, quatenus legitimæ executioni locus sit, *Scacc. de appel. q. 19, remed. 2, num. 78, in princip. & vers. in hac controversia.* Nec verba *ad legitimam.* † Judici directa aliud significant, nisi ut juxta Juris dispositionem exequi curet, *Odd. de rest. in integ. q. 43, art. 1, n. 8,* quia legitimum est † illud, quod

503 est secundum dispositionem legum, & Canonum, *l. legitima, ubi glos. in verb. legitima ff. de pact. l. actus legitimi, ubi glos. ff. de reg. jur. cap ea quæ, ubi glos. in verbo morem, & cap. consanguinei, ubi Abb. de sentent. & re judic. Alex. cons. 75, visis, & diligenter perspectis num. 1, vers. & appellatione, & numer. 4,* & ibi *Apostil. in verbo legitimus, lib. 1.*

504 505 Sed licèt in his nulla sit differentia inter dictas clausulas, & utroque casu sit necessaria transportatio actorum, & decretum justificari debeat ex eisdem, & non ex noviter deductis, ut supra, ad hoc ut possit ad executionem juridicè procedi; subest nihilominus in reliquis aliqua discrepantia, nam clausula, *si quid exequendum*, extenditur *si quid exequendum in primis, & ante omnia exequatur, sin minus, causam appellationis cognoscat*, cujus virtute Judex ad quem debet plenè gustare de bono jure, & justitia decreti, & tunc demum, si videt illud justum, & validum, debet absque alio decreto, ad evitandos circuitus Appellationum, executionem permittere; quod si videt illud injustum, etiam ex noviter deductis, ut supra, potest absque nova commissione illud revocare, & ob id hoc casu debet ad ulteriora in negotio principali tacitè ad d. circuitum evitandum procedere, *Marches. de commiss. appell. ab oblig. Camer. p. 1, §. 1, nu. 133, fol. 705.*

506 Clausula verò, *ad legitimam*, tantum extenditur, ut *procedat ad legitimam exequutionē*, & non requirit adeò exactam causæ cognitionem sicut clausula *si quid exequendum*, ad hoc ut possit ad ulteriora in executione procedi; sed sufficit, quòd Judex ad quem, adhibendo aliqualē causæ cognitionem, gustet superficialiter de bono Jure, & justitia decreti, ad hoc ut valeat illius executionem, ut supra, permittere: quod si videt decretum nullum, vel injustum, debet ab illius executione abstinere, quinimo non debet executionem hoc casu permittere, & cùm nec

etiam

etiam possit, virtute dictæ clausulæ, causam Appellationis cognoscere, debet insuper abstinere à Sententiæ seu Decreti revocatione, ac processu ad ulteriora in meritis, & negotio principali, nisi in corpore Commissionis, & ulterius in rescripto, seu Signatura illius, adsint alia verba jurisdictionem, etiam in negotio principali, dum non sit legitimæ exequutioni locus, tribuentia, ut quotidie observat praxis.

507 Unde infertur, quòd si in Commissione addita fuerit secunda pars videlicet, *vel si magis placet, committatur NN. ut procedat ad legitimam exequutionem*, & Commissio fuerit signata per verba *placet D.N.Papæ, de 2. parte*, judex tantum poterit exequi, casu quo legitimæ exequutioni locus sit, at in negotio principali nullatenus poterit procedere, etiamsi executioni locus non fuerit, nam verba rescripti sunt strictissimè intelligenda, & tantum valent, quantum sonant, *c. significanda de rescript. l. 1. in fine ff. de constit. pecun. Abb. in c. Rodulphus num. 1, de rescript. Caputaq. dec. 153, num. 3, p. 1, Rot. dec. 416, n. 2, par. 4, recent. Gregor. dec. 34, num. 2, & seq. Buratt. dec.*

508 *51, num. 3, & seq.* Et † ob id omissum dicitur neglectum, & narrata, & petita restringuntur & limitantur per concessionem, & Signaturam, *Rot. dec. 629, n. 2, par. 3, recent. Buratt. decis. 88, num. 2, & seq.*

509 An autem sit magis attendenda Signatura Papæ seu Cardinalis Præfecti, vel Regentis Cancellariæ, est distinguendum. nam aut rescriptum est Signaturæ Gratiæ, & sic ipsiusmet Summi Pontificis, qui signat per illa verba *Placet* l. & tunc Signatura Papæ, & non Regentis est semper, & præcipuè attendenda, *Seraph. dec. 922, nu.*

510 *4, Rota dec. 330, num. 16, par. 5, recent.* Aut † agitur de rescripto Signaturæ, Justitiæ, quæ Papam repræsentat, *Rot. dec. 102, num. 7, par. 6, recent.* & ejus nomine rescribit, *Rot. dec. 289, nu. 16, par. 6, recent.* per illa verba, videlicet: *Placet. D.N. Pa-*

511 *pa l. Card. Sacchettus*, cujus † rescriptum, & jussio debet intelligi, prout de Jure, *Rot. dec. 52, nu.*

512 *7, par. 7. recent.* & † tunc aut Regens Cancellariæ, qui in Commissione ante dictum rescriptum Cardinalis Præfecti manum suam apponit hoc modo extendendo, videlicet, *De mandato D.N. Papæ audiat NN. citet, inhibeat, procedat,*

513 *ut petitur, & justitiam faciat*, & † aliàs mutatis mutandis, secundùm facti contingentias, in hujusmodi extensione rescripti aliquid omittit, & debet attendi Signatura Cardinalis Præfecti, cui est data potestas, & quæ Signatura Papæ censetur cùm non sit in facultate Regentis inferioris, ad extendendum præpositi, tollere, aut restringere concessa à Principe Superiore, *Mandos. in form. 3. commiss. in verb. summariè circa modum versic. quero an in commissione, & vers. sed natum est dubium, fol. 36, benè Cassad. decis. 7, de rescript.* quem sequitur *Rota in Romana Spolii domus 19. Junii 1579. coram bo. me. Rubeo Decano*, ubi quòd omnia in commissione non deleta censentur concessa. *& Papazon. ad Rotam dec. 28*

514 *num. 5, & 6, de rescript. in nov.* ubi quòd si in extensione fuit additum verbum, *ut petitur*, censentur concessa omnia petita non deleta, aut Regens Cancellariæ declaravit in extensione rescriptum Signaturæ Justitiæ, prout si quis simpliciter petat aliquid fieri in Commissione, &

515 Signatura † respondeat quod Judex procedat, *ut petitur*, & Regens postea in extensione addat, *& justitiam faciat*, attenditur Signatura Regentis, quæ declarat rescriptum Signaturæ Justitiæ, ut intelligatur quatenus id, quod petitur, sit de Jure, *juxta tradita* per *Cresc. decis. 1, alias 47, de rescript.* quâ ita intelligit *Seraph. d. dec. 922, nu. 4* & sequitur *Rot. dec. 330, num. 15, par. 5, recent. Ferentill. ad Buratt. dec. 621, num. 26, in fin.* ubi dicit, hæc notanda esse in praxi, Regens namque in isto casu nihil addit, vel minuit, sed tantùm declarat, quod rescriptum Signaturæ Justitiæ, quæ non rescribit nisi de jure, *ex præallegatis*, prout de jure intelligatur.

516 Tertio casu solet Signatura rescribere pro appellatione simpliciter, absque ulla clausula, & tunc Appellatio censetur admissa ad utrumque effectum, & perinde est, ac si ab initio appellatio habuisset effectum suspensivum, *Rot. dec. 134, n. 7 par. 6, recent.*

BB Licèt Commissio fuerit Judici præsentata,

517 nihilominus antequam pars adversa fuerit citata ad dicendum contra Commissionem, illa non efficitur communis utrique Parti, *Butr. in cap. super litteris, n. 22, vers. quia adverte, de rescript. Rot. dec. 705, n. 8. par. 3, & dec. 30. num. 20, par. 5 & dec. 343, n. 4, par. 6, recent. Burat. dec. 138, n. 4, & dec. 405, n. 2, & seq.* & ibi *Ferentill. num. 23, & dec. 524, n. 11, Cavaler. dec. 509, num. 1, Beltramin. ad Gregor. dec. 552, n. 8.*

518 Sed hoc non procedit, quando fuerunt facti plures actus, ex quibus constat impetrantem usum fuisse Commissione impetrata, ut conciliando decisiones contrarias, dixit *Rot. in Hispalen. Præheminentiarum 16, Decembris 1618, coram bo. mem. Ubaldo*, relata per *Beltramin. ad Greg. d. dec. 552, n. 7.*

519 Ante verò quàm Commissio sit effecta communis, Impetrans potest pœnitere, & illa non uti, *Felyn. in rubr. de rescript. n. 3.* ubi de receptiori, *Butr. in d. cap. super literis, n. 22, vers. quia adverte*, ubi quod ita practicaretur, *Ægid. decis. 456, Rot. apud Marches. de commiss. in practic. par. 1, c. 3, dec. 4, & dec. 5. num. 1. fol. 172, Buratt. d. dec. 138, n. 4.* ubi alias cumulat auctoritates, & Decisiones, *& dec. 524, n. 11.*

510 Unde Adversarius invito Impetrante, ea uti non potest, Alex. *in l. si quis Major, num. 4*, & ibi *Jas. n. 14, & Alciat. n. 38*, C. *de transact. Alex. cons. 34, n. 3, lib. 1, Rota apud Marches. d. par. 1, de Commiss. in partic. dec. 4, n. 1, & dec. 5, n. 1, fol. 172, Buratt. dec. 138, n. 4.*

521 Postquam autem quis usus fuit, ut supra, commissione impetrata, vel Adversarium, ad dicendum contra illam, ut supra, citari curavit, non est amplius pœnitentiæ locus, cum commissio jam sit effecta communis. & ob id Adversarius etiam invito impetrante, illa uti potest, *c. 1. & 2, de mutuis petit. Staphil. de liter. Grat. vers. advertendum tamen, ubi, stante ista Commissione, fol. 143, Rota dec. 17, n. 4, & seq. de dol. & contum. in nov.* & contra illum, ad ulteriora citando, procedere, etiam per Contradictas, *Papazon. ad Rot. dec. 34, num. 2, de rescript. in nov. Beltramin. ad Gregor.*

Gregor.d.decis.552,n.8,Rot.apud Marches.de Commiss.avoc.caus.par.2,§.2.decis.1,n.3,fol.194.

522 Est autem citatio ad dicendum contra commissionem, omninò necessaria ad firmandam Judicis jurisdictionem, aliàs sententia inde subsequuta est nulla, *Salust.Tiber.in prax.lib.2,c.43, Cassad.dec.7,num.9,de appellat, Seraph.dec.845, n.1,Coccin dec.169,n.4,& dec.319,n.7,Rot.dec. 325,n.1,par.1,rec.*

523 Sed hoc primò non procedit, quando utraque pars usa est commissione præsentata, & commissio est excitatoria jurisdictionis, quia tunc commissio est effecta de actis, *Coccin.d.dec. 169,n.7.*

524 Secundò non procedit, quando lata fuit ab A.C.declaratoria incursus censurarum,& commissa causa appellationis in Rota,& inhibitum; nam tunc, si commissio fuit à Signatura reformata,& rescriptum,ut A.C. procederet ad ulteriorem exequutionem, commissione Auditori Rotæ præsentata, potest A.C.ad ulteriora procedere,etiam si coram Auditore Rotæ non fuerit citatum ad dicendum contra dictam commissionem reformatoriam, in quibus terminis procedit *dec.Caputaq.324,par.1.*

Tertiò non procedit, quando terminus hujusmodi fuit servatus, saltem in terminis sub- CC
525 stantialibus, nam tunc si nihil fuit productum 533
de novo,sed tantùm fuerunt producta antiqua acta,sententia sustinetur, *Salust. Tiber. d.lib.2,c. 42,in fin.n.1, Rota in Bracharan.de Granfeis 19, Novembr.1602,coram bo.mem Cardinal. Sacrato* 534
impress.apud Salust.Tiber.d.lib.2,cap.42,fol.mihi, 254,Coccin.decis.319,numer.8, aliàs licèt sententia salvaretur à nullitate, non tamen posset salvari ab injustitia, quia non justificaretur ex actis, nisi esset tantùm fundata in dispositione juris, *Rota in d. Bracharen. de Granfeis coram bo.mem.Cardin. Sacrato, Coccin.decis.319,numer.9.*

526 Debet omninò in citatione ad dicendum contra inseri tenor commissionis,ut citatus possit reddi certus de jurisdictione citantis,*Rot dec. 93,n.1,par.2,recent.Greg.dec.127,num.1,* & ibi *Beltram sub lit.A.in princ.*

527 Sed hoc primò non procedit,quando citatus comparuit, nam tunc potest de facili certificari, *Beltram.ad Greg dec.127,n.9.*

528 Secundò non procedit,quando pars est præsens, vel in loco parum distante, *Rot.decis.93,n. 4,& decis.99,numer.1,par.2,recent.* ubi dicitur quòd distantia quindecim miliarium ad hunc effectum visa est modica, cùm id sit Judici arbitrarium.

529 Tertiò non procedit, quando citatus potest de facili habere notitiam commissionis, ut in *d.dec.69,n.1,par.1,par.2,recent.Gregor.dec.137, n.1,& seq.* vel in citato est notitia verisimilis, & conjecturata, *Rot.d.dec.93,num.2,par.2,recent. Greg dec.127,n.1.*

530 Ex quibus infertur ad validitatem stylì Romanæ Curiæ inserendi tenorem commissionis in citationibus,quæ transmittuntur,exequendæ extra curiam, non autem in illis,quæ exequuntur in curia,ut passim observat praxis.

531 Non solùm autem citatio ad dicendum contra commissionem firmat jurisdictionem,ut supra,sed etiam inducit prævëtionem, adeò quòd si in una & eadem causa fuerint à diversis personis præsentatæ diversæ commissiones diversis judicibus, ille remanet Judex,coram quo fuit prævventum, & citatum ad dicendum contra commissionem, *glos. in c.ut debitus 59,in verbo assignata,de appell. Mandos.in form. 10,commiss. qu.3,fol.68,Cassad.dec.5,numer.1,& seqq. de rescript. Rot.decis.289,num.3,& seqq.par.6,recen.* ubi quod hoc procedit, etiamsi unus ex dictis Judicibus sit Auditor Rotæ, alius verò extra Rotam.

532 Sed hoc non procedit in Rota inter ejus Auditores,nam præsentatis diversis commissionibus diversis Auditoribus super eadem causa ille remanet Judex, cui fuit primo loco præsentata commissio tam vigore antiqui ordinis Vicecancellarii, quam virtute Innocentianæ constitutionis, quæ inter duos, vel plures Auditores attenditur in Rota, *Mandos.d form in commiss. in verb.Commissio,& q.3,fol.67,& seq. Dec.in cap. Pastoralis n.12,& n.16,& seq. de rescript. & consil. 689,n.1,& seq. Rot. dec,6, de rescript.in antiq. Cassad.dec.5,de rescript.Cot.d.dec.289,n.1,& seq. & n.5,par.6,recen.*

Citationes in causis Commissariis debent esse omnmò personales, *Salust.Tiber.in Prax.lib.1, c.51,n.3,& n.5,& lib.2,c.41,n.1, in princ. Rot. dec.495,num.3,par.3,recen.* & signanter de stylo Rotæ,ut testatur *Burat.dec.606,n.8.*

Sed hoc non procedit,quando citandus latitat,vel non reperitur personaliter, nam tunc facta diligentia,primo per unum,deinde per duos Cursores, Judex decernit processum per affixionem ad valvas Curiæ, & domus solitæ habitationis citandi,& in Acie Campi Floræ, *Salust. Tib.lib.2,c.42,*vel per affixionem ad Valvas curiæ, & in Acie Campi Floræ, & domi dimissa copia,*Salust.Tiber.lib.2,cap.... decis.ibi impressam sub numer.* 2, cum aliis allegatis supra *cap.* 4, *lit.D.*

535 Et debet Nuncius relinquere, vel domi affigere,vel publicare publicè,& palam coram Servis,& Vicinis citationem, eosque certiorare, ut sic ad notitiam Latitantis pervenire valeat, *Rota dec.30,num.27,& seq.par.6,recent.* num præsumitur in istis casibus latitans habere citationis notitiam,licet secus sit, quando est absens à Civitate,*Rota d.decis.130,num.33,& seq.par.6, recent.*

536 Quando autem Cursor non refert, se fecisse citationem personaliter, si tamen dicit se fecisse censetur de stylo Romanæ Curiæ personaliter fecisse,nisi addat,domi dimissa copia, prout de hoc stylo testatur *Rota decis.561,num.14,par.1, recent.*

537 Est etiam necessaria citatio personalis, quando fit ab hodie per totam, nam aliàs citatio ad hodie per totam, domi dimissa copia, est nulla, *Salust.Tiber.in Prax.lib.1,c.51, num.13, Seraph. dec.1115,vers.maximè sub n.2,Rota dec.233,n.10, & seq.par.7,recen.*

538 Hæc tamen citatio legitimè,ut supra exequuta non arguit, non posse fieri sententiam,nisi in ultima hora diei, sed intelligitur pro hora audien-

dientiæ,& ita obſervat Praxis in Curia, *Seraph. d.dec.1115,num.2,Rot.dec.199,num.11,par.3, recent.*

DD 539 Commiſſio in forma ſignandi ſcribi ſolet minutis characteribus , in cujus ſiniſtro capite à tergo debet Procurator , vel qui illam impetrare intendit, ejus proprium nomen , ac cognomen manu propria adnotare, ut citari poſſit , caſu quo commiſſio veniret reformanda, *Paul.V.in reform.Trib. Urb. conſtit.71, Univerſi agri,circa fin.*

540 Hæc ab utriusque Signaturæ Referendario, & poſtmodum ab Eminentiſſ. Cardinali Præfecto Signaturæ Juſtitiæ ſignata, adnotatur à primo Reviſore in ejus libro , in quo tantùm nomen Diœceſis,& nomen, ac cognomen Oratoris,ac diem,quo illa fuit ſignata,adnotare ſolet, prout etiam illam eodem modo in ejus libro adnotat ſecundus Reviſor , poſtquam in ea Illuſtriſſimus Cancellariæ Regens Judicem appoſuit,& reſcriptum,ut ſupra extendit. Cæterum

541 † iſti libri primi, & ſecundi Reviſoris nihil probant,nec aliquam fidem faciunt, *Scac.de appell. q.14,num.38,verſic.adverte,Verall.dec.31,& dec. 32,par.1*,ubi loquitur de libro *Baccodi*,tunc Reviſoris.

542 Magiſter verò Curſorum , poſtquam commiſſionem , à ſecundo Reviſore expeditam recepit , adnotat à tergo Commiſſionis ejus propria manu diem,in qua illa ad Banchum Curſorum pervenit,*Burat dec.226,num.4*, & inſuper adnotat in ejus libro diem , in quo eam recepit, nomen Diœceſis,& nomen , & cognomen Oratoris,ad inſtar dictorum Reviſorum,& quando commiſſio reponitur in capſa Judicis,cui eſt directa, facit punctum in margine dictæ adnotationis ejus libri, ex quo deſignat commiſſio-

543 nem fuiſſe in capſa repoſitam ; Verumtamen † dictus liber Magiſtri Curſorum ſolus nihil probat ex identitate rationis allatæ per *Rot. dec.n.2, par.3,li 3, diverſ.* ubi loquitur de libro *Martini Lupi* tunc Reviſoris commiſſionum,quia ſcilicet ex dictis liberculis non apparet ſuper quo fuerit data commiſſio, & poteſt eſſe ſuper alia cauſa, unde non probat hoc eſſe, *l.duo ſunt Vitii, ff. de teſt.tutel.l non hoc, C.unde legit, l. neque natales,& l.Matrem.C.de probat.*

EE Ad deſertionem cauſæ evitandam ſat eſt,

544 quòd Commiſſio pervenerit ad Bancum Curſorum infra legitima tempora, ut puta infra decem dies poſt datos Reverentiales in forma, vel aliàs in tempore antequam cauſa poſſit dici deſerta,licèt non fuerit in capſa repoſita, & Judici præſentata, *Caſſad dec.4, de appell. Put.deciſ. 379,lib.1,in correct,Mantic.dec.275,n.2,Scacc.de*

545 *appell.q.14*, ubi quod † dicti decem dies dantur ad inchoandam proſequutionem , non ad finiendam , cum aliis allegatis ſupra *lit.F.verſic. quinimò, & per Duran.dec.190,num.5, & ſeqq.*

546 ubi quod † idem dicendum erit de Commiſſione reſtitutionis in integrum,ut dicatur præventum in illa petenda, ad effectum evitandi executionem exinde petitam , quia in effectu reſtitutio in integrum regulariter non differt ab appellatione.

547 Si tamen infra terminum juris, Annum,non fuerit Adverſarius citatus ad dicendum contra Commiſſionem , cauſa , non obſtante quod Commiſſio, ut ſupra,ad Bancum Curſoris pervenerit,vel etiam fuerit in capſa repoſita, & Judici præſentata,remanebit deſerta , *Rota coram Thom.Faſtol.dub.27, Lancell. de Attentat.appell. pend.c.12,in præſat.n.50,Acchil.dec.31,de appell. Rot.dec.156,n.1,& n.2,par.2, recent.*

548 Fatale etenim Appellationis eſt Annus, & ex cauſa Biennium, *Anth.ei qui appell.C.de temp. appel.c, cum ſit Romana, de appel.* ubi quod id procedit,niſi fortè Judex à quo ex juſta cauſa præciſius tempus fuerit moderatus, *Clement.ſicut. de appel.Veſtr.in Prax.lib.3,c.5, nu.2,& lib.7, c.ult. n.8,Caſſad.dec 6,n.8,de appell. Scac.de appell.q.15 n.27,& ſeq.Mantic.dec,276,n.2,Burat. deciſ.170*

549 *n.20,Rot.dec.233,n.2,& ſeq.par.7,recent.* & † per viam reſtitutionis in integrum ex clauſula generali *ſi qua mihi juſta cauſa,&c.* eſt triennium,

550 latè *Scacc.de appel.d.q,15,n.8*, ubi † quod primus, & ſecundus annus dantur à lege , tertius verò per viam reſtitutionis in integrũ à Judice.

551 In Curia verò fatale eſt indiſtinctè Biennium, etiam impedimento , aut cauſa aliqua non probata,quia ob multiplicitatem negotiorum præſumitur,*Veſtr.d.lib.7,c.ult.n.9, verſ. quam conceſſionem,Scac.d q.15,n.151,Caſſad.d.dec.6,de appel. n.8,verſ.in Curia tamen,Put.dec.154,n.3,lib.2.*

552 Dummodo in primo anno fiat aliquid,& ſaltem citetur Adverſarius , ad dicendum contra Commiſſionem,& videndum ſibi inhiberi, *Faſtol.d.dub.37,Veſtr.d.lib.3,c.5, n.2*, & ibi *Gravat. n.7,& lib.7,c.ult.nu.9, verſ.quod tamen,Lancell.de attent.appell.pend.d.c,12,in præſ.num.49, & ſeq. Scacc.de appell q.35,n.34,& num.151*,ubi quod ſufficit , quod fuerit infra annum citata pars ad dicendum contra Commiſſionem, & factus aliquis alius actus,*& n.153*, *Achil.dec.11,de appel.* ubi quod ſufficit fuiſſe proceſſum ad citationem,& inhibitionem,*Put.dec.154.n.3, lib.2, Caſſad.d.dec.6,n.8,verſ.dummodo,de appell. Rot.in Pampilonen.de Januſi 14, Decembris 1598, coram bon.me. Litta, impreſſ.apud Saluſt. Tib.lib.3,c.10, fol.342,& d.dec.156,n.1,par.2,rec.* ubi quòd ad evitandam deſertionem, non ſufficit citatio ad videndum compulſari.

553 Incipit autem in Curia currere primum fatale Appellationis, ſeu terminus juris, Annus,à die interpoſitæ Appellationis, & non à die impetratæ Commiſſionis,*Clem.ſicut appellationem, de appel.Lancel.de attent.appel pend.d.c.12,in præfat.n.47,Marcheſ.de Commiſſ.prorog.fatal. par.3, §.1,n.46.fol.401,Scacc.de appel.q.15,n.173,Put. dec.56,lib.2.*

554 Sed hoc non procedit in appellatione interpoſita in partibus ad Curiam, quia tunc fatalia non incipiunt currere à die appellationis interpoſitæ , ſed à die , qua veriſimiliter potuit cauſa appellationis committi, *Lancell. de Attent. appel.pend.d.cap.12, in præſat. num. 48, Marcheſ. de Commiſſ. prorog. fatal.par, 3, §.1, num.70,& ſeq.fol.403,Scacc.de appell.d.q.15, numer.75,Put. deciſ.11,de appellat. & dec.147, & deciſ.150,lib. 2,in correct.idem Scaccia de appellat queſt.14, numer.48*, ubi † quod ſi à Judice à quo fuit Appellanti præfixus terminus ad proſequendum,

sufficit in illo termino [illegible]eptio itineris ad Curiam: si verò d.termi[illegible]ion fuit præfixus, Appellans habet annum ad committendum causam appellationis, & ex causa biennium, *c. oblata, c. personas, & c. sequenti, de appellat. Marches. de Commiss. appell. vigor. cap. oblata, par. 2, §. unico, num. 24, fol. 402, Scacc. de appell. d. quæst. 14, num. 49.*

556 At ex fatalium termino diversa tempora, in quibus illa non currunt, deducuntur, nam Primò non currunt fatalia pendente termino ad appellandum, *Seraphin. decis. 938, num. 13*, cùm non incipiant, nisi à die appellationis interpositæ, vel à die quo causa appellationis committi potuit, *ex supra allegatis.*

557 Secundò non currunt pendente judicio super Attentatis, *Mantic. dec. 99. num. 3, Seraph. decis. 777, num. 2, & decis. 393*, quod tamen non procedit, quando appellans succubuit, *Rota decis. 156. n. 4. p. 2. rec.*

558 Tertiò non currunt, si causa fuit introducta in Consistorio Principis, *l. cum anterioribus. § si tamen, C. de tempor. appell. Scac. de appell. q. 15, nu. 131, & seq. Seraph. dec. 997, n. 8, Rota dec 416, n. 4. in fin. p. 4, recent.*

559 Quartò non currunt pendente recursu de Jure competente diligenter habito ad Signaturam parte citata, *Rota d. dec. 516, n. 4, & seq. par. 5 recent.*

560 Quintò non currunt pendente tempore Remissoriarum, *Seraph dec. 372, n. 2.*

561 Sed hoc non procedit, si Remissoria decreta non fuit ab appellante expedita, *Verall. dec. 12, num. 1. & seqq p. 2*, secus si non fuit expedita Remissoria decreta ab appellato, quia, ob impedimentum ab eo proveniens, fatalia non currunt, *Verall. decis. 11, & d. decis. 12, num. 2, & 3, par. 2.*

562 Sextò non currunt tempore Sedis vacantis, quia tunc jus non redditur, *Lancell. de Attent. appell. pend. par. 2, c. 12, in præfat. num. 51, Scacc. de appell. q. 15, n. 13. propè fin. Caputaque dec. 365, Fatalia Sede vacante, lib. 1, in manuscript. Seraph. dec. 362. n. 2.*

563 Septimò non currunt, quando quis fuit impeditus facto Partis adversæ, vel mixtum, *Verall. dec. 11, num. 1, & seq. & decis. 13, num. 1, & seq. par. 2, latè Scacc. de appel. q 15, n. 61, & seqq, & n. 105 & seqq.*

564 Octavò non currunt, quando quis fuit impeditus facto principis, *Scac. de appell. d. q. 15, nu. 131, in fin. Verall. d. dec. 170, n. 1 p. 2.*

565 Nonò non currunt tempore nullitatis durante, *Buratt. dec. 170, n. 19.*

566 Decimò non currunt in petitorio, lite pendente super possessorio, *Rota dec. 312, num. 3, p. 5. recent.*

567 Undecimo non currunt in Curia Capitolina Consultore electo, juxta formam Statuti Urbis, nisi à die quo Consultor acceptavit; & acceptatio fuit parti intimata, *Rota dec. 294, num 3, p. 3, recent.*

568 Duodecimò non currunt Mediolani pendente causa in Senatu, *Rota dec. 4, num. 6, par. 3, recent.*

FF Auditor Cameræ potest non solùm revocare suam Interloquutoriam, sed etiam ipsam revocationem, licèt decreta hujusmodi sint definitiva, vel vim definitivæ habentia, & quoad Partem transitum fecerint in rem judicaram, ut dicunt Doctores, & quotidie observat Praxis, *Salust. Tiber. in Prax. lib. 1, c. 53, num. 1, & seqq.* 569
ubi † quod hujusmodi decreta, licèt transeant in judicatum quoad partem, secus tamen est quoad Judicem, *Mandos. in formul. 9, commiss. in verbo admittat, Vestr. in Prax. lib. 8, c. 4, num. 6, Gallesi. de oblig. Camer. q. 36, num. 27. & seq. ubi sub num. 13*, dat modum † quid agendum, quando Judex procedit, Partem à gravamine reponendo, in executivis, & non executivis, *Scacc. de appell. q. 17, lim. 47, memb 1, num. 31, & q. 19, rem. 1, conclus. 6, n. 37, Ferentill. ad Buratt. dec. 752. n. 9, & seq. Rota apud Marches. de Commiss. nullit. Sanat. p. 3, §. 2. dec. 4. fol. 43.* 570

Et non solùm A. C. sed etiam alii Romanæ Curiæ Judices solent quotidie ab hujusmodi Interloquutoriis, & Decretis reponere, prout de Romanæ Curiæ usu, & Stylo hujusmodi testatur *Salust. Tib. in Prax. lib. 1, c. 27, n. 12, Vestr. d. lib. 8, c. 4, n. 6, Gallesi. d. q. 36 num. 27, & seqq.* & non solùm Judices ordinar, sed etiam Delegati id facere possunt, *Salust. Tib. d. lib. 1, c. 63, num. 3, in fin. Vestr. d lib. 8, c. 4, num. 6*, & † non solùm semel, & bis potest per viam repositionis procedi, sed etiam pluries, & quoties opus fuerit; nam in Curia non observatur opinio *Dyn. & sequacium in l. quod jussit, ff. de rejud.* sed potior est opinio *Rayneri de Forolivi*, quem sequitur *Cuman. in d. l. quod jussit, Mandos. in d. form. 9. in verbo admittat, Gallesi. de oblig. Camer. d. quæst 36, num. 29.* Signanter † autem prædicta locum habent, quando Interloquutoriæ, & decreta hujusmodi continent conditionem, nisi ad p. d. vel nisi infra tres, aut similem; nam tunc Judex animo denuò Partem audiendi facere hæc decreta videtur, *Salust. Tiber. d. lib. 1, c. 53, num. 6*, & † appellatione per Partem interposita, solent, etiam de Stylo Curiæ, fieri hujusmodi repositiones cum sola Intimatione absque alia citatione, teste *Buratt. dec. 627, n. 6.* 571 572 573 574 575

Sed hæc primò non procedunt in Auditore Sacri Palatii Apostolici, cui in gradu appellationis commissa fuit causa, cum facultatibus A. C. nam licèt ipse vigore facultatis sibi in Commissione attributæ, possit procedere exequativè, non tamen potest, tamquam A. C. subrogatus à Decreto reponere, quia causa Appellationis diversificat instantiam, & in hoc non censetur ei per hujusmodi Commissionem facultas concessa, teste *Coccin. decis. 78, num. 9, & seq.* 576

Secundò non procedunt, quando Judex pronunciasset in scriptis per Cedulam, nam tunc non potest reponere, cùm sit functus officio suo *Salust. Tib. d. lib. 1, c. 53, n 7.* 577

Tertiò non procedunt, postquàm Judex ad quem legitimè inhibuit, *Scac. de Appell. q. 17, lim. 47, memb. 1, n. 38.* 578

Quartò non procedunt, postquam causa Appellationis fuit commissa à Signatura, etiam si illam commiserit cum clausula, *sine præjudicio legitimæ executionis*, licèt enim tunc Judex à quo- 579

quo possit procedere ad ulteriora in executione sui Decreti, non tamen potest illud revocare, nec ab illo reponere, sed si videt illud injustum, GG debet ab ulteriori executione abstinere: cùm enim in eo Signatura, quæ Papam repræsentat, manus apposuerit, inferior se amplius ingerere non potest, nec debet.

580 Quintò non procedunt, postquam Judex à quo detulit appellationi, cùm à se abdicaverit jurisdictionem, nisi id fuerit factum de consensu partium, aut de consensu appellantis, re integra, *Scacc. de appell. d. qu. 17, limit. 47, membr. 1, nu. 41, & n. 43, vers. contra, & n. 44, & seq.*

581 Sicut autem A.C. & quilibet Judex ordinarius Romanæ Curiæ potest, ut supra à Decretis, & interloquutoriis reponere, sic etiam potest quilibet Ordinarius, qui nulliter sententiavit de nullitate suæ sententiæ cognoscendo, iterum sententiare, *l. 1, in fin. C. de sentent. Salust. Tib. d. lib. 1, c. 53, n. 3. Innoc. in c. in litteris, nu. 1,* & ibi DD. *de offic. deleg. Vant. de nullit. defect. Jurisd. ordin. n. 114, vers. quæ tamen,* ibi *fallit etiam in Ordinario, Rot. dec. 16, n. 1, in fin. & num. 2, de re jud. in nov. Scacc. de appell. q. 19, rem. 1, concl. 6, nu. 73, & n. 79, & seqq. Capic. dec. 1, n. 26.*

582 At Judex delegatus non potest suam sententiam nullam revocare, nec iterum sententiare, quia sive bene, sive male, functus est officio suo, *l. si ut proponis la prima, C. quom. & quan. Jud. Innoc. in d. c. in litter. n. 2.* & ibi DD. *de offic. Deleg. Salust. Tiber in Prax. lib. 1 c. 53, n. 3, Rota d. dec. 16, n. 3, de re jud in nov.* latè *Scacc. de appell. q. 19, rem. 1, n. 61, & n. 100 vers. contra istam.*

583 Sed hoc primò non procedit in Delegato ad universitatem causarum, quia æquiparatur Ordinario, *Maran. de ord. Jud. par 4, prin. distinct 5, n. 47, Salust. Tib. lib. 1, c. 53, n. 3, in fin.* cum aliis cumulatis per *Scacc. de appell. q. 19, rem. 1, concl. 6, n. 99.*

584 Secundò non procedit in executore ad tradendam possessionem, *Zabarell. cons. 75, per tot.*

585 Tertiò non procedit, quando Delegatus sententiavit contra formam rescripti, quia tunc functus non est officio suo, *Scacc.* qui alios cumulat, & de communi testatur, *d. q. 19, rem. 1, concl. 6, n. 102.*

586 Quartò non procedit in executore ad providendum de beneficio, & sic in extrajudicialibus respicientibus Gratiam, *Innoc in c. 1, de Sent. & re jud. & in c. in literis, n. 3,* & ibi *Canonista, de offic. Deleg. Auchar. in c. examinata, num. 4, vers. & per provisionem, de Jud. Scac. de appellat. q. 19, remed. 1, concl. 6, num. 100, signanter versic. respondeo.*

587 Quintò non procedit, quando delegatus non judicavit super toto, quia tunc nō est perfectè functus officio suo, *Bart. in l. si ut proponis, la prima sub n. 3, C. quom. & quand. Jud. Scacc. de appel. d. q. 19, rem. 1, concl. 6, n. 108.*

588 In causa verò beneficiali Judex delegatus potest pronunciare, Beneficium fore alicui debitum, sed non potest de eo providere, *cap. super eo, ubi glos. in verbo ordinet, & Canonistæ tradunt de offic Deleg.*

589 Sed hoc non procedit in Auditoribus Sacri Palatii Apostolici, seu Rotæ, qui possunt etiam conferre, seu de Beneficio providere, *Clem. Auditor. de rescript.*

Practica communis est, quòd appellans, 590 quando agitur de executione ob desertionem appellationis, citatur ad docendum de prosecutione appellationis, & dicendum causam, quare sententia executioni demandari non debeat, *Bartol. in l. 1, num. 9, in fin ff. nil. novar. appell. pend. Castr. in l. Præses 27, in fin. & ibi etiam Alex. nu. 6, ante fin. vers. & practica est, ff. de re jud.*

Sed de stylo Curiæ observantur quatuor ter- 591 mini, ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosequutione, primò pro prima, secundò pro secunda, tertiò pro tertia, quartò pro quarta, & superabundanti dilatione, singuli ad p.d. *Vestr. in prax lib. 5, c. 10, versic. ad docendum, de appellatione fol. 104, & lib. 8, c. ult. num. 7, vers. verum si vigore,* ubi reddit rationem, *& num. 13, vers. etsi Commissio, Vant. de nullit. defect. proces. nu. 61, fol. 219, Mandos. in formul. Commiss 23, in verbo, servatis quatuor terminis, Salust. Tib. in prax. lib. 2, c. 24, n. 4, & seq. Scacc. de appel. q. 11, n. 200, vers. aut enim.*

Aliquando tamen, prout quando exequutio 592 est facienda à Judice delegato, qui sententiam exequi non potest sine commissione executoriali, & rescripto speciali, loco dictorum quatuor terminorum, petitur, & obtinetur committi eidem, ut præfixo parti adversæ aliquo brevi, & competente termino, ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosecutione, ac causis restitutionis in integrum, elapso & nihil quod relevet, docto expensas taxet, & moderetur, & tam pro illis, quàm pro contentis in sententia, & re judicata, mandata quæcumque necessaria, & opportuna decernat, & relaxet, & exequatur, &c. quo casu, citato prius Adversario, ad dicendum contra commissionem, & deinde ad videndum sibi præfigi dictum terminum juxta formam commissionis, obtinetur præfigi ad secundam cum intimatione, *Mandos. in d. form. Commiss. 23, in verbo servatis, Vestr, in prax. d. lib. 8, c. ult n. 8, & n. 13, Salust. Tiber. lib. 2, c. 25, num. 4, & seq.* & successivè nihil quod relevet, docto, citatur ad videndum taxari, & moderari expensas, ut supra, *Vestr. in prax. lib. 8, c. ult. n. 14, Salust. Tiber d lib. 2, c. 25, num. 3, & nu. 6, Mandos. in d. form. 23, in verbo omnes, & singulas expensas.*

Sed hac commissione A.C. non indiget, sive 593 processerit in causa ut ordinarius, sive ut delegatus, sed utroque casu, servatis dict. quatuor terminis ad docendum de appellatione, ejusque legitima prosequutione, rursus coram eo citatur pars ad videndum taxari, & moderari expensas, & taxatas, & moderatas solvendum, aliàs videndum tam pro illis, quàm pro contentis in sententia, & re judicata, relaxari mandatum in sententia decretum, *Salust. Tiber. d. c. 25. n. 3.*

Tum quia A.C. habet in suis ordinatiis facul- 594 tatibus potestatem cognoscendi quascumque causas etiam Commissarias, in quibus habetur ut Ordinarius, *Greg. XIII. Const. 59, Ad generis, in Bul. antiq. fol. 1271, Greg. XIV. in ejus Const. Ad generis, impress. apud Salust. Tiber. in prax. fol. 513, Paul. 5, Const. 28, Eximiæ. Salust. Tib. in prax, lib. 2,*

c.25,n.6. Tum quia, vigore earumdem facultatum, est executor quarumcumque sententiarum latarum per eum, & ejus locum tenentes, seu quosvis alios Judices, etiam delegatos, & Sacri Palatii Apostolici Auditores, & ipsos Romanos Pontifices pro tempore existentes, *Greg.13, in d. Const.55, secundùm ant. imp. Greg.14, in d. Constit. Ad generis, Paul. V. d. const.28, Eximia.*

595 Terminis autem ad docendum de appellatione, ut supra, non servatis, executio facta contra stylum, qui habet vim legis, non potest substineri *ex superius allatis.*

596 Sed in hoc est distinguendum: Nam aut agitur de executione trium conformium, aut alterius sententiæ, seu Decreti inappellabilis, & tunc dicti termini non sunt necessarii, & non servantur, sed citatur adversarius, ad videndum taxari, & moderari expensas, *Vestr. lib.8, c. ult. numer.13 & seq. Scac. de appell. q.11, num.200, vers. aut agitur.*

597 Aut tractatur de executione rei judicatæ ob non interpositam appellationem, vel illam non prosecutam infra legitima tempora, & tunc dicti termini sunt omninò necessarii, *Scac. d. q.11, n.2000, vers. aut enim*, cum aliis allegatis supra. *vers. sed de stylo Curiæ, n.591.*

598 Cæterùm si executoriales fuerint in Rota decretæ, non servatis dd. quatuor terminis, erunt invalidæ similiter *ex superius allegatis.*

Sed hoc non procedit, quando adest res judicata ob non interpositam appellationem infra legitima tempora, & in actis clarè constat de re judicata, quia à die latæ sententiæ Parte personaliter citata, vel aliàs à die scientiæ usque ad diem appellationis interpositæ, undecim, vel plures dies effluxerunt, *Rota in nullius jurisdictionis Mercurii 12, Novembris 1550, coram bo. me. Achille de Grassis*, quam refert, & sequitur *Mandos. in d. form. Commiss.13, in verbo, citatione præcedente, vers. igitur primò quæro*, ibi, *concluserunt R. P. DD. de Rota, Scacc. de appell. q.11, num. 201, fol.227.*

600 In causa etiam, quo causa commissa fuerat appellatione remota, si dicti quatuor termini, pro executione sententiæ latæ in negotio principali, in qua adsit condemnatio in expensis, fuerunt servati, deserviunt pro expensis, & sufficit sola citatio ad videndum taxari, & moderari expensas, *Vestr. in prax. lib.8, cap. ult. numer.1, Duran. dec.130, num.2, Ferentill. ad Buratt. dec. 921, num.18.*

HH 601 Victus tenetur Victori ad expensas, *l. properandum, §. sive autem alterutra*, & ibi DD. C. *de jud. l. eum quem temere*, ff. *de jud.* & ibi DD. *Stat. Urb. lib.1, c.196, Covar. pract. quæst. c.27, Rebuf. de damn. expens. & interess. art.2, glos.1, num.7, & seq. Rot. dec.730, num.3, par.1, divers. & dec.370, n.9, par.1, recent. Buratt. dec. 921, num.1. Duran. dec. 313, n.9.*

602 Solet tamen victus ab expensis excusari, quando habuit justam causam litigandi, *l. qui solidum, §. etiam ff. de leg.2, & ff. as. in l. properandum, §. sive autem alterutra num.3, & n.8, C. de judic. Paris. cons.7.43, lib.3, Alex. cons.37, n.34, lib.2, Nat. cons.142, n.24, Asin. in Prax. §.2, lim.1, n.1, & seq. Vestr. in Prax. lib.8, cap.2, num.10*, & ibi *Gravat. num.20, & seq. Put. decis.373, numer.1, lib.1, correct.*

Sed hoc primò non procedit, quando expensæ petuntur jure actionis ex stipulatu, vel aliàs, 603 quia tunc justa causa ab eis excusat, *Glos. in §. oportet, in verbo solo*, ibi, *nisi sint petitæ, in auth. de judic. & as. in l. properandum, §. sive autem, n.3, vers. nisi tales, & num.4, C. de judic. Cephal. cons. 265, nu.21, lib.2, Alex cons.37, num.34, lib.2. Nat. cons.143, n.9, lib.1, Asyn. in prax. §.32, in sublimit. 1, ad primam limit. num.1, & seq. & limit.3, nu.3, vers. modo stante, Luc. Pet. in Prax lib.9. cap.1, tit. de expens. num.1, & seqq. Covar. pract. quæst. c.27, nu.3, vers. hæc tamen sexta limitatio, Card. Tusc. lit. E. concl.625, n.85, Fenzon. ad Statut. Urb. c.196, nu.15, & n.45.*

604 Quinimò quando quis ad expensas ex stipulatu, ut supra, vel etiam in forma Cameræ se obligavit, tenetur ad illas, etiamsi non fuerit in expensis condemnatus, *Federic. de Sen. cons.139, versic. si verò Expensæ, in fin. Covar. pract. quæst. c.27, n.5, vers. sed & veræ sunt, Luc. Pet. in prax. d. lib.9, tit. de expens. n.2, Card. Tusc. lit. E. concl.628, n.20.*

605 Nam condemnatio requiritur, quando debentur expensæ officio Judicis, quæ regulantur juxta tex. *in l. terminato, C. de fruct. & lit. expens.*, secus quando debentur, & petuntur vigore obligationis Cameralis, vel aliàs jure actionis, quia tunc proceditur per viam relaxationis mandati via executiva, etiam si in sententia, seu mandato in principali negotio obtento, de expensis nulla fuerit facta mentio, *Salust. 1 ib. lib.4, c.44, n.1.* Prout etiam magistraliter distinxit *Rota in Romana expensarum. Luna 26. Martii 614, boram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, & quotidie in A. C. Tribunali observat praxis.

606 Et hæc vendicant sibi locum, sive lis sit finita per sententiam, seu relaxationem mandati, sive per transactionem, sive per quietantiam, nam promissæ, & debitæ jure actionis semper peti possunt, *l. Mulier, § si rem, ubi glos. in verbo fortassis, ff. de leg.3. Roder. ad dec. Guidopap. decis.55, Cappel. Tolos. dec.5, Asin. in Prax. §.32, ampliat.12, num.1*, latè *Luc. Pet. in Prax. lib.9, cap.1, numer.8.*

607 Secundò non procedit, quando quis statim ac videt se malum jus fovere, non cedit liti, & non agnoscit bonam fidem, sed perseverat usque ad finem, nam tunc verisimile est, quod etiam si à principio habuisset notitiam veritatis, & se malum jus fovere, nihilominus temerè litigasset, prout postea fecit, & experientia rerum magistra docuit, *Dec. cons.140, in 2. dubio. Roman. sing.401, Dec. in l. qui in alterius ff. de reg. jur. Rebuff. de damn. expens. & interess. glos.1, num.14. & seq.* ubi quod ita observat usus forensis, *Cuman. Bald. Novell. & alii*, quos refert, & sequitur *Card. Tusc. tom.3, concl.638, n.4. Guidop. dec.436, n.56, vers. sed pone. per l. si quis inficiatus. ff. depos. & l. cum quem temere, in princ. de jud.* ubi etiam subdit, quod ita tenet *Bart.* & tervat Curia Parlamenti in judicando.

608 Tertiò non procedit in Curia, & supremis Tribunalibus, nam in illis justa causa litigandi non attenditur, dum quis succubuit, prout exem-

exemplificando in Tribunali Rotæ, tradit *Cassad.dec.12,num.2, de rescript. Vestr.lib.8,c.2,n.10. Charta.dec.1,n.4.Verall.dec.340.n.4.par.1. Put. dec.373,n,2,lib.3.in correct. Rot.dec.352,n.5,par.1, diverſ. Coccin.dec.56,n.6. Buratt,deciſ.449, nu.8.*

609 *Ferentill.ad Burat.dec.922 n.9.* niſi† quando ſententia ex noviter deductis veniret revocanda, nam tunc, qui illam obtinuerat, excuſaretur ab expenſis, etiam in ſupremo Tribunali, *Veſtr.in prax.d.lib.8,c.2,n.10,Verall.d.dec.340,n.4.Coccin.*

610 *dec.56,n.6. Caval.dec.191,n.3. Rot.dec.730,n.1,p.1 diverſ.ubi ſub num.2,* dicitur,† quòd hoc non haberet locum, quando is, qui obtinuit ſententiam pro ſe, fuit mendax, tunc enim propter mendacium condemnandus eſt in expenſis, etiamſi ſententia ſit revocanda ex noviter deductis, ut per *Aſin.in prax. §.32, cap.2, ampl.21, & Afflict. dec.126.in fine.*

611 Quæ autem ſint juſtæ cauſæ litigandi, tradunt latè *Paſ.in d.l.properandum,§. ſive autem alterutra,n.7, & ſeqq.C.de jud. Aſin.in prax.§.31,c.1 lim.2,& ſeqq. Carpan.ad Stat. Mediolan.c.55,in verbo propter juſtam cauſam,n.132,* ubi decem & ſeptem cauſas enumerat, *Menoch. de arbitr. Iud. caſu 177.Lanfranc.in c.Quoniam contra,n.682,&* ibi *Adden.ſub lit.A. de probat.*

612 Sed quando quis fuit victus in cauſa, non præſumitur habuiſſe aliquam juſtam cauſam litigandi, *Galgan.ad Stat.Urb lib.1.c.196,col.7,n. 50,* & ibi etiam *Fenzon.ſub n.56.* plures cumulat auctoritates.

613 De jure autem expenſæ non debentur niſi in fine litis, *Verall.dec.341,par.1,* Cavaler.*dec.191.n.2*

614 Sed hoc non procedit in expenſis factis in cauſa attentatorum, nam cùm attentata ſint in primis, & ante omnia purganda, expenſæ in cauſa attentatorum factæ non ſolùm ſunt taxandæ, ſed etiam reficiendæ, antequam de negotio principali cognoſcatur, *Cap.Bonæ de appell. Rota deciſ.5,de dol.& cont.in nov. & deciſ.37. de ſent.& re jud in antiq. Aſin.in prax.§.32.cap.16.fol.219*

615 niſi † ſint expẽſæ extrajudiciales factæ ab eo, qui paſſus eſt attentata, nam tunc ſufficit depoſitum unius ſolidi, cum oblatione ſolvendi reſiduum, poſtquam de illis conſtiterit, & facta liquidatione, *Ang.in l.4.§.ait prætor,ff. de re jud. Greg: dec. 503,n.1.*

616 Ad validitatem taxationis expenſarum requiritur liquidatio Notarii actuarii, & citatio ad videndum taxari, in qua judicialiter relata conſuevit judex apponere manum ſcribendo, *Taxamus,* & ſubinde exhibita Cedula expenſarum, quas Notarius, absque expenſis Procuratoris, & Advocati, liquidavit, ſolet judex juxta ſummam liquidatam, niſi aliter ei viſum fuerit, taxare, ut per *Saluſt.Tiber.lib.2.c.44.n.3.*

617 Et ulterius poſtquam expenſæ ſunt, ut ſuprà, liquidatæ, & taxatæ, requiritur etiam juramentum Partis ſuper illarum veritate, & quantitate, ac demum ſententia liquidatoria, ſeu decretum Judicis, *Cap.conſtitutis,de Procur. gloſ.in cap. cùm veniſſent,in verbo reſtitueret, de eo qui mitt.in poſſ. gloſ.in cap.1.in §. Adjicientes in verbo docuit, de lect.in 6.Veſtr.lib.8.cap.ult num.15. Aſin.in prax. §.32,cap.6.Ferentill.ad Buratt.dec.921. Fenzon.ad Statut.Urb.lib.1.cap.196,n.115,& ſeqq.Duran.dec. 385,n.7, Rot.deciſ.177,n.3,par.7,recent.* aliàs ſine dicto juramento taxatio eſt nulla, *l.Sancimus,C. de jud.cap.Cùm veniſſent, ubi gloſ.in verbo, reſtitueret,de eo,qui mitt.in poſſ.Veſtr.d.l:8,c.ult.n.15,* & ibi *Gravat.n.36, Ferentill.ad Buratt. d.dec.921,n. 22. Rota dec.177,n.4,par.7,recent.*

618 Sed hoc juramentum de ſtylo Notariorum extenditur in termino ad videndum taxari, & moderari expenſas, & taxatio valet, licèt dictum juramentum aliundè de per ſe non appareat, *Veſtr.d.lib.8,cap.ult.n.15, Ferentill.ad Buratt. d.dec. 921,n.22.Rota dec.177,n.5.par.7,recent.* ubi quod de ſtylo Curiæ dictum juramentum non præſtatur apparenter.

619 Verùm hoc non procederet in aliis expenſis quæ eſſent factæ extra litem, nam tunc ſi illæ eſſent taxandæ, neceſſe eſſet, quòd juramentum hujusmodi præſtaretur apparenter, *Rota d.dec. 177.par.7,recent.*

620 A taxatione autem expenſarum non datur appellatio, *l.fin.ibi vel minus,quam oportuerat juſſa eſt,ubi Bart.n.2. C. Quando provoc.non eſt neceſſ.* quia eſt executio, à qua appellare non licet, *Veſtr. in prax.lib.7.c.3 n.9.Gravat.ad Veſtr.lib.8.c.ult.n. 36,Scacc.de appell.q.17.lim.10.n.58.*

621 Sed benè licet appellare à condemnatione in expenſis, *Scacc.de appell.q.17.lib.21.n.56.* niſi Judex condemnaſſet in expenſis, decem diebus elapſis poſt latam interlocutoriam in judicatum transactam, vel niſi expenſæ eſſent contumaciales, vel denique niſi condemnatio eſſet facta in ultima ſententia, quæ inducit rem judicatam, quod ſignanter procedit de ſtylo Curiæ, ſeu vigore Statuti urbis, *Scac.d.q.17,lim.21, nu.65 & ſeqq.& n.72 & ſeq.*

622 Prout etiam datur appellatio ab exceſſiva expenſarum taxatione, *l.ab executione, C. quorum appell.non recip.Veſtr.in prax.lib.7,c.3,n:9. Gravat. ad Veſtr.lib.8,c.ult.num.36. Ferentill. ad Buratt.d. dec.921,n.19.Saluſt.Tiber.d.lib 2,c.44,n.4. & ſeq. Rot.dec.100.n.30,verſ.Non obſtat,p.1.diverſ. & dec. 221.n.4,p.7,recent.*

623 Sed non valet appellatio, niſi in ea exprimatur quantitas exceſſus, vel alia juſta cauſa, *Clem. appellanti de appell. Veſtr.in prax. lib.7,c.3,nu.12. Gravat. ad Veſtr.lib.8,cap.ult.num.36, Fenzon.ad Stat.Urb.lib 1,c.196,n.105. Ferentill. ad Buratt.d. dec.921,n.20.Rota dec.100.n.30.verſ.Non obſtat,p. 1.diverſ.Duran.dec.150.n.3.*

624 Non tamen eſt licitum ab hujusmodi exceſſivitate appellare, niſi ſemel, *Veſtr.d.lib.7,c.3,n.12 Scac.de appel.q.17.lim 10.n.69.Pius IV.Conſtit.83 in trono,§.& à liquidatione ſecun.antiq.impr. Paul. V.in reform.Tribun.urb Conſtit.71. Univerſi agri, §. A liquidatione.*

625 Non omitto, quòd ſuccumbens ex juramento judiciali, & litis deciſivo tenetur ad expenſas DD.*in l.Admonendi,ff.de jurejur.Rebuff. de expenſ. damn.& intereſſ.art.1.gloſ.1.n.18.*

626 Sed non ſic ad illas tenetur ſuccumbens ex juramento ſuppletorio actori delato, nam tunc ſuccumbens non condemnatur in expenſis, *Bald.in Auth.generaliter,n.8. C.de Epiſc. & Cleric. Alex.conſil.183.num.15 lib.6. Marſil. ſingul.485.*

Memi-

Memini, Lanfranc. in c. Quoniam contra, n. 682. ante fin. de probat. Rebuff. de expens. damn. & interess. art. 1. glos. 1. n. 28.

627 Sed est distinguendum, nam ut Reus succumbens ex juramento suppletorio, habet saltem unum testem, vel aliquam præsumptionem pro se, & tunc non tenetur ad expensas *ex præallegatis*, aut non habet aliquem testem, seu aliquam præsumptionem pro se, & tunc aut agitur de ejus facto proprio, & condemnatur in expensis, nam nimis temerè litigavit, non habens aliquam conjecturam pro se, *Bald. in dict. Auth. generaliter, num. 8, C. de Episc. & Cler. Alex. d. consil. 183. num. 15. lib. 6. Lanfranc. in d. cap. Quoniam contra, num. 682. Marsil. de singul. 485.* Aut agitur de facto alieno, & tunc excusatur ab expensis, *Bald. in d. Auth. generaliter, num. 8, C. de Episc. & cler. Lanfranc. in d. cap. Quoniam contra, n. 682. de probat.*

II Judices ordinarii, prout sunt A.C. Vicarius,
628 Gubernator, & similes, possunt exequi eorum sententias in judicatum transactas, absque alia exequutoriali, & commissione speciali, *Maran. de ord. jud. par. 4. prin. distin. 5. n. 43. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 25. n. 6. Scac. de appell. q. 11. n. 173. vers. Contraria, & n 174.*

629 Secùs est in Judicibus delegatis, quia isti, sine speciali commissione, eorum sententias executioni demandare minimè possunt, *l. à divo Pio in princ, ubi Bart. num. 14. & alii, ff. de re jud. Maran: de ord. jud. par. 4. prin. dist. 5. n. 43. fol. 41. Felyn. in c. si quis contra, n 7. vers. Glos. penult. de for. compet. & in cap. Significasti, n. 1. ubi de communi, de offic. deleg. Scac. de appell. q. 11. n. 179.* etiamsi delegati sint Judices ordinarii, *Scac. d. q. 11. num. 117. vers. Extende secundo.*

630 Sed hoc primò non procedit in Delegato à Principe, *l. fin in fin. C. de judic. cap. Quærenti de offic. Deleg. & significasti, ubi glos. in verb. ordinarius, de offic. Deleg. Bart in l. à divo Pio in prin. nu. 2, ff. de re jud. Maran. de ord. judic. d. par. prin. dist. 5 num. 43, Mandos. de Commiss. form. 23, in verbo causarum auditori, Salust: Tiber. lib. 2, c. 25, num. 6. Fenzon. ad Stat. urb. lib. 1. c. 196, num. 68, & seq.* ubi quòd hoc locum sibi vendicat tam de Jure Ca-
631 nonico, quàm de Jure Civili, & habet annum ad exequendum suam sententiam, *c. quærenti de* 638 *offic. delegat. Bart. in l. à divo Pio in prin. nu. 2. de re Iud. Rot. dec. 39. de re jud. in antiq. Cassad. dec. 3. n. 3, de dolo & contumac.*

632 Verumtamen hæc fallentia potest habere locum extra Curiam, nam in Curia Delegatus Papæ non exequitur sine commissione exequutoriali ob præsentiam Principis, *Salust. Tiber in prax. lib. 2. c. 25, n. 6.* etiamsi Delegatus esset Auditor Rotæ, *Mandos. de Commiss. in d. form. 23. in verbo, causarum auditori, vers. contrarium concludendum, Rota decis. 39. de re jud in antiq. Cassad. dec. 13. nu. 4. de rescript. & dec. 3, n. 3, in fin. de dol. & contum. Scac. de appell q. 11. n. 175.*

633 Secundò hodie non procedit in Auditoribus Rotæ, nam, quicquid sit de Jure communi, & antiquo stylo Curiæ, *ex præallegatis* hodie Auditores Rotæ habent ampliores facultates, quàm anteà, ut advertit *Scacc. d. q. 11. n. 175, in fin.* Nam *Pius IV. in sua Constit. 83, in trono, §. 1. fol. 771 secun. antiq. imp.* concessit Auditoribus Rotæ facultatem exequendi eorum sententias, absque nova commissione, prout Judices ordinarii exequi, & facere valent, quod fuit etiam confirmatum *ex reform. Sanctissimi, sub tit. de Aud. Rot. vers. posset etiam Auditor Paul. V. Constit. 71, Universi agri, Buratt. dec. 95. n. 7, & dec. 890. n. 1. Duran. dec. 190. n. 9.*

634 Tertiò non procedit extra Curiam in Delegato Papæ, qui potest exequi suam sententiam sine alia speciali commissione, *Cap. Quærenti de offic. Deleg. Scac. de appell. q. 11, n. 178,* cum aliis allegatis supra *vers. sed hoc primò non procedit, n. 630,* quia cessat tunc ratio præsentiæ Principis, de qua suprà in *vers. Verumtamen, n. 632. Scacc. d. q. 11. n. 78.*

635 Quartò non procedit in Auditore R.C.A. nam quicquid dicat *Scac. d. q. 11, n. 174. vers. Secùs autem, & n. 177, vers. sub restringe secundò,* hodie A C. habet facultatem exequendi sententias latas per quoscumque Judices sive Ecclesiasticos, sive sæculares, sive Ordinarios, sive Delegatos, sive Sedis Apostolicæ Legatos, & sive in Curia, sive extra Curiam, prout latiùs legitur in ejus ordinariis facultatibus, *Greg. XIII Const. 55. Ad generis secun. antiq. impress. Gregor. XIV. in Const. generis, apud Salust. Tiber. impress. lib. 4, & novissimè Paul. V.* qui dat ei etiam dictam facultatem exequendi dictas sententias latas extra Curiam,
636 *Const. 28, Eximiæ in §. 15.* & † sicut potest exequi sententias aliorum, ita etiam potest exequi sententias proprias, sive processerit ut Ordinarius, sive uti Delegatus, nam quoad hujusmodi exequutionem, attentis ejus ordinariis facultatibus, habetur ut Ordinarius, *ex allegatis supra lit. GG. versis sed hac commissione* A.C. *non indiget, n. 593. Salust. Tib. d. libro 2, cap. 25, num. 6.* Tradita verò per Scacc. possunt procedere in aliis, qui non habent has ordinarias facultates, & illis circumscriptis.

637 Causa autem appellationis deserta, & quando est aliàs executioni locus, fit executio rei judicatæ aliquando à Judice à quo, aliquando verò à Judice ad quem, nam si causa appellationis alteri non sit commissa, executio fit à Judice à quo, *l. 2, ubi glos. in verb. executioni, C. de temp appell. Salust. Tiber. lib. 2, c. 24. n. 14.* Sed † si causa appellationis fit coram aliquo Judice appellationis ordinario, prout coram A.C. introducta in Curia, & ille inhibuit, tunc instante lapsu biennii, si acta non fuerunt transportata coram eo, citatur pars ad videndum moderari inhibitionem, attento lapsu biennii, & obtento decreto moderationis, nisi infra quindecim, aut aliud tempus Judici benevisum, si acta adhuc in dicto termino non fuerint transportata, utique executio fiet à judice à quo, actis verò transportatis A.C. cognoscit de meritis causæ, & vel confirmat, vel revocat, vel exequitur sententiam Judicis à quo, servatis de jure servandis, prout justitia expostulat, nisi causa fuit alteri commissa, ut quotidie servat praxis.

639 Cæterùm causa appellationis introducta in Curia coram aliquo Judice, vigore commissionis, tunc instante lapsu biennii, si acta fuerunt coram eo transportata, obtinetur commissio ex-

equu-

equutorialis, & servatis terminis servandis, de quibus supra *lit.GG.vers. Aliquando,n.59*, fit exequutio à Judice ad quem, juxta formam commissionis,*Glos.in cap.Pastoralis,§.Praterea,in verbo Discussa,de offic.Deleg.Vestr.lib.8,c.ult.n 9, vers. sed hodie, Salust.Tib.in prax.lib.2,c.25,n.14. Scac. de appell.q 11,n.1.72.*

640 Quòd si acta non fuerint transportata, quia ob non transportationem actorum, causa remanet deserta, *Marches.de Commiss.super desert.*

641 *par.2,§ 1,n.16.fol.70*, instante † lapsu biennii, obtinetur committi eidem Judici ad quem, ut præfixo parti adversæ aliquo brevi, & competenti termino ad transportandum acta,illo elapso, & actis integris non transportatis, suam moderetur inhibitionem, *Marches. de Commiss.*

642 *super desert.par.2,§.1,nu.21.fol.70.* Actis † verò transportatis, præfixo eidem adversario alio brevi,& competenti termino ad docendum de appellatione,eiusque legitima prosequutione,& causis restitutionis in integrum, nihil, quod relevet,docto,expensas taxet, & moderetur, & exequatur,ut suprà dictum fuit *sub lit.GG.n.592.*

643 Et si pars citata, ad dicendum contra commissionem, in termino posteà, juxta formam Commissionis,præfixo, acta non transportaverit,moderata inhibitione, executio erit facienda à Judice à quo,aliàs secùs,*ex præallegatis.*

644 Illud non omitto,quod commissio præfixionis termini ad transportandum acta non solet obtineri, nisi per mensem circiter ante lapsum biennii,vel biennio elapso,ut quotidie observatur in Curia.

LL Statutum urbis de duabus conformibus,

645 *lib.1,cap.180.* est decisorium,& observatur in omnibus Curiis, etiam coram A.C. & in Rota, inter Cives,& incolas,& districtuales, *Scacc.de appell.q.18,num.12. Fenzon.ad Stat.urb.d. lib.1,c. 180.num.4. Rota dec.452.in prin. & num.1,p.1, diversf.& post.Pacif.de Salu.decis.237,nu.2, & post Fenzon.ad Stat Urb.decis.3.Coccin.decis.427,n.2. Cavaler.dec.387,n.2. Rota dec.137.n.2.p.5, & dec. 292,n.4.p.6 recent.*

646 Unde *Clem.ut calumniis, de re jud.* disponens, tres sententias conformes esse exequendas, non obstante objectione nullitatis, habet locum pariter in duabus conformibus, quæ vigore Statuti constituunt rem judicatam, & habent vim trium, *Fenzon. ad Stat. Urb. d.cap.180.n.5*, ubi quod ita tenent Authores gravissimi *Buratt. dec.130.n.3.*

647 Et cùm sit Statutum Papale, comprehendit etiam Clericos Romanos,& Districtuales *Rota dec.552,num.2,par 1,divers. & in Romana Hæreditatis,seu Census,8. Junii 1588, coram bon. mem.*

648 *Card.Platto*, Nam † Districtualium appellatione veniunt etiam Clerici, sicut appellatione civium veniunt etiam monachi, *Alex.in l.in Provinciali,§.Si in publico, num.12, de nov.oper. nunc. Felyn.in Ecclesia sanctæ Mariæ,num.69, vers.3,quæro,de Const.* quinimò † Clerici veniunt etiam

649 appellatione civium,sicut monachi, *Alex.in d.§. Si in publico,n.11.& n.12.* ubi de communi opinione testatur.

Præterea dictum Statutum comprehendit etiam civitates in districtu urbis existentes, *Seraph.decis.1161.Cavaler.dec.616.n.2*,& tamquam Papale etiam personas Ecclesiasticas, & Ecclesias, *Rot.dec.380.num.1, & seq.par.1,recent.& post Fenzon.ad Stat.Urb.dec.1,& decis.3. Cavaler.d. decis.616,n.3,& seq.Burat.dec.577,n.2,& seq.* & Clericos,& Prælatos, *Rot.post Fenzon.d.decis.3*, & Collegia,Universitates,& Capitulum, *Rota d.decis.380,n.2.par.1,recent. Beltram.ad Greg.dec. 576.n.18. Rota post Fenzon.ad Stat.Urb. d.dec.1, Cavaler.d.decis.567,num.2.* & Societates, Hospitalia, Collegia,& personas, & bona Ecclesiastica,*Rota post Fenzon. ad Stat.Urb.dec.2.*

Et multò magis comprehendit incolas, *Rota in d. Romana Hæreditatis coram bon.mem. Card. Platto,& dec.137.n.2,par.5,recent. ubi sub num.11*, dicitur,quòd curialis, scholaris,& præfectus arcis dicuntur incolæ ex cohabitatione decennali, si concurrunt emptio bonorum ,& contractus matrimonii.

Et Districtuales, qui ad hunc effectum fuerunt judicati, qui habitantur in districtu urbis infra 40.milliaria per spatium decem , & octo annorum,*Cæs.de Græs.dec.51.de probat.*

¶ Non tamen hoc Statutum comprehendit Exteros, cùm ex illius dispositione sit tantùm servandum inter cives,incolas, & Districtuales in omnibus Curiis, etiam in Rota, *Scacc.de appell.q.18,n.12. Rota dec.452,n. 1,& num 6 p.1,divers.*

Cæterùm Judex ad quem, quoad processum fabricatum coram Judice à quo, & admissionem appellationis,debet observare Statuta ordinatoria Judicis à quo, *Scac.d.q.18,n.13,& seq.& n.10,illat.2*,quo verò † ad processum factum coram Judice ad quem, sunt servanda Statuta ordinatoria Judicis ad quem, *Scac.d.q.18, n.13, & seqq.*

Et sicut clausula, *constito de tribus conformibus*, intelligitur de validis,*l.4,§.condemnatum ff.de re jud.Maresc.de Commiss.null. sanat.p.3,§.4.nu.29, fol.142,& seqq.Mart.de claus.p.1.claus.19,num.11*, ubi Rota decisiones cumulat,& *claus.163. Marches.var.resolut.lib.1,c.80,n.30,Ferentill.ad Buratt. dec.567,n.7. Rota dec.39,n.1 p.7,recent.*

Ita etiam Statutum de duabus conformibus debet intelligi de justis, & validis, *Rota dec.662, n.3,p.1.recent. Ferentill.ad Buratt. d.dec.567,n.6. Rota post Fenzon.ad Stat.Urb.dec.2, versic.Data enim*,ubi quòd Statutum præsupponit hanc validitatem,& justitiam sententiarum, *Duran.dec. 199,n.13.Rota dec.292,n.10,p.6,recent.*

MM Quoniam in Curia, appellatione interposita à definitiva, Judex respondendo de Apostolis

658 sæpè solet dare Reverentiales in forma,quo casu appellans habet tantummodo terminum decem dierum ad committendam causam appellations,*ex allegatis supra lit. F. versic.Reverentiales in forma,n.159,& seq.*

659 Ideò, ad appellationis desertionem evitandam,de stylo Curiæ introductum fuit,ut sufficiat in d.termino docere de impedimentis, vel diligentiis in committendo appellationis causam,

sam. *Vestr. in prax. lib. 3, c. 5, n. 4, lib. 7, c. ult. num. 5. Beltram. ad Greg. dec. 573, n. 14. Ferentill. ad Burat. dec. 764, lit. A. Cresc. dec. 8, n. 5, de appell. Cassad. dec. 4, de appell. Burat. dec. 171, n. 6, Rot. in Romana Nullitatis deliberationis, 6. Junii 1641. coram R. P. D. Ghisilerio.*

660 Ob id sicuti in appellationibus, quæ in partibus interponuntur, sufficit in termino præfixo arripere iter ad Curiam, ita in appellationibus interpositis in Curia, quælibet diligentia in termino ad causam committendam adhibita, sufficiens est, *Vestr. d. lib. 7, cap. ult. num. 5. Cresc. d. dec. 8, num. 3. & seq. de appell. Cassad. d. dec. 4. de appell. Put. dec. 228, lib. 1. Burat. d. dec. 171, num. 6.* Nam

661 † dicti decem dies dantur non ad prosequutionem appellationis finiendam, sed tantùm inchoandam, *Cresc. d. decis. 8, num. 3, & seq. Cassad. d. dec. 4. de appell. Marches. de Commiss. super de-*

662 *sert. caus. par. 2, §. 1, num. 38. fol. 72,* & † in dubio semper est pronunciandum pro non desertione, prout facit Rota, juxta doctr. *Castren. in l. 1, n. 3. ff Si quis caut. Cresc. d. dec. 8. n. 2. Cassad. d. dec. 4. in fin. de appell. Burat. dec. 226. num. 17, Rota in Romana Nullitatis deliberationu, 6. Junij 1642, coram R. P. D. Ghisilerio.*

663 Ad docendum autem de hujusmodi diligentiis fat est, adire Eminentiss. Signaturæ Præfectum, vel Eminentissimum Vice-Cancellarium, seu ejus locumtenentem, videlicet Illustrissimum Regentem Cancellariæ, *Crescent. d. decis. 8, n. 5. Cassad. dec. 4. num. 2, de appell.* & exhibere in actis fidem alterius istorum de dictis diligentiis, *Lancell. de Attent. appell. pend. in præfat. cap. 12, num 65, & seq.* vel fidem Prælati Signaturæ, vel Revisoris, quòd commissio fuit in tempore præfentata, *Burat. d. dec. 171, n. 6. Ferentill. ad Burat. d. dec. 764, lit. A. n. 3.*

664 Et quando causa est discutienda in plena Signatura, sufficit fides Prælati ponentis, qui attestetur, se commissionem habere in manibus in Signatura proponendam, *Burat. d. decis. 171, n. 6.*

667 Solet autem, ut plurimum, ad docendum de dictis diligentiis, præsentari Præfecto Signaturæ, vel Vice-Cancellario, aut ejus locumtenenti, scilicet Regenti Cancellariæ, copia commissionis signandæ, in qua alter ex istis, & ut plurimum Regens Cancellariæ, solet diem præsentationis in copia commissionis sibi in termino exhibitæ manu propria apponere, verbi gratiâ, *præsentata die prima Junij*, quæ quidem copia sic subscripta appellatur Præsentata, & est tantæ virtutis, ut facta infra terminum Reverentialium in forma, & in actis Judicis à quo producta, excuset à desertione appellationis, non obstante lapsu decendii. *Vestr. in prax. lib. 3, cap. 6, num. 4, & lib. 7. cap. ult. n. 5. Lancell. de Attent. appell. pend. c. 12. in præfat. num. 65, & seqq. Marches. de offic. Vice-Canc. & Cancell. Regen. par. 1, cap. 4, num. 28. fol. 181, & de Apost. petit. & conces. par. 2, c. 1, n. 35. fol. 6. Scac. de appell. q. 14, num. 36. Cresc. dec. 8, n. 5, de appell. Cassad. d. dec. 4. de appell. Beltram. ad Greg. dec. 573, n. 14. Ferentill. ad Burat. dec. 764. n. 3.*

666 Et prorogat præsentata tempus ad committendam appellationis causam per mensem à die, qua Cancellariæ Regens in ea, ut supra manum apposuit, *Marsches. de offic. Vice-Cancel. & Cancell. Regen. par. 1, cap. 4. num. 28. fol. 181. & de commiss. super desert. caus. par. 2. §. n. 39, & n. 40. fol 72 Lancell. de Attent. appell. pend. in præfat. c. 12, n. 64, & seqq. Scac. de appel. q. 14. n. 37. Ferentill. ad Burat. dec. 764, n. 4.*

667 Nam cùm commissio antequam signata, & expedita perveniat ad Banchum Cursoris, transeat per manus tot Revisorum, & Officialium, quorum quilibet, antequam illam expediat, per plures dies apud se retineat, non potest in termino decem dierum commissio regulariter ad dictum Banchum devenire, ob id ne causæ appellationum sæpè desertæ remanerent, fuit, stylo Curiæ assistente, introductum ex authoritate Papæ, qui omnia potest, Vice-Cancellario, & Cancellariæ Regenti indultum, ut ex præsentatione Commissionis, seu ejus copiæ coram altero eorum in d. termino decem dierum, ad alios triginta dies dictum tempus prorogatum ad causam appellationis committendam, conferetur, *Marches. de offic. Vice-Cancell. & Cancell. Regen par. 1, n. 30. & n. 31. fol. 182.*

668 Sed licèt præsentata excuset, ut suprà, à desertione, quando Judex dedit Reverentiales in forma, non tamen excusat à reditu pro Apostolis, nec revelat in aliquo, quando Judex dedit tantummodo terminum Juris, tunc enim appellans nihilominus pro Apostolis redire omnino tenetur, ne causa aliàs deserta remaneret, *Marches. de Apostol petit. & conces. par. 2, c. 1, n 35 vers. secùs, & n. 36. fol. 6. Beltram. ad Greg. dec. 573 num. 14. Rota in Perusina de Ubaldis, 17 Junii 1576 coram clar. mem. Card. Pamphil. senore impress. apud Marches. de Apost. petit. par 2, cap. 1, decis. 4 fol. 13. & in Forolivien. de Torellis, 7 Novembris 1607 coram bon. mem. Card. Marquemontio, impress. apud Marches. de Commiss. super desert. caus. par. 2, cap. 1. decis. 4. fol. 79.* cum aliis allegatis per *Ferentill. ad Burat. decis. 556. n. 10.* cùm † non dicatur

669 impeditus, qui de facili potuit sibi consulere, & impedimentum removere, *l. Qui potest, ubi not. ff. de reg. jur. Marches. de Apost. petit d. par. 2, cap. 1. num. 35. fol. 6. Rot. in d. Perusina de Ubaldis, apud Marches. de Apost. petit. par. 2, cap. 1. dec. 4, num. 2, fol. 13.*

670 Quinimò nec etiam sufficeret præsentata facta ante tempus, seu etiam antequam per Judicem dati fuerint Apostoli Reverentiales in forma, illa enim post datos Reverentiales, ut suprà, à desertione excusat, ex rationibus deductis per *Collect. decisionum apud Rotam dec. 41, vers. Mihi verò de appell. in nov. Rot. in d. Perusina de Ubaldis apud Marches. de Apost. petit. par. 2, cap. 1, decis. 4, n. 2 fol. 13.* cum aliis cumulatis per *Ferentill. ad Burat. d. dec. 764. n. 5. Burat. dec. 556. n. 1.*

671 Quamvis tamen præsentata, & diligentiæ præfatæ ad nihilum deserviant, quando à Judice tantùm fuit datus terminus juris, *ex suprà allegatis*, nihilominus si Apostoli fuerunt in appellatione petiti, & causa appellationis infra terminum juris commissa, non erit locus

deser-

desertioni, etiamsi pro Apostolis reditum non fuerit, *Beltram.ad Greg.decis.573,n.14.Buratt.dec. 556,n.6,* & ib: *Ferentill.n.11.* cum aliis allegatis supra *lit.F.versic.caterum si Judex, n.184, & vers. sed si causa,n.185.*

672 Cæterùm, si Regens Cancellariæ esset absens vel impeditus, & ob id non posset diem præsentatæ commissionis, ut suprà, adnotare, datur cautela, ut fiat de hoc protestatio, & de protestatione rogetur Notarius, qui de ea conficiat Instrumentum, hæc enim erit diligentia sufficiens ad appellationis desertionem evitandam, ut tradit *Vestr. in Prax.lib.7.c.ult. nu.5. Cassad.dec.4,n.2, de appell.Lancell.de Attent. appellat. pend.c.12.in præfat.n.64.Scacc.de appell.q.14,n.41.*

673 Licèt autem natura dilationis sit, ut si legitimè impeditus actum expedire non valeat, dilatio sit ei tantùm duplicanda, ex allegatis per *Scacc.de appell.d.q.14.n.37. vers. contra hunc stylum.* Nihilominus † quod in hac materia præ-

674 sentatæ Dilatio prorogetur ad tempus unius mensis à die Præsentatæ, ut suprà, fuit de stylo inductum, & auctoritate Papæ, qui omnia potest, indultum, *Marches. de offic.Vice-Canc.d.par. 1,c.4 n.31,fol.182.* & quidem summa ratione, quia dum per manus tot Revisorum, & Officialium commissio transit, sæpè oritur impedi-

678 mentum, adeò quòd tempus triginta dierum in ea expedienda sit omnino necessarium, ut experientia rerum magistra docuit, & advertit etiam *Scac.de appell.d.q.14.n.37. vers.his non obstantibus,* & ita sæpiùs observavi, & observari vidi, sine aliqua contradictione.

675 Nec refragatur *Put.dec.389.lib.2.* dum asserit quòd in *Giennen. Scholastriæ,* fuit habita pro deserta causa; quia postquam commissio fuerat Regenti Cancellariæ præsentata, steterat per viginti septem dies, antequam perveniret ad Banchum Cursoris.

679

676 Et enim tempus decem dierum ad causam appellationis committendam solum datur, 680 quando fuerunt à Judice dati Reverentiales in forma, quo casu animadversione dignum est, quòd Regens Cancellariæ, habita fide Notarii Actuarii Judicis à quo, in calce commissionis, quòd fuerint dati Apostoli Reverentiales in forma, potest ipse absque Referendario, & absque 681 Præfecto Signaturæ, & absque alicujus ministri revisione commissionem signare, & immediatè ad Banchum Cursorum transmittere. Unde, quia hæc est via brevis, & facilis, stylus arbitratus fuit d. tempus, decem dierum esse congruù ad causam appellationis committendam, & commissionem ad Banchum Cursoris transmittendam, & Judici præsentandam, ut advertit *Scacc.d.q.14.n.37.vers. his non obstantibus.*

677 Et in his terminis procedit *d.decis.Put.389 lib.2* quod clarè patet ex illius lectura, dum ibi sub n. NN 2. dicitur, quòd quis non dicitur prosequi causam appellationis debitâ diligentiâ, nisi penes OO Regentem, loco Vice Cancellarii quis insteterit pro Signatura commissionis obtinendæ, & 682 ad Cursores perferendæ infra decem dies post appellationem interpositam, & sic post datos Reverentiales in forma: est enim legendum infra decem dies, *ut in d.Giennen. Scholastriæ apud Put.decis.379,n.2.lib.2.in correct.* & non infra viginti dies, ut loquitur in eadem *decisione Put.389 n.3.lib.2.secun. antiq.impress.* quæ in hoc, & in pluribus est mendosa, & patet ex *Put.d.dec.379. lib.2.in correct.* Ex qua confunditur animadversio *Scacc de appell.d.q.14.n.37. vers. contra hunc stylum,ibi, unde sensatè,* dum dicit, quòd *Put.d.dec. 389.n.3.lib.2.* videtur sensatè loqui, quòd quis penes Regentem Cancellariæ pro commissione ab eo signanda, & signata ad Banchum cursorum transmittenda infra viginti dies post appellationem interpositam instare debet, ne aliàs causa remaneat deserta, ac si *Put.d.decis.389.* apertè diceret, quod si commissio post præsentatam non expediatur infra illos decem dies, qui cum primis decem diebus, datis cum triennio reverentialiũ in forma à die appellationis interpositæ, constituunt numerum viginti dierum, causa efficitur deserta, quasi præsentata hoc casu facta in termino Reverentialium prorogaret tempus decem dierum ad committendam causam appellationis ad alios decem dies.

Confunditur, inquam, hæc animadversio Scacc. quia non viginti, sed decem dies est legendum, ut patet ex eodem *Put.d.decis.379.n.3. lib.3 in correct.*

Et ob id nec ex *d.decis.Put.* nec aliundè probatur, quòd in Curia fuerit unquam in usu aliqua Præsentata, quæ tempus ad causam committendam post datos Reverentiales in forma ad alios decem dies prorogaverit, sed cùm in d. casu via committendi causam appellationis esset adeò facilis, & brevis, causa in termino Reverentialium, & sic decem dierum, absque alia Præsentata, erat omninò committenda, & commissio ad Banchum Cursorum signata perferenda, ut ex *d.decis.Put.379,n.2.lib.2.in correct.* satis clarè apparet.

Cæterùm hæc brevis, & facilis via expediendi commissiones, cum sola Signatura Regentis, recessit ab aula, † & Ego, recentioribus hisce temporibus, non vidi, nec audivi à solo Regente alias commissiones expediri, nisi subrogationis Judicum in locum absentium, vel Impeditorum, quas nec etiam hodie solus ampliùs expedit.

Unde cùm, sublatâ hâc viâ breviori, non supersit ad commissiones expediendas, nisi alia via ordinaria adeundi Referendarium, Revisores præfectum Signaturæ, & Regentem etiam Cancellariæ, dicta prorogatio ad tempus aliorum 30. dierum à die commissionis, seu illius copiæ Regenti, ut suprà, præsentatæ, est omnino necessaria, ut advertit etiam *Scacc. de appell. d.q. 14.num 37. vers.His non obstantibus, in fin.* & ita passim observat praxis, & Curia absque ulla controversia.

De commissione exequutoriali satis dictum est suprà *sub lit.II.*

Praxis Romanæ Curiæ induxit citationem ad videndum sibi responderi de Apostolis, ad hoc ut appellans pro illis citius redire teneatur, & litis protractio tolleretur, *Marches. de Commiss.vig.cap.Oblat.par.2.§ 1.nu.18.fol.401. secundum nov.impr. Scac.de appell. q.13,art.8.n.13.*

683 Quæ quidem citatio videtur necessaria, quando causa non est appellabilis, ut possit ad ulteriora in exequutione procedi, sine metu attentatorum, necnon etiam in causa appellabili committenda in Curia; nam tunc appellatus, si ei ex-
684 pediat, potest prævenire appellantem † in committendo causam appellationis, cùm in Curia depositio *cap. oblatæ, de appell.* non habeat locum *Marchesf. de Commiss. vig. cap oblat. par. §. 1, num. 15. Scac. de appell d. q. 13. n. 82. vers. verum.*

685 Sed potiùs in hoc casu videtur esse in arbitrio appellati, an velit citare appellantem, ad videndum sibi responderi de Apostolis, vel causam appellationis ex adverso interpositæ, si ei ita expediat, committere, etiam termino juris pendente, cùm tunc pars ipsa appellata videatur appellationi deferre, & possit etiam addere in commissione, & obtinere cum clausula, *non obstante termino juris, &c. ita ut appellans pro Apostolis redire non teneatur, de qua dictum est suprà lit. F. vers. nam in Curia, n. 186, & seqq. & lit. X. num. 412.*

686 Cæterùm in causa appellabili committenda extra Curiam, citatio, ad videndum sibi responderi de Apostolis, non videtur aliquid operari, nam extra Curiam habet locum dispositio *d. c. oblatæ de appell.* unde appellatus nec in termino juris ad rede undum pro Apostolis potest præve-
687 nire appellantem, nec causam appellationis ex adverso interpositæ committere, nisi saltem post sex menses, juxta stylum Signaturæ, & quando etiam Judex à quo de Apostolis respondisset, nihilominus nec isto casu arctaretur appellans ad causam appellationis citius committen-
688 dum infra decem dies, prout in Curia: nam † Judices de partibus non dant Apostolos reverentiales in forma, sed vel reverentiales simpliciter, vel alios dimissorios, in quibus casibus appellans habet annum ad causam committendam, & si Judex appellanti terminum brevioretem constitueret, sufficeret in illo sola arreptio itineris ad Curiam *ex allegatis suprà lit. EE. vers. Sed hoc non procedit, n. 554. & seqq.*

689 De hac amplissima appellationum materiâ ubertimum, & elegantem Tractatum compilavit *Sigismundus Scac. I. C. Romanus*, ideò in reliquis ad illum in facti occurrentia poterit haberi recursus, non enim omnia potest hic praxis libellus complecti, & continere.

SUMMARIUM CAP. XIV.

1 *Reus omni remedio destitutus potest confugere ad refugium miserorum, suscipiendo terminum ad solvendum à lege Debitoribus miserationis gratia concessum.*

2 *Terminus ad solvendum quid sit.*

3 *Judices Romanæ Curiæ terminum ad solvendum decem dierum concedunt, excepto A.C. qui terminum 30. dierum dare potest.*

4 *Terminus simpliciter suscipiendus, & ejus formula.*

5 *A.C. concedit terminum triginta dierum, etiam condemnatus in aliis Tribunalibus urbis, ut in formula, sed parte citata.*

6 *Citatio ad videndum inhiberi, attenta susceptione termini, & eius formula, & processus.*

7 *Terminus suscipi debet per acta Notarij causæ coram eodem Judice, qui fecit Decretum, nec alia citatio tunc requiritur.*

8 *Debitor suscipiens terminum coram diversis Judicibus, citandus est ad videndum moderari.*

9 *Citatio ad videndum moderari terminum, & illius formula, & processus.*

10 *Terminus 30. dierum non potest suscipi nisi semel, ideò hic susceptus moderatur parte citata.*

11 *Alleganti terminum fuisse in alio tribunali susceptũ, incumbit onus probandi.*

12 *Creditor pauper obtinet reduci terminum ad viginti, vel quindecim dies, si agitur de parva summa.*

13 *Citatio ad videndum moderari terminum attenta parva summa, & eius formula, & processus.*

14 *Terminus nulliter susceptus non refragatur, sed citata parte proceditur ad executionem, & num. 15.*

15 *Citatio ad videndum mandari exequi mandatum, non obstante termino nulliter susceptо, & eius formula, & processus.*

16 *Suspectus de fuga, suscipiens terminum, citatur ad cavendum.*

17 *Citatio ad cavendum de solvendo in fine termini, & eius formula, & processus in tribunali A.C. rarò contingens.*

18 *Termino elapso, si mandatum non fuit expeditum vigore Decreti, potest expediri etiam vigore termini.*

19 *Virtute mandati ser. ser. expediti, potest obtinere sequestrum.*

20 *Sequestrum vigore mandati executivi, & illius formula.*

21 *Sequestro executo, quando debitor principalis, & sequestratarii citentur.*

22 *Citatio ad consignandum, consignarique videndum pecunias sequestratas, & eius formula, & processus.*

23 *Sequestratariis nihil opponentibus, expeditur mandatum gratiosum contra eos.*

24 *Mandatum gratiosum contra sequestratarios, & eius formula.*

25 *Protestatio sequestratarii nihil habentis in manibus, & eius formula.*

26 *Creditore probante, sequestratarium habere pecunias debitoris penes se, est exequendum mandatum gratiosum domi dimissâ copiâ.*

27 *Citatio ad docendum, se paruisse mandato gratioso, & eius formula, & processus.*

28 *Contra sequestratarium, qui à Debitore principali potest via executiva conveniri proceditur executivè, aliàs est agendum viâ ordinariâ.*

29 *Citatio, quæ sit ad consignandum, consignarique videndum, pecunias, res, & bona sequestrata, & eius formula, & processus.*

30 *Mandatum gratiosum contra sequestratarium pro consignatione pecuniarum, & bonorum, & eius formula.*

31 *Sequestratario recusanti parere mandato gratioso, fit intimatio ejusdem mandati, & deinde illo citato, expeditur contra eum mandatum executivum, & proceditur ad executionem.*

32 *Si pecuniæ à sequestratario consignandæ non sufficiunt, proceditur ad subhastationem bonorum in depositaria consignatorum.* 33 Cita-

33 Citatio ad videndum revocari sequestrum, & ejus formula, & processus.
34 Sequestri minus legitimè facti obtinetur revocatio absq; alia cautione.
35 Sequestro executo super fructibus montium, & creditore satisfacto, extrahuntur partitæ ad probandam satisfactionem.
36 Citatio ad videndum destinari Notarium, ad effectum extrahendi partitas, & ejus formula, & processus.
37 Citatio ad præstandum patientiam in extractione partitarum, & ejus formula, & processus, quando habens libros extractionem non permittit.
38 Debitor docens, creditorem fuisse jam satisfactum obtinet ser. ser. revocationem sequestri.
39 Sequestrum vigore mandati omnibus conceditur, sed pro assecuratione judicij in Tribunali A.C. non conceditur nisi in aliquibus casibus Judici benevisis, docto de credito, & jurato de metu.
40 Protestatio pro obtinendo sequestro pro assecuratione judicij, & ejus formula.
41 Sequestrum pro assecuratione judicij, & ejus formula.
42 Bona sequestrata pro assecuratione judicij non consignantur, nisi sequestrante declarato vero & legitimo creditore, ser. ser. servandis.
43 Mandatum suspicionis fugæ ab A.C. aliquando conceditur, docto de credito, & jurato de metu, sed ab eius locumtenentibus non conceditur.
44 Protestatio pro obtinendo mandato suspicionis fugæ, & eius formula.
45 Mandatum suspicionis fugæ, quod absq; citatione concedi solet, & eius formula.
46 Captus, uti suspectus de fuga, qui non cavet de standum juri, & judicatum solvendo, carceratur donec cavet: si verò caveat, non molestatur, donec creditor obtineat sententiam favorabilem.
47 Mandatum suspicionis fugæ aliquando conceditur parte citata.
48 Citatio ad cavendum de standum juri, & judicatum solvendo, & eius formula, & processus.
49 Mandatum suspicionis fugæ, quomodo expediatur, quando pars fuit citata.
50 Arrestæ contra carceratos non conceduntur, nisi juxta reformationem Sanctissimi, virtute mandati executivi ser. ser. relaxati.
51 Arrestum virtute mandati executivi, & eius formula.
52 Creditor, qui obtinuit mandatum, si non vult procedere per viam sequestri, potest procedere per viam executionis contra personam, & bona obligata.
53 Citatio ad concordandum de executore, ad effectum faciendi diligentias de reperiendo personam, aut bona Debitoris, super quibus possit fieri executio, à quo inventa, & eius formula, & processus.
54 Protestatio, & productio diligentiarum seu fidei Executoris contra obligatum in forma Cameræ, cujus formæ extensio est necessaria ad effectum censurarum, etiamsi sit consensum in mandatum unica, &c.
55 Citatio ad videndum extendi formam Cameræ, & se in juris subsidium declarari excommunicatum & eius formula, & processus.
56 Citatio ad videndum relaxari literas declaratorias, & eius formula, & processus.
57 Cedulones, qui pro summa tantum scuta 25. excedente conceditur, & eius formula.
58 In causis pensionum potest quis excommunicari, etiã pro quolibet irrimo non soluto, & parvo etiam infra summam scut. 25, & quare.
59 Excommunicatus, citata parte, obtinet absolvi cum reincidentia.
60 Citatio ad videndum absolvi à censuris in honorem festivitatum, & eius formula, & processus.
61 Citatio ad videndum absolvi à censuris, & eius formula, & processus.
62 Absolutio à censuris ex causa vel nova productione, potest obtineri longior etiam ad beneplacitum.
63 Debitor petens ab executoribus ducitur ad carceres, & non relaxatur, donec solvat, vel caveat.
64 Debitor qui carceratus non est solvendo, solet à Visita, vel à carcerum præside obtinere dilationem citata parte.
65 Citatio ad videndum concedi dilationem, & eius formula, & processus.
66 Dilationes, & executiones dependent ab arbitrio Visitæ, & Præsidis; & ab eorum Decretis non datur appellatio.
67 Debitor carceratus, si est miserabilis, potest docto de paupertate, citare adversarium ad præstandum sibi alimenta.
68 Citatio ad præstandum alimenta attenta paupertate, & eius formula, & processus.
69 Creditore non præstante alimenta taxata à carcerum Præside, Debitor eximitur è carceribus.
70 Contra obligatum in forma Cameræ executio personalis, & unico contextu realis super mobilibus, vel stabilibus fieri potest.
71 Executor mobilia in executione capta consignat in depositaria Urbana ad effectum subhastandi.
72 Tenens portam clausam, ne fiat executio super mobilibus, citatur ad tenendum portam apertam.
73 Citatio ad tenendum portam apertam, & eius formula, & processus.
74 Mobilibus non existentibus, vel non sufficientibus pro satisfactione creditoris fiet executio super mobilibus, & quomodo.
75 Instrumentum executionis super stabilibus, & eius formula.
76 Executor facta executione super stabilibus, facit de illa relationem Officialibus Depositariæ Urbanæ, & ad quid.
77 Lex dat Debitoribus condemnatis, & confessis terminum ad solvendum.
78 Dilatio, seu terminus ad solvendum quid sit.
79 Dilatio quatuor mensium debitoribus à lege data, potest à Judice prorogari, & arctari ex justa causa.
80 In confessis quadrimestre fuit à consuetudine reductum ad 10. dies de jure communi, & ex dispositione statuti.
81 Habens terminum ad solvendum tenetur cavere de solvendo in fine termini, etiamsi sit solvendo, aliàs potest capi.
82 Debitor antequam capiatur, citari debet ad cavendum de solvendo in fine termini.
83 Suspectus de fuga potest capi, etiamsi non constituatur in mora per citationem ad cavendum, de solvendo in fine termini.
84 Debitor valde dives non tenetur cavere de solvendo in fine termini.
85 An creditor ex susceptione termini possit dam-

damnum pati nec ne, Judex pro suo arbitrio judicabit.

86 Condemnato ex depositio non datur quadrimestre ad solvendum, quia statim tenetur solvere.

87 Frustratorie appellanti currit quadrimestre à die primæ sententiæ, aliàs currit à die confirmationis.

88 Condemnatus à Judice, à quo non datur appellatio, non habet quadrimestre.

89 In causa alimentorum, vel restitutionis in integrum minoris, Judex exequitur sententiam infra quadrimestre.

90 Condemnato per interlocutoriam non datur quadrimestre ad solvendum.

91 Appellatione deserta non datur debitori quadrimestre, nisi à die latæ sententiæ.

92 Condemnato per sententiam arbitratoris non datur quadrimestre ad solvendum.

93 In actione reali non datur quadrimestre, sed si res non potest restitui, statim datur dilatio arbitrio Judicis, dummodo condemnatus det cautionem de solvendo æstimationem, si res non restituatur.

94 Reus in criminali condemnatus ad restituendum sidejussori non habet quadrimestre, prout nec ejus sidejussor pro eo solvens.

95 Condemnatis in causa criminali non datur quadrimestre ad solvendum, ex justa causa tamen est aliquando supersedendum in executione.

96 Judices Romanæ curiæ quibuscumq; debitoribus condemnatis, & confessis solent dare terminum decem dierum, excepto A.C. qui dat terminum 10 dierum, & n. 97.

97 Praxis notoria in Tribunali A.C. ad supplendam dilationem 10. dierum usq; ad triginta, adinvenit, quòd debitor fatendo debitum suscipiat in se censuras, & mandatum.

98 Dilatio triginta dierum olim, censuræ, appellata, terminus nuncupatur post Pij V. reformationem.

99 Solus in A.C. in Romana Curia concedere potest terminum triginta dierum agnoscentibus debitum.

100 Olim elapso tempore censurarum susceptarum unico contextu Judex relaxabat mandatum, & censuras, & Excommunicationem fulminabat.

101 Hodie elapso termino triginta dierum, mandatum contra bona, & personam obligati absq; Excommunicatione conceditur, nec proceditur ad censuras, nisi in subsidium juris factis diligentiis, etiam in loco destinatæ solutionis.

102 A.C. ex justa causa, vel si agatur de parva summa, aut creditor sit pauper, solet reducere terminum triginta dierum ad viginti, aut quindecim dies, ejus arbitrio.

103 Terminus est purè suscipiendus, aliàs non valet.

104 Termino elapso actor absq; alia citatione vigore mandati prosequitur executionem, nec alio novo judicio opus est.

105 Termino elapso in tribunali A.C. potest expediri mandatum vigore termini, & fieri executio absq; alia citatione, secus in aliis Tribunalibus, in quibus citatio requiritur.

106 Termino pendente nihil est innovandum.

107 Termino etiam tantum suscepto pendente, adhuc nil innovandum.

108 Terminus de stylo Tribunalis A.C. nemini petenti, & debitum agnoscenti solet denegari.

109 Terminus in Tribunali A.C. conceditur etiam obligatis in forma Cameræ, & conventis in Salviano.

110 A.C. potest concedere terminum, etiam conventis in aliis tribunalibus, etiamsi debitor illius susceptionem renunciaverit.

111 Hodie in tribunali A.C. Debitor citatus non tenetur cavere de solvendo in fine termini, nisi sit suspectus de fuga, & tunc suspicione probata.

112 Suscipiens terminum fatetur se verum debitorem, & agnoscit debitum.

113 Susceptio termini inducit confessionem debiti, renunciationem cuilibet exceptioni, approbationem debiti, & omnium anteà gestarum.

114 Susceptio termini non sanat nullitatem processus.

115 Termini susceptio per errorem, & ex falsa causa nihil operatur.

116 Ubi potest præsumi alia causa, quàm approbationis debiti, debitum per termini susceptionem non dicitur approbatum, & solutum potest repeti.

117 Sequestratio alia voluntaria alia necessaria.

118 Sequestratio voluntaria quid sit, & unde dicta.

119 Sequestratio voluntaria privat possessione.

120 Si in materia sequestrationis voluntariæ in specie nil actum fuit, quòd possessio transiret in sequestrem, licèt illa non juvetur unus contra alium deponentem, proderit tamen victori contra alios, aliàs secùs.

121 Sequestratio petita cum clausula, sine præjudicio jurium in petitorio, & possessorio, non privat petentem suæ possessione.

122 Sequestratio non privat possessione, quando actum fuit, ut causa custodiæ tantùm censeatur facta depositio.

123 Sequestratio necessaria, quæ sit Judicis auctoritate, quid sit.

124 Sequestratio necessaria regulariter non privat aliquem suæ possessione.

125 Sequestrum in dubio censetur appositum causa custodiæ, non animo privandi possessione, etiamsi pars consentiat sequestro, & quare.

126 Sequestratio necessaria privat possessione, si constat, quòd Judex habuerit animum privandi.

127 Sequestratio necessaria privat possessione, quando possessio est attentata.

128 Sequestrum appositum à Judice vigore Clem. 1. de seq. poss. & fruct. privat possessione.

129 Sequestratio necessaria privat possessione, quando possessio est turbida.

130 Sequestrum propriè super mobilibus, minus propriè verò etiam super stabilibus apponi dicitur.

131 Sequestrum apponitur tam in prophanis, quàm in beneficialibus, & tam in corporalibus, quàm super incorporalibus, & spiritualibus.

132 Sequestrum in beneficialibus appositum durat usq; ad finem litis.

133 Super stabilibus loco sequestri solet concedi inhibitio de non alienando, quæ est ejusdem virtutis.

134 Sequestrum potest fieri super fructibus, qui sunt partes immobilis.

135 Sequestres qui sint, & ad quas teneatur.

136 Seque-

136 Sequestratarii tenentur in fine ad restitutionem rerum actione depositi.

137 Si unus tantùm depositit, & per actorem stat, quominus lis finiatur, potest agi contra Sequestratarium præscriptis verbis.

138 Contra Sequestr. agitur executivè, sicut contra Depositarium.

139 Omne sequestrum est depositum, sed non è contra.

140 Contra Sequestrem debitorem debitoris, si debitori contra eum non competit via executiva, non potest executivè procedi.

141 A sequestrationibus non est inchoandum.

142 Sequestratio est regulariter de jure prohibita, tamquam odiosa.

143 Sequestratio voluntaria est de jure permissa, non tamen jussa.

144 Sequestratio non contentiosa ad juris conservationem facta, etiam judicis potestate, est de jure permissa.

145 Lata sententia in Curia in causa beneficiali sequestrum super fructibus Beneficii, est de jure appanendum.

146 Sententia pro lata habita in Curia in causa beneficiali sit locus Clementinæ, & apponitur sequestrum super fructibus beneficii.

147 Possessor beneficii nisi se obliget de stando unice, & etiam consentiat sequestro, non potest obtinere Remissoriam.

148 Sententia, quæ habet præsumptionem contra se, non operatur, ut super fructibus beneficii sit apponendum sequestrum.

149 Sententia lata in curia habet majorem præsumptionem pro se, quàm sententia de partibus, & ideo sit locus Clementinæ, & sequestro licet ante latam sententiam in Curia sint lata contraria sententia in partibus.

150 Sententia lata in petitorio sit locus Clementinæ, etiam contra eum, qui antea obtinuerat in possessorio, & quare.

151 In dubio melior est conditio Possidentis, & non est locus sequestro.

152 Lata sententia in Curia non apponitur sequestrum super fructibus beneficii, quando possessor est triennalis.

153 Habens vitiosum ingressum, non defenditur à regula de triennali, & ob id data contra eum sententia in Curia fit locus sequestro, & Clementinæ.

154 Sententia lata pro alio, vel nulla defectu jurisdictionis, vel non definitiva existente, non est locus sequestro, aut Clementinæ.

155 Sequestratio non est prohibita, si probetur dilapidatio vel suspicio dilapidationis.

156 Is, contra quem petitur sequestrum, ob dilapidationis suspicionem est citandus, nisi periculum sit in mora.

157 Sequestrum contra possidentem stabilia, & eum, cujus qualitas sinistram suspicionem excludit, non conceditur ante sententiam.

158 Sequestratio possessionis nullæ, vel etiam attentatæ omnino sequestrandæ, est de jure permissa.

159 Sequestratio possessionis hinc inde turbatæ est permissa: secus si constat de possessione alterius præsertim clara.

160 Sequestratio possessionis vacantis est de jure permissa, cùm nemini fiat injuria.

161 Sequestratio est permissa, quando alias fructuum recuperatio difficilis, vel executio difficilior redderetur.

162 Sequestratio, quando res est litigiosa ob timorem scandali, ne Partes veniant ad arma, est de jure permissa.

163 Si clarè constat de possessione alterius, ille est manutenendus, etiam si adsit timor, quòd Partes veniant ad arma.

164 Sequestratio pro executione sententiæ, vel mandati est omnino licita.

165 Alii undecim casus, in quibus sequestratio est de jure permissa.

166 Sequestrum obtinere pretendens, debet docere, se illud petere in casu permisso, & exceptuato.

167 In casibus in quibus sequestratio est prohibita, admittitur tamen descriptio & inventarium; sed judex in his debet esse cautus.

168 Cautio est medicina sequestri.

169 Sequestratio est inducta in defectum non idoneæ cautionis.

170 Sequestrum contra eum qui dedit idoneum Fidejussorem, non est concedendum.

171 Sequestrum factum pro executione sententiæ, vel mandati ad effectum solutionis, non revocatur cautione, sed est necessaria solutio.

172 Sequestrum in casu Clem. 2. de sequest poss. & fructuum revocatur cautione.

173 Sequestratio non revocatur cautione casibus in quibus à lege præcipitur.

174 Sequestrum factum de mandato Principis, aut alterius superioris cautione non revocatur.

175 Sequestrum factum appellatione pendente, non tollitur satisdatione.

176 Sequestrum obtentum ob timorem scandali non tollitur satisdatione.

177 Sequestrum non revocatur cautione, lata sententia inter competitores inter se litigantes, secus si litigarent contra tertium.

178 Sequestrum inter personas, inter quos satisdatio non cadit, non tollitur cautione.

179 Sequestrum non tollitur cautione, quando conditio alterius efficeretur deterior, prout si possessio erat vacans, vel posset in alium transferri.

180 Sequestrum factum contra obligatum in forma Cameræ non revocatur cautione.

181 Sequestrum emanatum contra obligatum in forma Cameræ, de stylo Curiæ, tollitur data idonea cautione in forma depositi secundùm Salust. Tiber. sed hic reprehenditur Zacchia.

182 Sequestrum emanatum virtute obligationis Cameralis, & crediti liquidi, & clari, & rei judicatæ, vel mandati illius vigore relaxati, non revocatur nisi solutione.

183 Sequestrum emanatum vigore crediti non clari, nec liquidi, in dubio potest tolli, cautione mediante.

184 Sequestrum concessum vigore crediti omninò illiquidi revocatur, præstita sola juratoria cautione.

185 In illis casibus beneficialibus, in quibus A.C. procedit, non potest decernere sequestra nisi juxta formam Clemen. & proviso, quod cultus divinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & onera supportentur ex fructibus.

A.C.

186 A.C. potest concedere sequestra, tantùm Parte citata, & causa cognita, nisi adsit metus fugæ, vel dilapidationis, & de his præstetur juramentum.

187 Antiqua laxitudo relaxandi sequestra contra juris tramitem in tribunali A.C. moderata.

188 Sequestrum obtentum contra Suspectum de dilapidatione si non est justificatum, est instante Parte justificandum, alias debet revocari.

189 Sequestrum est species executionis.

190 De cautione in forma depositi, quando sufficiat ad revocationem sequestri remissivè.

191 Facultas excommunicandi, & coercendi per censuras Ecclesiasticas, ortum habuit ab amplissima potestate ligandi, & solvendi, quam Christus Petro ejus in terris Vicario, & successoribus tradidit.

192 Potestas excommunicandi est actus jurisdictionis, qui à summo Pontifice in Episcopos, & Prælatos transfunditur.

193 Episcopi jurisdictionem non aliunde quàm à summo Pontifice habuerunt, etiam ab initio Ecclesiæ nascentis.

194 Censura quoad potestatem est de jure divino, quo vero ad formam de jure positivo pontificio introducta.

195 Facultas coercendi per censuras à summo Pontifice in A.C. quomodo instituit.

196 Censura pluribus modis, sed in præsenti pro correctione Ecclesiastica accipi debet.

197 Censura Ecclesiastica quid sit.

198 Censura Eccl. stastica cur pœna spiritualis dicatur.

199 Censura Ecclesiastica quid sit, secundùm Navarrum.

200 Censura seu spiritualis correctio est triplex, scilicet Excommunicatio, suspensio, & interdictum.

201 Excommunicatio quid sit.

202 Excommunicatio unde dicatur.

203 Excommunicatio est major pœna, quam Ecclesia imponere soleat.

204 Excommunicatio alia major, alia minor, & quid sit major, & minor excommunicatio.

205 Excommunicatio alia judicialis, alia extrajudicialis

206 Excommunicatio alia à Canone, alia ab homine.

207 Excommunicatio alia publica, quæ annullat gesta ab excommunicato ratione publici officii; alia occulta quæ ea non annullat.

208 Excommunicatio alia generalis, alia specialis.

209 Anathematizatio an, & in quibus differat ab excommunicatione.

210 Suspensio quid sit, & quos operetur effectus.

211 Suspensio alia juris, alia hominis.

212 Suspensio alia propria, alia impropria, alia Major, alia Minor, alia quoad se, alia quoad alios, alia quo ad se, & alios.

213 Suspensio alia officii, & beneficii simul, alia officii tantum, vel partis ejus aut pertinentis ad illud.

214 Suspensio ab officio quid sit, & quid suspensio à Beneficio.

215 Interdictum Ecclesiasticum quid sit.

216 Interdictum universale quid sit, & quid singulare unius loci, & quid unius personæ.

217 Interdictum quotuplex sit, secundùm Navarrum

218 Interdictum locale tantùm quid sit, & quotuplex.

219 Interdictum personale tantùm quid, & quotuplex sit.

220 Interdictum locale, & personale simul quid sit.

221 Censurâ Ecclesiasticâ non potest ligari, nisi homo mortalis baptizatus habens Superiorem.

222 Hebræi, Turcæ, & similes, etiam Catechumeni non possunt excommunicari, aut Censura ligari.

223 Hebræi, Pagani, & similes percutiendo Clericum, non incidunt in Canon. Si quis suaderente diabolo.

224 Judæus, & similes quomodo possint per indirectum quodammodo excommunicari.

225 Papa nullum habet Superiorem, & à nemine judicatur.

226 Papa est supra leges, & canones, & concilium.

227 Papa excõmunicari, aut ab homine, aut à Jure censuris ligari non potest.

228 Angeli, anima separata à corpore, animal irrationale, & dæmones excommunicari, aut censuris ligari non possunt.

229 Civitas, Universitas, Collegium, Capitulum, & similes, qui non sunt homines, non possunt excommunicari.

230 Persona vera habens animam rationalem baptizatam, potest tantùm excommunicari, non autem persona ficta per repræsentationem.

231 Justus non debet pati pro peccatore.

232 Praxis excommunicandi Universitatem, Collegium, vel Capitulum, quando constat, omnes de Universitate, Collegio, vel Capitulo esse culpabiles, traditur.

233 Universitas, licèt non possit excommunicari, potest tamen interdici, vel suspendi.

234 Suspensio solis Clericis, interdictum etiam Laicis convenit, & sicut potest quis suspendi sine propria culpa, ita interdici pro alterius.

235 Hæretici, & Schismatici sunt ipso jure excommunicati, & possunt iterum ad terrorem excommunicari, prout fit quotannis in Bulla Cœnæ Domini.

236 Excommunicatio licèt reiterata, unica absolutione tollitur, & quare.

237 Excommunicari quis non potest, nisi præcedente personali Citatione, seu Monitione, vel intimatione.

238 Excommunicari quis potest absque citatione personali, quando quis comparuit saltem per Procuratorem.

239 Contra personaliter ab initio citatum, à Curia recedentem, potest procedi per contradictas.

240 Male absolutus si agitur de illo retinendo, non est de necessitate personaliter citandus.

241 Si citatio venit ad notitiam Citati, & notitia est certa & indubitata, non requiritur alia personalis citatio.

242 Latitans, vel is ad quem tutus non patet accessus, potest citari domi dimissa copia, & per affixionem, vel si domum non habet per edictum.

243 Obligatus in forma Cameræ potest citari coram A. C. domi dimissa copia vel per contradictas, vel per diligentias, & per affixionem, & sic citatus etiam excommunicari.

244 Excommunicari quis non potest, nisi trina monitione præmissa.

245 In

245 In ſuſpenſione, & interdicto requiritur trina monitio, ſicut in excommunicatione.

246 Monitio trina debet continere ſpatium ſex dierum, videlicet duorum dierum pro qualibet monitione, ſeu termino.

247 Trina monitio, ſi neceſſitas aliter expoſtulet, non requiritur in excommunicatione, ſeu cenſura Eccleſiaſtica.

248 Contumax notorius poteſt excommunicari, abſque alia monitione.

249 In Excommunicatione lata à lege, vel Canone, trina monitio non requiritur, ſecus in lata ab homine.

250 In excommunicatione non eſt neceſſaria trina monitio, quando periculum eſt in mora.

251 Monitio trina non requiritur in excommunicatione pro futuris culpis, & quare.

252 Excommunicatio pro futuris culpis ferri dicitur, quando quis conſentit, ut Judex eum excommunicet, niſi infra certum tempus ſatisfecerit Creditori.

253 Quando pactum efficitur cauſa immediata obligationis, quis non poteſt, ſe ad pœnam Excommunicationis obligare; ſecus ſi cauſa obligationis immediata non efficitur pactum, ſed ipſa contumacia.

254 Pro futuris culpis non poteſt quis excommunicari nulla præcedente cauſa, ſecus ſi dici poteſt cauſa præceſſiſſe.

255 Stylus Curiæ A.C. apponendi ſingulis diebus manum in Brollardo, unde moleverit, & quare, numero 256.

256 Relaxatio Cenſurarum eſt Decretum definitivum, quod debet ferri in ſcriptis.

257 Excommunicatio, quæ fertur à Lege, Canone, vel Statuto, poteſt ferri pro futuris culpis.

258 Excommunicatio generaliter ab homine, pro futuris culpis, tunc ferri poteſt, quando culpa, vel offenſa præceſſit, nè impoſterum admittatur, vel reiteretur.

259 Cauſa rationabili exiſtente, poteſt ab homine ferri Excommunicatio pro futuris culpis, ſecus ſi nec culpa, nec offenſa, nec cauſa præceſſit.

260 Prælatus regularis excommunicare poteſt Religioſum ſuum abſque trina monitione & quare.

261 In interdicto ſuſpenſione, & Excommunicatione poſitis non ad medelam, ſed ad pœnam, trina monitio non requiritur.

262 In Excommunicatione lata pro defenſione Juriſdictionis excommunicantis non requiritur trina monitio, ſi ille proceſſit extrajudicialiter, ita pars, non uti Judex in judicio.

263 Quando adeſt prohibitio, vel monitio alicujus futuri à lege, vel ab homine non requiritur in excommunicatione trina monitio.

264 Excommunicatio lata pro manifeſta offenſa contra præſentem non requirit trinam monitionem.

265 Contumaciâ, ſeu delicto manifeſto exiſtente, poteſt quis abſque trina monitione excommunicari.

266 Excommunicatio lata virtute obligationis Cameralis in ſubſidium Juris, trinam monitionem non requirit; & quid hoc caſu obſervet Praxis.

267 Decretum niſi infra tres, videtur loco trinæ monitionis, vel unius pro tribus, ut validius ad Cenſurarum fulminationem procedi poſſit.

268 Præceptum Judicis, quod continet in ſe obligatio Cameralis, videtur loco trinæ monitionis in ferenda ſententia excommunicationis illius vigore.

269 Et lapſis tribus diebus in decreto contentis obtinetur relaxari, & expediri literas declaratorias, & affigi Cedulones.

270 Obligans ſe in forma Cameræ conſentit, ſe poſſe pro executione excommunicari, ſed excommunicatio non fertur, niſi extenſa forma Cameræ citatâ parte, etiamſi ſit conſenſum in Mandatum unica, &c. & niſi in ſubſidium Juris.

271 Pro debito, aut pœna pecuniaria ex diſpoſitione Concilii Tridentini non poteſt quis, niſi in Juris ſubſidium, excommunicari.

272 Diligentia, ut poſſit procedi ad excommunicationem in Juris ſubſidium, fieri debent in locis deſtinata ſolutionis.

273 Cenſuras vigore obligationis Cameralis ſolus A. C. fulminare poteſt.

274 Sunt plures perſonæ, contra quas A. C. non ſolet vigore obligationis Cameralis cenſuras fulminare.

275 Epiſcopi, Prælati, & in dignitate conſtituti non ſolent excommunicari, ſed interdici, vel ſuſpendi à Divinis; licèt, ſi ſint obligati in forma Cameræ, attento eorum conſenſu, non videatur eorum dignitati fieri injuria.

276 In Curia contra Epiſcopos, Prælatos, & magnates literæ declaratoriæ etiam in juris ſubſidium, non conceduntur, niſi facto verbo cum Sanctiſſimo, & de illius mandato.

277 Mulieres virtute obligationis Cameralis non ſolent excommunicari.

278 Miſerabilis pauper effectus ſine ſua culpa, obligatus in forma cameræ, non ſolet excommunicari, ſecus ſi ejus culpa talis effectus ſit.

279 Ceſſante contumacia, Excommunicatio contra Debitorem ferri non ſolet.

280 Sententia excommunicationis lata contra inopem probata inopia poteſt, uti injuſta, revocari.

281 Infantes, Mentecapti, & ſimiles Infantibus æquiparati, non poſſunt excommunicari vigore obligationis Cameralis, & quare.

282 Pupillus doli capax in forma cameræ validè obligatus poteſt excommunicari illius vigore.

283 Obligatus in forma Cameræ effectus furioſus, non videtur poſſe excommunicari, cum non contemnat id, ad quod tenetur.

284 Furioſus eſt veluti infans, qui quicquid videt, & facit, ignorat.

285 Sine dolo, contumacia, vel mora non fertur contra aliquem Excommunicatio.

286 Furioſus ſatis ſuo furore torquetur.

287 Afflictio non eſt addenda afflictio.

288 Excommunicatio operatur, ut Excommunicatus repellatur à limine judicii.

289 Excommunicato non eſt concedenda Manutentio.

290 Excommunicatus poteſt ſe defendere.

291 Clericus perſeverans per annum in excommunicatione, poteſt privari beneficio.

292 Limita ut non procedat, quando Clericus fuit excommunicatus ob cauſam pecuniariam.

293 Ab Excommunicatione lata in Curia non datur abſolutio, niſi cauſa cognita.

294 A Cenſuris latis in Curia de Stylo Rotæ non datur abſo-

absolutio ad cautelam, nisi constet de nullitate.

295 A censuris latis in partibus commissa causa Appellationis, & nullitatis in Rota, semper Rota solet ad cautelam ab illis absolvere.

296 Rota non absolvit à Censuris sine commissione speciali.

297 A.C. potest à Censuris, absque alia commissione quosvis penitus absolvere, vigore suarum facultatum.

298 Absolutio in honorem festivitatum cum reincidentia post Festa, datur etiam de Stylo Rotæ.

299 Absolutus cum reincidentia, elapso tempore per quod absolutus fuit, ipso jure remanet, ut antea, excommunicatus absque alia declaratione.

300 Excommunicatus sub conditione, nisi infra tres, aut decem satisfecerit, illa pendente non est excommunicatus.

301 Absolutio vigore Bullæ Cruciatæ non juvat, nisi post satisfactionem, & in foro Conscientiæ tantùm.

302 Absolutio vigore Bullæ Cruciatæ operatur, ut sic absolutus possit suscipere Sacramenta.

303 Petens absolvi non fatetur se excommunicatum, nisi ex ejus narrativa, probata remanèat excommunicatio.

304 Petens absolvi à Censuris, tenetur jurare de standodo mandato Ecclesiæ super illa excommunicatione.

305 Petens absolvi ab excommunicatione lata pro contumacia judiciali, ad partis instantiam, tenetur præstare Fidejussorem, vel pignora.

306 Petens absolvi ab excommunicatione lata pro contumacia judiciali, si agitur de expensis factis occasione dictæ contumaciæ, tenetur satisfacere, vel præstare Fidejussorem, vel pignora.

307 Absolutus, non servans promissa, non absolvitur amplius, nisi dato idoneo Fidejussore.

308 Si dubitatur, quod excommunicatus non servet juramentum, non sufficit, quòd petens absolvi præstet juratoriam cautionem.

309 Petens absolvi, quando agitur de restituenda possessione aliàs sequestrata, tenetur cavere cum Fidejussore, vel pignore.

310 Excommunicatus ob manifestam contumaciam non absolvitur, nisi satisfaciat.

311 Excommunicatus ob manifestam offensam, seu crimen, quod principaliter respicit partem adversam, non absolvitur, nisi satisfaciat, secus si crimen sit principaliter contra Deum.

312 Pauper, qui satisfacere non potest, petens absolvi, præstat illam cautionem, quam potest de satisfaciendo, cum pervenerit ad pinguiorem fortunam.

313 Staphil. de lit. Grat. fol. 157. vers. sed ego distinguerem, confusè, & contra textum locutus fuit.

314 Oran. decis. 115. n. 6. post Zach. de oblig. Camer. videtur confundi, & quo casu ejus dictum salvari possit.

315 Excommunicatus, ob debitum, vigore privilegii obligationis Cameralis, non absolvitur nisi aliquando per mensem cum reincidentia, si debitum est clarum, aliàs si non est clarum, absolvitur ad beneplacitum.

316 Excommunicatus pro debito omninò illiquido, justificato, absolvitur, absque cautione, vel absolutio non est necessaria.

317 Censuræ debent ex eisdem actis, non ex noviter deductis justificari.

318 Debitor carceratus non relaxatur, nisi soluto debito, vel data cautione in forma depositi, quod procedit de Stylo Tribunalis A.C.

319 Jurisdictio carcerum præsidis, per relaxationem carcerati à carceribus, expirat, & merita causæ sunt à suo Judice cognoscenda.

320 Decem casus, in quibus Visitatores carcerum Urbis ex reform. San. mem. Paul. V. habent facultatem relaxandi Debitores à carceribus eorum arbitrio.

321 Socius præsertim omnium bonorum non tenetur nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat.

322 Socius qui negat se Socium, vel dolosè versatur, & Fidejussor, vel Hæres Socii non gaudent privilegio, ne teneantur, nisi in quantum facere possunt.

323 Patroni, eorumque liberi, & parentes, nisi jus Patronatus sit amissum, non tenentur, nisi in quantum facere possunt.

324 Parentes in infinitum à liberis conventi, & Milites in expeditione, non tenentur, nisi in quantum facere possunt.

325 Maritus conventus ab Uxore, & Uxor à Marito conventa pro quovis contractu, non tenetur, nisi in quantum facere possunt.

326 Socer conventus in judicio à Nuru, vel à Genere pro dote, constante Matrimonio, non tenetur, nisi in quantum facere potest. secus Matrimonio soluto.

327 Filii ejusdem Matrimonii hæredes viri conventi pro restitutione dotis, non tenetur, nisi in quantum facere possunt; secus est in filiis ex alio matrimonio, & in hærede non suo.

328 Procurator, vel defensor Mariti, eo vivente, non tenetur, nisi in quantum facere potest; secus Marito mortuo, & num. 330.

329 Fidejussor ejus, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, si quasi defensor judicium suscepit, gaudet eodem privilegio, ne teneatur ultra, quàm facere possit.

330 Defendere quid sit, & in quo fiat durior conditio Procuratoris, seu Defensoris, quàm Domini.

331 Fidejussor ejus, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, quando principalis comparet, & opponit exceptionem ex persona sua, non tenetur, nisi in quantum facere potest: secus si Principalis non suscipit in se judicium, nisi Fidejussor illud in se suscipiat, uti defensor.

332 Clericus non tenetur, nisi in quantum facere potest.

333 Conventus ex causa donationis non tenetur, nisi in quantum facere potest, deducto, ne egeat, & deducto ære alieno, nisi conveniatur ab eo, qui fuit delegatus.

334 Donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum valere, qua ratione, disputando, defendi possit contra communem.

235 A communi Doctorum opinione in judicando non est recedendum.

336 Maritus conventus ab Uxore pro dote, non tenetur nisi in quantum facere potest.

337 Maritus, qui dolo fecit, quo minus facere posset, conventus ab Uxore non gaudet privil. ne teneatur, nisi in quantum facere potest.

Pri-

338 *Privilegiata, qui dolo fecerunt, quo minus facere possent, non gaudent privilegio, ne teneantur, nisi in quantum facere possunt.*

339 *Qui mentitur in eo quod est causa beneficii, non est beneficio dignus.*

340 *Maritus ingratus, prout qui insidiatus fuit vitæ Uxoris, ab ea conventus nō gaudet privilegio ne teneatur, nisi in quantum facere potest.*

341 *Privilegiati omnes ob ingratitudinem amittunt privilegium, ne teneantur, ultra quam facere possunt.*

342 *Ingratus amittit etiam alimenta, & id quod jure naturæ debetur.*

343 *Maritus non gaudet privilegio, ne teneatur, nisi in quantum facere potest, quando Uxor est æquè pauper.*

344 *Pauper potest in carceribus detineri ab æque paupere, licèt non præstet alimenta.*

345 *Privilegium Mariti, & aliorum qui non tenentur nisi in quantum facere possunt, non transit ad hæredes, nisi sint filii ejusdem Matrimonii hæredes Viri conventi pro dotis restitutione.*

346 *Senex septuagenarius pro debito civili capi non potest personaliter.*

347 *In executione primò capiuntur mobilia, & semoventia, secundò stabilia, tertiò nomina Debitorum, quartò executiuntur bona Fidejussoris, & denique capitur persona Debitoris.*

348 *In obligatione Camerali, vel Guarantigiæ potest incipi à captura personæ & fieri executio realis, & personalis, nulla facta discussione bonorum, aut Confidejussorum.*

349 *In obligatione Camerali admittitur variatio de uno ad alium, de Principali ad Fidejussorem, de re ad rem, & de persona ad rem.*

350 *Executio personalis ex urbanitate non fit contra Prælatos, & Viros illustres, ac Mulieres honestas, licèt obligatio Cameralis etiam contra eos gaudeat ejus privilegio.*

351 *Præsumitur pro executione quod sit ritè, & rectè facta.*

352 *Actus præsumitur factus, prout validè fieri debuit, & quod præcesserint necessaria, & opportuna.*

353 *Semper in dubio sumenda interpretatio pro validitate actus, eò quòd neganti validitatem incumbat onus probandi.*

354 *Executio nulla quando constat de bono jure, & esset denuo facienda, sustineri debet ad evitandos circuitus.*

355 *Executio nulla constito de bono jure, potest sustineri in vi compulsiva, secus in vi expulsiva, quia tunc spoliatus est ante omnia restituendus, nisi notoriè constet per sententiam de non jure spoliati.*

356 *Executio nulla, constito de bono jure, sustinetur secundùm opinionem glossæ sequacium, sed secundùm opinionem Castrensis unico contextu est revocanda & exindè ser. de novo concedenda.*

357 *Opinio Castren. quòd executio nulla sit revocanda, & de novo incontinenti facienda, quando constat de bono jure, & quòd si executio non esset facta, esset facienda, ad nil aliud deservire videtur, nisi ad gravandas partes in expensis.*

358 *Executio non est facienda contra tertium, sed procedendum contra eum via ordinaria.*

359 *Executio potest fieri contra tertium, qui injustè possidet.*

360 *Executio potest fieri contra tertium, quando bona fuerunt in eum alienata lite pendente, in quo recurrenda est ad distinctionem superius traditam.*

361 *Debitor omni remedio destitutus, si habet pecunias in promptu, potest tradendo illas Executori, utramq; executionem evitare.*

De executione Mandati Pars I. Cap. XIV.

1 REus, qui suas propositas exceptiones, vel probare, vel probatas tueri non potuit, si nec aliqua impedimenta habeat, vel ei in medium allata non suffragentur, & causa non est appellabilis, vel appellatio tantùm cum clausula *sine præjudicio*, & sic ad effectum devolutivum, non autem suspensivum, fuit admissa, & ob id omni remedio destitutus, exequutionem evitare non valeat, illam saltem aliquatenus differre valebit, si terminum ad solvendum, qui debitoribus datur, à lege suscipiat.

A Est autem terminus ad solvendum, A, dilatio
2 decem dierum, quæ debitori miserationis gratiâ à lege conceditur, cùm creditor, ut vulgo dicitur, cum sacco paratus venire non debeat.

3 Hæc dilatio ab omnibus Romanæ Curiæ Judicibus, dum à jure profluat concedi potest decem tantùm dierum, sed A.C. habet in facultatibus, ut terminum, seu dilationem ad solvendum debitoribus, triginta dierum concedere valeat; debet autem terminus purè, & simpliciter, & absque ulla conditione suscipi in actis, ut infra, videlicet.

Pro NN, contra NN.

In Officio NN. & fatendo debitum scutorum NN. ex adverso petitum ad illud solvendum suscepit terminum triginta dierum, quo elapso consensit relaxationi mandati absque alia citatione, & sic tactis &c. juravit, &c. omni, &c.

5 Non solùm autem A.C. concedit hujusmodi terminum debitoribus in ejus Tribunali conventis, sed etiam aliis quibuscunque in quovis alio tribunali Urbis condemnatis, sed quando condemnatio est secuta, seu Mandatum est relaxatum extra tribunal, A.C. necesse est suscipere terminum, ut infra, videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio, &c NN. & fatendo debitum scutorum NN. ex adverso petitum in curia NN. ad illud solvendum suscepit terminum triginta dierum, quo elapso consensit relaxationi Mandati absq; alia citatione, & sic tactis, &c. juravit, &c. omni, &c.

Deinde opus est deducere hujusmodi termini susceptionem ad notitiam partis, aliàs nō afficeret, & citatio fieri potest. ut infra, videlicet.

A.C. N.

6 Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter instās suscepit terminum triginta dierum, per acta infrascripti Notarii, ad solvendum debitum

petitum in Curia NN. ideo citetur idem, ad videndum sibi inhiberi ad statim, seu ad p.d. & interim quandocumque, ne audeat aliquod Mandatum suspicere, aut susceptum exequi facere, aut quicquam contra instantem innovare, sub pœnis scut. 500. & excommunicationis in subsidium & aliis arbitrio Domini, &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra inhiberi, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. inhibuit, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

7 Est autem terminus, quando condemnatio est facta, seu Mandatum est relaxatum ab A.C. suscipiendus per acta ejusdem Notarii, in quibus fuit lata sententia, seu factum Decretum, aut relaxatum Mandatum, & coram eodem judice qui tulit sententiam, seu fecit Decretum, aut relaxavit Mandatum, aliàs non subsistit, & tunc non est alia citatio, seu intimatio necessaria, sed sufficit quòd termini susceptio in actis in Broliardo appareat, ut executio, & processus ad ulteriora retardetur.

8 Evenit aliquando, quòd debitor in alio tribunali condemnatus, suscipit terminum decem dierum coram Judice, qui illum condemnavit, vel contra eum Mandatum executivum relaxavit, & deinde suscipit, eo elapso, terminum triginta dierum coram A.C. tunc necesse est citare illum, qui hujusmodi terminum suscepit, ad videndum moderari, & obtinebitur reduci terminum secundo loco susceptum ad viginti dies, qui desunt in primo, ut infra, videlicet.

A. C. N.

9 Citetur NN. ex adverso principalis ad videndum moderari inhibitionem, & terminum in actis susceptum, attento quod suscepit alias pro eadem summa terminum per acta NN. coram NN. & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra reduci terminum ad viginti dies, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali qualiter D. moderatus fuit terminum, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

10 Sed si debitor aliàs coram A.C. pro eodem debito terminum triginta dierum suscepisset, & habuisset, tunc illo citato, moderatur terminus in omnibus.

11 Est tamen necesse, alleganti terminum fuisse aliàs, vel coram alio susceptum, id probare, & in actis fidem de hujusmodi susceptione, citata parte, ad dicendum contra jura exhibere, nam aliàs moderatio, vel reductio termini obtineri in his casibus minimè posset, nisi de illa constaret ex eisdem actis.

12 Cæterum si quis susceperit terminum triginta dierum ad solvendum, & agatur de parva summa, obtinetur reductio termini ad viginti dies, & etiam ad quindecim, si Creditor esset pauper, & tunc citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

13 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum moderari terminum in actis susceptum, attenta parva summa scutorum NN. & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, reduci terminum ad viginti quinque dies, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. reduxit terminum, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

14 Quod si terminus ob substituti, seu scriptoris incuriam non fuerit purè, & simpliciter susceptus uti debet, sed fortè sub aliqua conditione, vel cum aliqua reservatione, vel non fuerit susceptus per acta Notarii actuarii causæ, de qua agitur, vel non fuerit susceptus coram Locumtenente, qui Mandatum relaxavit, seu Decretum fecit, aut Sententiam tulit, citatur, & obtinetur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

15 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari exequi Mandatum, prætenso termino nulliter suscepto, & aliis quibuscumque non obstantibus, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit exequi Mandatum, quibuscunque non obstantibus, & alias prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

16 Aliquando evenit, quod suscipiens terminum est suspectus de fuga, & tunc probata suspicione citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad cavendum de solvendo in fine termini per eum suscepti, aliàs videndum mandari exequi Mandatum quibuscumque non obstantibus, ad p.d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit exequi Mandatum, quibuscunque non obstantibus, & aliàs prout in actis instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Sed

Sed hæc citatio in Tribunali A.C. est de ratò contingentibus.

58 Termino elapso, si mandatum non fuit expeditum vigore Decreti, potest expediri etiam vigore termini suscepti elapsi, sicut virtute decreti, termino non suscepto.

59 Cujus mandati virtute diversimodè ad executionem proceditur, aliquando illius vigore obtinetur sequestrum super bonis, seu pecuniis debitoris, penes debitorem debitoris, aut alios existentibus, tenoris infrascripti, videlicet.

60 De mandato Illustriss. & Reverendiss. Domini A.C. sive R.P.D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN, principalis creditoris NN. in scutis NN. ac juliis NN. pro expensis mandati executivi in actis expediti, tenore præsentium.

B Sequestrentur B. & sub arcto, & firmo sequestro ponantur, penes omnes, & singulos in executione præsentium nominandos, & cognominandos, omnes & singulæ pecuniarum, rerum, & bonorum summæ, qualitates, & quantitates ad d.NN. quomodolibet spectan. & pertinen. & quæ in futurum spectabunt, & pertinebunt, inhibentes expresse eidem sequestratariis, ne visis præsentibus, sub 500. ducatorum auri Rev. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati executivi, in juris subsidium excommunicationis, aliisque, &c. pœnis etiam de proprio reiterandæ solutionis, audeant, &c pecunias, res & bona, ut supra, sequestrata alicui personæ dare, tradere sive consignare, nisi prius d. Domino instante de præmissis satisfacto, vel aliàs absque Domini licentia, quovis prætextu, & si quis &c. compareat, &c. alioquin, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli.

61 Executo sequestro per Cursorem contra habentes penes se pecunias, seu alia bona debitoris in illius executione nominatos, & cognominatos, relatione facta, citantur sequestratarii ad dicendum contra jura, & repetito Decreto mandati, una cum toto processu, & sequestro executo, ac docto, penes eos esse pecunias, & bona ad N. debitorem spectantia, citantur tam debitor principalis, quàm sequestratarii prædicti, ut infra, videlicet.

A. C. N.

62 Citentur infrascripti ex adverso principales, & sequestratarii respectivè, ad consignandum consignatique videndum instanti pecunias sequestratas, & quodcumque Mandatum de consignando, tam gratiosum, quàm rigorosum, & aliud necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

NN. & NN. ex adverso principalis, &
NN. & NN. sequestratarii.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

Intimetur infrascriptis, qualiter D. mandavit consignari pecunias sequestratas, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

NN. ex adverso principali, &
NN. & NN. Sequestratarius.

63 Si sequestratarii nihil opponunt, expeditur contra eos mandatum gratiosum tenoris, videlicet.

64 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. seu R.P.D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis creditoris NN. in scutis NN. monetæ, ac expensis mandati executivi serv. serv. contra eumdem NN. relati, tenore præsentium.

Mandatur vobis NN. & NN. ex adverso sequestratariis, quatenus statim, visis, & receptis præsentibus, sub mandati rigorosi, aliisque, &c. pœnis, debeatis, & quilibet vestrum debeat ex pecuniis penes vos existentibus, spectantib. ad NN. debitorem, sequestratis, eidem NN. instanti eadem scuta NN. monetæ, ut supra, debita, & alia scuta NN. pro expensis mandati executivi solvisse, & exbursasse, & solvi, & exbursari fecisse, & mandasse, recepta quietantia. Nam vobis, & dd. NN. debitore citatis, & relatis, Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius. Locus † Sigilli, N. Locumten.

65 Cæterum si sequestratarius nihil habeat in manibus, quod spectet ad d. NN. protestetur, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. medio juramento tactis, &c. dixit non habere aliquid in manibus, quod spectet ad NN. & ideo non posse relaxari aliquod mandatum, & nihil fieri servatis servandis, verificatis verificandis, aliàs, &c.

66 Qua protestatione facta, nisi creditor doceat sequestratariũ habere in manibus pecuniam ad NN. debitorem spectantem, non poterit illum cogere ad consignandum, sed si, eo citato ad dicendum contra, vel aliàs probaverit, sequestratarium eundem habere in manibus, & ipse nihilominus solvere recuset, exequitur contra eum mandatum gratiosum expeditum, hoc est cursor copiam d. mandati domi, vel in manibus propriis sequestratarii relinquit, & facit de hoc relationem, & deinde citatur sequestratarius, ut infra videlicet. A.C.N.

67 Citetur NN. ex adverso sequestratarius, ad docendũ se paruisse mandato gratioso, aliàs, videdũ decerni, & relaxari mandatum rigorosũ, & exequutivum necessarium, & opportunũ ad p. d. instante NN. principali, sive, &c. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso sequestratario, qualiter D. relaxavit mandatum rigorosum. & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

68 Et nisi sequestratarius solvat, expeditur contra eum mandatum executivum, si tamen ipse principalis Debitori est obligatus, ita, & taliter quod possit contra eum agi executivè; nam aliàs esset agendum contra eum via ordinaria, & causa esset appellabilis.

69 Si verò sequestrum fuit executum super diversis bonis mobilibus, & aliis ad debitorem spectantibus, tunc reproducto sequestro, & probatis probandis, ut supra, fit citatio, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citentur infra scripti ex adverso principales, & Sequestratarii respectivè, ad consignandum, consignarique videndum, pecunias, res, & bona sequestrata, quatenus sint pecuniæ, infrascripto Instanti, pro concurrenti quantitate sui crediti, quatenus verò bona, in Depositaria Urbana, ad effectum, &c. & quodcumque Mandatum de consignando tam gratiosum, quàm rigorosum, & aliud necessarium, & opportunum decerni, & relaxari ad p. d. Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

NN. ex adverso principalis, &
NN. ex adverso sequestratarius.

Decretum,

NN. petiit, & obtinuit, ut supra nisi ad p. d. cum Intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, & NN. ex adverso Sequestratario, qualiter D. mandavit consignari pecunias, & bona sequestrata, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

30 Elapsa prima die juridica post intimationem executam, expeditur Mandatum gratiosum, tenoris, videlicet.

De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. seu R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis Creditoris NN. in scutis NN. monetæ, ac expensis Mandati executivi contra eumdem NN. relaxati, Tenore præsentium.

Mandatur tibi NN. ex adverso, Sequestratario, quatenus statim, visis, & receptis præsentibus, sub Mandati rigorosi, aliisque pœnis, &c. debeas pecunias, res & bona penes te existentia, spectanti ad NN. Debitorem sequestrata, quatenus sint pecuniæ, NN. instanti scuta NN. monetæ, ut supra debita, alia scuta NN. pro expensis Mandati exequutivi, solvisse, & exbursasse, quatenus verò sint bona, in Depositaria Urbana consignasse, ad effectum, &c. & solvi, consignarique fecisse, & mandasse, recepta quietantia, nam te & d. NN. Debitore citatis & relaxatis Reverendiss. D. ita mandavit, hac die, &c.

N. Notarius Locus † Sigilli. N. Locumten.

31 Quod si Sequestratarius parere Mandato gratioso recusaverit, tunc intimato illi dicto Mandato domi dimissa copia, vel personaliter per cursorem, & citato ad docendum, se paruisse Mandato gratioso, nisi aliquid relevans deducat, expeditur contra eum Mandatum rigorosum, seu executivum, & datur Executori Curiæ ad effectum illud, ut supra exequendi.

32 Sed si Sequestratarius pareat mandato consignatis pecuniis creditori, si quas habebat, recepta quietantia, bonis verò in depositaria Urbana, si pecuniæ non sufficiant pro satisfactione Crediti, proceditur ad Subhastationem, & deliberationem dictorum bonorum in Depositaria consignatorum, ac si super illis fuisset ab Executore facta realis executio, prout dicetur in sequenti capite *de subhastatione, & deliberatione Pignorum.*

33 Non omitto, quòd aliquando post factum sequestrum pars adversa obtinet illius revocationem, citando, ut infra videlicet,

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum revocari prætensum Sequestrum, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. diem instante NN. principali; sive, &c.

N. Notarius.

Decretum (*si Sequestrum fuit obtentum pro assecuratione judicis.*)

NN. petiit & obtinuit, ut supra data idonea cautione de standō juri, & judicatum solvendo nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

Decretum (*si Sequestrum fuit obtentum vigore Mandati executivi ser. ser. relaxati.*)

NN. petiit, & obtinuit, ut supra facta solutione (*vel data cautione idonea, C. in forma depositi*) nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. revocavit Sequestrum, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

34 Sed si Sequestrum non fuisset legitimè factū, obtinetur illius revocatio simpliciter absque alia cautione citando, ut supra partem adversam, ad videndum revocari Sequestrum.

35 Si verò sequestrum fuisset factum super fructibus locorum Montium, & Creditor esset jam satisfactus, & ob id esset opus extrahere partitas Librorum Montium, ad effectum probandi satisfactionem, poterit citari prout infra videlicet.

A. C. N.

36 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum destinari Notarium ad effectum extrahendi partitas Librorum Montis NN. (*seu alterius libri secundùm facti contingentiam*) penes NN. d. Montis Depositarium existentium, & mandari dd. partitas extrahi in forma, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

Decretum, N. Notarius.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, destinari Notarium, necnon extrahi partitas pro diebus, & horis certis intimandis, &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit extrahi partitas, & destinavit Notarium, & aliàs prout in actis, & Notarius accederet ad hujusmodi extractionem faciendam die N. cum duobus sequentibus, de mane, hora N. & de sero, hora N. ideo citetur idem ad interessendum quatenus, &c. aliàs, &c. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

37 Si verò habens librum, seu libros hujusmodi, penes se, impediret extractionem Partitarum, & nollet in hoc patientiam præstare, citatur, ut infra videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. Depositarius Montis NN. ad præstandum patientiam in extractione partitarum librorum dicti Montis, aliàs videndum

per

per Dominum gravari,& pro gravamine decerni,& relaxari mandatum executivum,ad p.d.instante NN.principali,sive,&c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit, & obtinuit gravari in Iuliis NN. quolibet die donec paruerit, & ut suprà, nisi ad p.d.cum intimatione omni,&c.

A.C.D.

Intimetur NN.exadverso principali, qualiter D.relaxavit mandatum, & aliàs prout in actis, instante NN.principali,sive &c.

N.Notarius.

Elapsa prima die juridica post executam intimationem, si citatus patientiam adhuc non præstat, expeditur mandatum pro gravamine judici benevisо,juxta formulam superius traditam contra testem recusantem se examini subjicere hac eâdem par.1,c.11.n.22.

38 Extractis verò partitis,citatur pars ad dicendum contra jura,& illis repetitis in actis, & admissis si & in quantum, citatur iterum, ut suprà ad videndum revocari sequestrum,& stante solutione,seu satisfactione, obtinetur illius revocatio.

39 Sed hîc obiter occasione sequestri,potest animadverti, quòd licèt in tribunali A.C. sequestrum vigore mandati omnibus passim illud petentibus concedatur, non tamen ita de facili conceditur sequestrum pro assecuratione Judicii,sed tantùm in aliquibus casibus judici benevisis,docto de credito,& jurato de metu dilapidationis bonorum,ut infrà videlicet.

Pro NN. contra NN.

40 In officio,&c. NN.ad docendum de suo bono jure,& credito scutorũ NN.monetæ, quod habet contra NN.facto per compulsum in forma,&c.produxit instrumentum publicum, obligatione Camerali vallatum,rogatum per acta NN.sub die NN &c.prout in folio tenoris,&c. & medio juramento tactis &c. juravit de metu dilapidationis bonorum, &c. ideò instetit sibi concedi sequestrum pro assecuratione judicii, non solùm,ut suprà,sed omni alio,&c.

Tenor sequestri.

41 De mandato illustriss.&Reverendiss.D.A.C. sive R.P.D.NN.eius in civilibus locumtenentis,& ad instantiam NN.principalis, Creditoris NN.in scutis NN. vigore instrumenti publici in actis producti tenore præsentium.

Sequestretur,& sub arcto & firmo sequestro ponantur,penes omnes,& singulos in executione præsentium nominandos, & cognominandos omnes, & singulæ pecuniarum, rerum, & bonorum summæ qualitates, & quantitates ad dd.NN.quomodolibet spectan.& pertinen. & quæ in futurum spectabunt, & pertinebunt, inhibentes expressè eisdem sequestratariis,ne visis præsentibus, sub 500. Ducatorum auri Reverendæ Cameræ Apostolicæ applicandorum,& pro illis mandati executivi, & in juris subsidium excommunicationis aliisque,&c.pœnis, etiam de proprio,reiterandæ solutionis, audeant &c. pecunias,res,& bona,ut supra sequestrata,alteri personæ dare,tradere,sive consignare, nisi prius d.NN.de præmissis satisfacto, vel aliàs ab.que Domini licentia, quovis prætextu quia docto de credito,& jurato de metu,&c. Reverendiss. D. ita mandavit,&c. & si quis &c.compareat &c. aliequin,&c.

NN.Notarius. Locus † Sigilli.

42 Ad consignationem verò bonorum sequestratorum hoc casu non devenitur, nisi liquidato credito,& declarato sequestrante vero,& legitimo creditore.

43 Mandatum autem suspicionis fugæ in Tribunali A.C. à locumtenentibus non conceditur,sed ab A.C. met aliquando solet concedi, docto tamen,ut suprà, de credito, & jurato de metu fugæ,ut infrà,videlicet.

A.C.met.

Pro NN. contra NN.

44 In officio &c. NN. ad docendum de ejus credito scutorum NN.quod habet contra NN. facto per compulsum produxit instrumentum publicum Camerali obligatione vallatum, rogatum per acta NN. sub die NN. prout in folio tenoris,&c.& medio juramento tactis &c. juravit d. NN. suspectum de fuga, ideòque instetit, sibi concedi mandatum suspicionis fugæ contra eumdem,non solùm ut suprà, sed omni alio meliori modo,&c.

45 Quod quidem mandatum nullâ præviâ citatione concedi solet contra debitoris personam, ut infrà,videlicet.

De mandato illustriss.& Reverendiss.D.A.C met,& ad instantiam NN. principali creditoris NN. in scutis NN. monetæ debitis occasione de qua in actis,juxta formam jurium, Camerali obligatione vallatorum tenore præsentium. Capiatur NN. exadverso principalis tanquam de fuga suspectus juratus, & captus ad præsentiam Domini ducatur,& deinde, si ei videbitur, ejus arbitrio carceretur, & non relaxetur, donec caverit de stando juri,& judicatum solvendo juxta formam Statutorum urbis,&c. & sine d. Illustriss. Domini mandato. Quoniam constito de credito ac jurato de suspicione fugæ, & aliàs prout in actis,Illustriss. D.ita mandavit hac die, &c.

NN.Notarius. NN.C.A.Auditor.

Locus † Sigilli.

46 Cujus quidem mandati virtute, si debitor fuerit ab executoribus repertus, ducitur ad præsentiam Judicis,caveat de stando juri, & judicatum solvendo,quòd si cautionem non præstiterit,tunc demum ducitur ad carceres, & non relaxatur,donec fidejussorem præstiterit; si verò cavet,relaxatur,& non molestatur amplius, nec ipse,nec eius fidejussor,nisi postquam citatis citandis,ac servatis servandis, ad favorem creditoris judicatum fuerit.

47 Solet tamen aliquando mandatum hujusmodi suspicionis fugæ concedi, citata parte ad dicendum contra jura in forma, & juribus ad effectum docendi,ut suprà de credito, in actis productis,ac per Dom. Judicem admissis, cum solita clausula *si & in quantum*, & deinde iterum citata parte,ut infrà,videlicet.

A.C.N.

48 Citetur NN. ex adverso principalis ad cavendum,de stando juri, & judicatum solvendo pro scutis

scutis NN. debitis, & petitis occasione, de qua in actis, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum suspicionis fugæ, & decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, docto tamen de credito, ac jurato de suspicione fugæ, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A.C. met.

Intimetur NN exadverso principali, qualiter D. relaxavit mandatum, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Cujus quidem decreti vigore, elapsa prima
49 die juridica post intimationem exequutam, expeditur mandatum, ad dendo in eo, *quòd debitore suspecto de fuga jurato, citato, & intimato Illustriss. D. ita mandavit, &c.* & proinde proceditur ad illius executionem, ut suprà.

50 Arresta verò contra carceratos, non conceduntur, nisi juxta formam reformationis san. mem. Pauli V. virtute mandati exequutivi, servatis servandis, citatâ parte, relaxati, ut infrà, videlicet.

51 Demandato Illustriss. & Reverendiss. D. A.C sive R. P. D. NN. eius in civilibus causis locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis creditoris NN. in scutis NN. virtute mandati ser. ser. relaxati tenore præsentium.

Arrestetur NN. in carceribus, in quibus reperitur, ad instantiam NN. pro scutis NN. debitis occasione, de qua in actis, ac iuliis NN. pro expensis mandati executivi ser. ser. relaxati, prout in actis, & non excarceretur, donec eidem instituti de d. eius credito, ac expensis satisfecerit. Quoniam vigore dicti mandati executivi ser. ser. relaxati, in vim obligationis Cameralis, & aliàs prout in actis, Reverendiss. D. ita mandavit, hac &c.

N. Notarius. Loco † Sigilli. N. Locumten.

52 Cæterùm, ad rem redeundo, expedito mandato vigore Decreti, vel vigore termini suscepti, & elapti, ut suprà, si creditor noluerit procedere per viam sequestri, sed per viam executionis personalis, aut realis, datur mandatum executivum Executoribus Curiæ, ut illud contra personam, & bona obligati exequentur.

53 Quòd si nec persona, nec bona, super quibus executio fieri possit, reperiantur, & debitor est in forma Cameræ obligatus, procedit, factis prius diligentiis per exequutores, contra eum ad censuras, & tunc R. P. D. meus Bichius Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, dum esset A.C. Locumtenens, induxit, ut citaretur pars, ut infrà, & ita hodie observat praxis, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad concordandum de Executore, qui faciat diligentias pro executione mandati, aliàs videndum per Dominum deputari ex officio, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius &c.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà deputare in Executorem NN. nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverso principali, qualiter D. deputavit Executorem, & aliàs prout in actis instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius

[Elapsâ primâ die juridicâ post intimationem, Executor deputatus fidem facit, se ad instantiam NN. diligentias de reperiendo personam, & bona NN. eius debitoris, ad effectum &c. fecisse nec personam, nec bona, super quibus mandatum exequi potuerit, invenisse.

Hæc fides Executoris, si debitor est in forma Cameræ obligatus, producitur in actis causæ, citatâ parte ad dicendum contra jura in forma, necnon ad videndum extendi formam Cameræ in juribus, de quibus in actis appositam, juxta stylum Curiæ, quæ productio fieri potest, ut infrà, videlicet.]

54 Pro NN. contra NN.

In officio NN. & ad docendum de diligentiis factis ab Executore, de reperiendo personam, & bona NN. Adversarii, ad effectum executionis mandati, & nec personam, nec bona reperiri, facto, per compulsum, produxit dictum mandatum executivum, aliàs expeditum, una cum fide dictarum diligentiarum per executorem factarum, tenoris, &c. & repetita omnia jura, & instrumenta producta, & repetita. Decreta facta, acta, & actitata per acta mei, in quantum &c. petens &c. omni &c.

Et reproductâ citatione, ad dicendum contra jura, & ad videndum extendi, legitimè executa, ac obtento Decreto admissionis illorum si, & in quantum &c. & extensionis formæ Cameræ juxta praxim superius traditam par. 1. c. 2 n. 14. & seqq. & n. 19. & n. 174. (*nam extensio hujusmodi formæ Cameræ, ad effectum fulminandi censuras, est omnino necessaria, etiamsi fuerit consensum in mandatum executivum, unica, &c*) si pars non opponit generalia contra, & pendente huiusmodi termino nihil fieri, citatur pars ad videndum se in juris subsidium declarari excommunicatum in forma, aliàs parte opponente generalia contra, & pendente &c. quia tunc officium Judicis super extensione formæ Cameræ, & alio quovis Decreto, conquiescit, & Judex solùm admittit, & mandat recognosci jura, opus est iterum citare partem ad videndum extendi, & obtinere Decretum extensionis formæ Cameræ, poteritque tunc, etiam unico contextu, citari ad videndum extendi, & se declarari, &c. ut infrà, videlicet.

A.C.N.

Citetur NN. exadverso principalis, ad videndum
55 extendi formam Cameræ in juribus, de quibus in actis appositam, juxta stylum Curiæ, & se in Juris subsidium declarari excommuni-
D catum, D. & literas declaratorias, & Cedulones decerni, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decre-

Decretum.

NN.petiit, & obtinuit extendi formam Cameræ juxta ſtylum Curiæ, ut ſuprà, niſi infra tres, omni, &c.

Elapſis verò tribus diebus currentibus, vel tertia die poſt factum Decretum ſequente, citatur pars adverſa, ut infrà, videlicet.

A.C.D.

56 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum relaxari literas declaratorias, & Cedulones aliàs decretos, & quatenus opus ſit de novo decerni, & relaxari, adp.d. inſtante NN. principali, ſive, &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit, & obtinuit, ut ſuprà, niſi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. ex adverſo principali, qualiter D.decrevit, & relaxavit literas declaratorias, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

Elapſa prima die juridica poſt intimationem executam, illa reproductâ, expediuntur literæ declaratoriæ, & affiguntur Cedulones in locis publicis, tenoris infraſcripti, videlicet.

57 D.NN. exadverſo principalis, auctoritate Apoſtolicâ in juris ſubſidium denunciatur excommunicatus, & declaratus ob non ſolutionem ſcutorum quingentorum monetæ, *ſeu alterius ſummæ ſcuta viginti quinq; monetæ excedentem*, pro quibus in forma Cameræ obligatus extitit occaſione Societatis officii, *vel alia de cauſa ſecundùm facti contingentiam, exprimenda*, prout in actis, quia ipſo citato, & intimato Reverendiſſ. D. ita mandavit, hac die &c. inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius. Locus † Sigilli. N.Locumten.

58 Obſervandum tamen eſt, quòd in cauſis penſionum poteſt quis excommunicari pro quolibet termino non ſoluto, licèt parvo, & infra ſummam ſcutorum viginti quinque, quia Papa ipſe in literis reſervationis penſionis excommunicat non ſolventem, & A.C. prout quilibet alius executor exequitur, juxta literarum formam, & tenorem.

59 Aliquando excommunicatus obtinet abſolutionem per menſem cum reincidentia, vel in honorem feſtivitatum cum reincidentia poſt feſta, parte tamen citata, ut infrà, videlicet.

A.C.N.

60 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtantem abſolvi à cenſuris in honorem feſtivitatis ſanctiſſimi Natalis, *vel Paſchatis Reſurrectionis*, D.N. Jeſu Chriſti, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit, & obtinuit, ut ſuprà, abſolvi cum reincidentia poſt feſta, cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. abſolvit inſtantem, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

Si verò ſit abſolvendus extra tempora feſtivitatum, citatur, & obtinetur, ut infrà, videlicet.

A.C.N.

61 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtantem abſolvi à cenſuris, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit, & obtinuit, ut ſuprà, abſolvi per menſem cum reincidentia, niſi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

A.C.N.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. abſolvit à cenſuris, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

62 Ex cauſa verò, vel ſi ex nova jurium productione, aut aliàs, creditum redderetur turbidũ, poſſet etiam aliquando obtineri abſolutio longior, etiam ad beneplacitum; parte tamen ſemper, ut ſuprà citatâ, & intimatâ, mutatis mutandis.

63 Cæterùm ſi Debitor fuerit repertus, executores illum captivum ducunt ad carceres, & ſi eſt ſolvendo, non relaxatur, donec ſolvat, vel præſtet cautionem idoneam in forma depoſiti de
E ſolvendo ad omne mandatum Domini E.

64 Sed ſi Debitor non eſt ſolvendo, ſolet ſæpè à Sacra viſita, ſeu ab Illuſtriſſ. Carcerum Præſide, ad quem ſolent etiam à Sac. Viſita cauſæ hujusmodi carceratorum remitti, obtinere dilationem parte tamen citatâ, ut infrà, videlicet.

F Illuſtriſſ. D. Carcerum Præſide F.

65 Citetur NN. exadverſo principalis, ad videndum inſtanti concedi dilationem ad ſolvendũ debitum, de quo agitur, & mandari eumdem excarcerari, & quodcumque Decretum deſuper neceſſarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p.d. inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

Decretum.

NN.petiit, & obtinuit, ut ſuprà, excarcerari, data tamen cautione idonea de ſolvendo ſcuta NN. monetæ quolibet menſe, uſque ad integrã dict. debiti ſatisfactionem, ita quòd, ipſo deficiente in una ſolutione, teneatur ad duas, & deficiente in duabus, teneatur ad totam ſummam, niſi ad p.d. cum intimatione, omni &c.

Carcerum Præſide.

Intimetur NN. exadverſo principali, qualiter D. mandavit inſtantem excarcerari, & aliàs prout in actis, inſtante NN. principali, ſive &c.

N.Notarius.

66 Dilationes autem, & excarcerationes hujusmodi plurimùm pendent ab arbitrio Sacræ Viſitæ, ſeu Illuſtriſſ. Carcerum Præſidis, à quorum decretis non datur appellatio.

67 At ſi debitor carceratus eſt pauper, miſerabilis, & nihil habet in bonis, tunc exhibita fide parochi ſuper paupertate debitoris in actis Notarii

tarii Illustriss. D. Carcerum Præsidis citato adversario, ad dicendum contra jura, vel productis in eisdem actis articulis, super dicta paupertate, parte citata ad dicendum contra Articulos in forma, examinatisque testibus, servatis servandis, ac probata paupertate, citatur creditor ad præstandum alimenta, ut infrà, videlicet.

Carcerum Præside.

68 Citetur NN. ex adverso principalis, ad præstandum instanti alimenta attenta ejus paupertate, aliàs videndum mandari excarcerari, & quodcumque mandatum de excarcerando desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, cum intimatione, omni &c.

Carcerum Præside.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit instantem excarcerari, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

69 Et tunc deficiente creditore in præstatione alimentorum, quæ taxantur arbitrio Illustriss. D. inspecta qualitate personarum, debitor eximitur à carceribus.

70 Contra obligatum autem in forma Cameræ potest unico contextu fieri executio personalis, ut suprà, & etiam realis.

G Executio realis, G, aut fit super mobilibus, aut super stabilibus debitoris.

71 Si fit super mobilibus, Executor vigore mandati aufert dd. mobilia, & illa consignat officialibus depositariæ Urbanæ, ad hoc, ut possit ad illorum subhastationem, & deliberationem deveniri, & ex illorum pretio creditori satisfieri.

72 Et quia aliquando Debitor tenet portam clausam, ne Executores possint exequi mandatum super mobilibus in ea existentibus, ideò tunc citatur, ut infrà, videlicet.

A. C. N.

73 Citetur NN. ex adverso principalis, ad tenendum portam apertam, ita ut Mandatum contra eum decretum, & relaxatum exequi possit, aliàs videndum mandari eam aperiri per vim, & Decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi, ad p. d. instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut suprà, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit aperiri portam, & aliàs prout in actis, instante NN. principali, sive &c.

N. Notarius.

74 Si verò executio fit super stabilibus, forte quia mobilia non adsunt, vel non sufficiunt pro satisfactione creditoris, Executor unà cum Notario causæ actuario, accedit ad domum, vel vineam, super qua facienda est executio, & in eam introeundo, ac per eam deambulando, exequitur mandatum, de qua executione Notarius, coram duobus testibus, conficit instrumentum publicum, ut infrà, videlicet.

75 In Dei nomine &c. Anno &c. NN. exequutor Curiæ Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. habens præ manibus mandatum executivum, ad instantiam NN. relaxatum contra NN. ejus tenor est infrascriptus, videlicet. De mandato Illustriss. & Reverendiss. Domini A. C. sive R. P. D. NN. ejus in civilibus locumtenentis, & ad instantiam &c. (*hic inseratur totus tenor mandati*) unà mecum Notario actuario infrascripto, accessit ad vineam NN. sitam extra portam N. juxta bona NN. & NN. viam, & alios &c. si qui sint &c. super qua, & illius juribus, & pertinentiis, virtute præinserti mandati fecit executionem, non solùm, ut suprà, sed omni alio meliori modo &c. super quibus &c. acta fuerunt hæc omnia & singula suprascripta &c. præsentibus NN. & NN. testibus vocatis habitis specialiter, atque rogatis.

76 Postquam autem executor super vinea, ut suprà, vel aliis stabilibus executionem fecit, de hoc Officialibus Depositariæ Urbanæ relationem affert, ut ad ulteriora subhastatione, & deliberatione deveniri, & sic pecuniis satisfieri valeat creditori.

Observationes.

A 77 LEX dat *miserationis* gratiâ debitoribus condemnatis, & confessis terminum, seu dilationem ad solvendum. Etenim Imp. Pius *Cassio* proconsuli in hæc verba rescripsit: *Illis, qui fatebuntur se debere, aut ex re judicata necesse habebunt reddere, tempus ad solvendum detur, quod sufficere pro facultate cujusque videbitur, l. Debitoribus 31 ff. de re jud.*

78 Et si quæratur, quæ sit ista dilatio, respondet *Bart. in l. Si debitoribus, n. 1. ff. de re jud.* de jure esse tempus quatuor mensium, quod confessis est concedendum, sicut idem datur etiam condemnatis regulariter, *l. 4. §. si quis condemnatus, ubi glos. in verb. majorem, ff. de re jud. l. 2. C. de Usur. rei jud. c. quod ad consultationem, de re jud. cap. quærenti, ubi glos. in verb. quadrimestre, & Felyn. n. 2. de offic. Deleg. d. l. Debitoribus, ubi glos. & DD. ff. de re judic. d. l. si Debitori, ubi glos. in indultum ff. de judic. Alex. cons. 77. n. 1. versic. sed de jure communi, lib. 2. & Bartolus in dicta l. si debitori, n. 1.* sequitur *Abbas in d. cap. quod ad consultationem, n. 2. de re jud. Felyn. in d. cap. quærenti, n. 7. de offic. deleg.* ubi dicit ad hoc esse textum *in l. centum, §. ult. ff. de Confess.*

79 Verumtamen istud quadrimestre potest à judice ex justa causa prorogari, & arctari, *l. 2. ff. de re jud. cap. quod ad consultationem, ubi glos. in verb. Arctari de re jud.* Sed si judex illud arctaret, sine causa suppleretur à lege usque ad tempus legitimum, videlicet usque ad quadrimestre, *l. 4. §. si quis condemnatus, ubi glos. in verbo minorem, ff. de re jud. glos. in d. c. Quod ad consultationem, in verbo Arctari, de re jud.*

80 Cæterùm in confessis fuit quadrimestre à consue-

consuetudine limitatum,& reductum ad decem dies,*l.Si Debitori, ubi glos. in verb.modicum, & in verbo indultum*,quam Bart.*num.*1, declarat, & alii sequuntur, *ff. de Jud.idem Bart.in d.l. Debitoribus,n.2. Castr.num.15*, & alii. *ff. de re jud. Abb.in d. cap.Quod ad consultationem, num.2,de Jud. Felyn.in cap.Quærenti,n.2,ante finem,& n.7.de offic. Deleg.*

Et non solùm fuit,ut suprà, ad decem dies limitatum de jure communi,sed etiam ex dispositione *Statuti urbis lib.1,cap.89.Luc.Pet.in prax.lib. 4, c.3.nu.18.Fenzon.ad Statut. urb.d.lib.1. cap.89. n.14.*

81 Tenentur autem tam condemnatus,qui habet terminum quatuor mensium, quàm etiam confessus, qui habet terminum decem dierum, omnino cavere de solvendo in fine termini, aliàs possent capi,& in carceribus detineri, donec satisdarent, *l. Si Debitori, ibi,competenti cautela.ubi etiam glos. & Angel.n.2. Bart.n.3. Fulgos. n.4.Castren.n.11, ff.de Iud.* ubi quòd id procedit etiam si debitor sit solvendo, *Jas.in l. Debitoribus,n.14.ff.de re jud.*

82 Debet tamen debitor, antequam capiatur, citari ad cavendum de solvendo in fine termini,& constitui in mora,aliàs non posset, ratione d.satisdationis, carcerari, *Bald. in d.l.Si debitori, n.3,in fine ff.de Iud. Castr.* qui dicit se ita practicasse, *in l. Si universa,n.6,* & ibi *Jason.n.2, C.de precib. Imperat.offer. Aeneas Falcon.ad Abbatem in cap.Quod ad consultationem,sub n.22,in verb.Debet satisdare*, ubi dicit se ita practicasse ; nisi esset
83 † suspectus de fuga,quia tunc posset capi,etiamsi non constitueretur in mora, *Bald.in d.l. Si debitori,n.3,in fine,ff. de Iud.*

84 Sed hoc non procedit, quando debitor esset valde dives,adeò quod ex hujusmodi dilatione nullum damnum creditori posset inferri per subtractionem personæ, aut bonorum, nam tunc cessaret ratio,ob quam DD. præfati d. satisdationem exigunt, ac proinde debitor non esset cogendus ad satisdandum, *Alberic.in l. Si debitori, in princ. vers.unde exponunt, ff.de Iud. Abb. in cap. Quod ad consultationem,num.23, de re jud. Bald.in l.fin.num.1, in fine, versic. quid ergo,C de execut. ei jud Jas.in l.Debitoribus,num.14, in fine, ff de re jud.*

85 An autem creditor damnum hujusmodi pati possit,nec ne, Judex pro suo arbitrio, secundùm personarum qualitates,dijudicabit, *Alberic.in d. l. Si debitori in princ.vers.unde exponunt, ff. de Jud. Bald.in d.l.n.fin.1,in fin. vers.Quid ergo, C.de execut.rei jud.*

86 Primò tamen Regula superius firmata,quòd condemnatis detur terminus quatuor mensium ad solvendum,non procedit in condemnato ex depositio,qui statim tenetur solvere, *l. Si quis,ibi, illico,& ibi,quam celerrimè, C.depos. Felyn. in cap. Quærenti,n.2,de offic.Deleg. Socc.reg.396, in prima fallentia.*

87 Secundò non procedit, quando quis appellavit, & ejus appellatio fuit reperta manifestè frustratoria,quia clarè constabat, quòd ei nulla competebat defensio, nam tunc currit dictum tempus à die latæ primæ sententiæ, secùs si non sit ita manifestè frustratoria,quia tunc non currit tempus,nisi à die confirmationis, secundùm distinctionem,quam tradit *Bald: in l.2,n.7,C.de usur.rei jud.* quem sequitur *Alex.cons.94,n.2,l.4.*

88 Tertiò non procedit,quando quis fuit condemnatus à Judice, à cujus sententia appellare non licet, nam tunc illa statim executioni demandatur infra decem dies per *Text.in d.§. Aliud ubi Angel.in auth.ut sponsal.largit. Felyn.in c. Quærenti,n.2,de offic.Deleg. Alex.in d.l.Debitoribus,nu. 13,* & ibi *Jason.n.9, ff.de re jud. Socc.in d.reg.396, in 4.fallentia.*

89 Quartò non procedit,quando agitur de alimentis alicui constituendis, vel de subveniendo Minori per viam restitutionis in integrum ; nam tunc Judex infra quadrimestre sententiam exequitur,*Text.*est expressus *in l. Qui pro Tribunali ubi glos.in verbo constituatur, & in verbo subveniatur,ff.de re jud. gloss.in l.fin.in verb.statutum,* C.*de execut.rei jud.*

90 Quintò non procedit in condemnato per interlocutoriam,ut litium sit quandoque finis, ita post *Bart.in l.à divo Pio,* §. *in venditione,n.10.ff.de re jud.*tenet *Jas.in l.Debitoribus, n.10.ff.de re jud.*

91 Sextò non procedit, quando causa appellationis est deserta, *l. Quoniam nonnulli, ubi Bald:* C.*de appell.Roman in l.2,n.2,& n. 62,ff. de re jud. Alex.cons.94.n.2,lib.4 Felyn.in d.c. Quærenti,n.2 de offic.Deleg.* quod ubi hoc habet locũ, quando à die latæ sententiæ lapsum est quadrimestre, aliàs,licèt fiat executio vigore d.sententiæ, datur supplementum temporis, usque ad dictum quadrimestre.

92 Septimò non procedit in sententia arbitratoris,quia ipse inducit transactionem inter partes,*Roman.in l.2,n.2.vers.7.fallit.ff.de re jud. Felyn.in c.quærenti, n.2. de offic.Deleg. Bald.in l.fin. n.5.*C.*de execut.rei jud. Alex.in l.Debitoribus,n.12* & ibi *Jas.n.8.ff. de re jud*

93 Octavò non procedit,quando fuit actum actione reali,*Glos.in l.fin.in verb.statutum, vers.vel fortè judex*,C.*de execut.rei jud. Innoc.in cap quærenti,num.1,in verb.quadrimestre,de offic.Deleg. Alex.in l.Debitoribus,num.10,*& ibi *Jas.num.13.de re jud.* Si tamen res statim restitui non possit, datur tempus ad illam restituendam, arbitrio Judicis, *Innoc.in d.c.quærenti,n.1. de offic.Deleg. Jas.in d.l. Debitoribus,n.13. ff.de re jud.* dummodo condemnatus det cautionem de præstanda æstimatione,si res non restituatur,per *Text.in* §.*Et si in rem insit.de offic.Iud. Glos. in l.fin., in verb. statutum, vers.vel fortè*,C.*de execut.rei jud. Innoc.in d. cap. quærenti,n.1.de offic.Deleg.*

94 Nonò non procedit, quando fidejussor solvit pro reo in causa criminali, & obtinuit reum condemnari ad restituendum; nam si fidejussor solvens pro reo non habuit d.quadrimestre, nec etiam illud habebit reus condemnatus ad restituendum fidejussori, ita post *Bald: in addit ad Specul.de sent.l.2.p.3.ante fin.in vers. Titius fidejussit judicatum solvi*, tradit *Felyn.in d.c.quærenti,n.2 vers.6.de offic.Deleg.*

95 Decimò non procedit in causa criminali,*l. cum reis.ff.de pœn.Specul.de dilat.*§.1.*vers.Executoria,num.24.p.2. Cald. cons.197, aliàs 1. de re jud.*

Felyn.in cap.Quærenti,n.2,de offic. deleg. Bald.in l. final.n.10.C.de execut.rei jud. ubi quòd cum condemnatis criminaliter pro delicto non est ita misericorditer agendum , secùs cum condemnatis civiliter etiam pro delicto, idem *Bald.in d.l.fin.n.9*, C. *de execut.rei jud.* ex justa causa tamen supersedendum est in executione sententiæ criminalis in pluribus casibus, de quibus per *Alex.in l.Debitoribus,num.15,& seqq.* & ibi *Jas.n.15 ff.de re jud.Felyn.in d.cap.Quærenti,n.6. de offic.deleg.*

96 Verùm Judices Romanæ Curiæ quibuscumque debitoribus etiam condemnatis, postquàm debitum agnoverunt,& confessi fuerunt, dare solent terminum decem dierum ad solvendum,& hæc est praxis notoria, nec potest ullus ex dd. Judicibus *(A.C.excepto)* in vim quarumcumque suarum facultatum, dare longiorem dilationem, *Salust.Tib.in prax.lib.1,c.28,n.5.*

97 Ad supplendam autem hanc dilationem ultra decem dies,qui dantur volentibus agnoscere debitum,antiqua, & notoria praxis fuit adinventa in A.C.Tribunali,quòd debitor accedens ad Judicem,confitendo debitum, susciperet in se omnes censuras, & mandatum executivum , & hoc modo haberet debitor dilationem triginta dierum ad solvendum, *Gallef.de oblig.Camer.q.36,n.35.Salust.Tib.in prax.lib 1,c.28.n.1.*

98 Et ob id hujusmodi dilatio, censurarum nomen antiquiùs sortita est, *Salust.Tib.d.lib.1,c.28 num.1*, post verò Pii V. reformationem, quæ est ejus *Constit.117.inter illa, secundùm antiq.impress.* amisso antiquo nomine censurarum , cæpit terminus nuncupari, *Salust.Tiber. d.lib.1, cap.28. n.2.*

99 Solus igitur A.C.in Romana Curia debitum agnoscentibus terminum triginta dierum concedere potest,& sic privativè hanc habet facultatem, quoad omnes alios Romanæ Curiæ Judices, *Pius V.in reform.Trib. A.C. Const.117.Inter illa.in §.quod si, secundùm antiq.impress. Paul.V. in reform.Trib.urb.sub tit.de A.C. & ejus Trib.in §. & si Patri, & sub tit. de jud.in caus.civil.in §.nec quisquam,& est ejus const 71,Universi agri, Salust. Tib.d.l.1,c.28,n.5.*

100 Antiquiùs susceptis censuris, post triginta dies elapsos, solebat, unico contextu,& unica citatione, Judex relaxare censuras, & mandatum executivum, & censuræ , & Excommunicatio fulminabantur ab eo eodem tempore, *Gallef.de oblig.Camer.q.36.n.35.Salust.Tib.d. c.28,n.4.*

101 Sed hodie,susceptо termino 30.dierum elapso,mandatum executivum tantùm contra bona, & personam obligati absque alia excommunicatione conceditur, *Salust.Tib.d.cap.28, n.4.* nec hodie proceditur ad Excommunicationem,& Censuras, nisi in subsidium juris,quando,factis diligentiis,non reperitur persona, nec adsunt bona, super quibus executio fieri possit, quæ quidem diligentiæ etiam in locis destinatæ solutionis faciendæ sunt, tam ex antiqua praxi, quàm ex *Reform.sel.mem.Pauli V.sub tit. de A.C. & ejus Trib.§.minusq; qua est d. eius constitutio Universi agri.*

102 Et solet A.C. ex justa causa , prout si agatur de parva summa,aut creditor sit pauper, terminum triginta dierum reducere ad viginti , aut quindecim dies ejus arbitrio, *Pius V.de Const.117. §.Quod si parti,Paul V.d.Constit.71. §. Et si parti petenti,Gallef.de oblig.Camer.qu.36. Salust.Tib.d. l.1,c 28,n.4.*

103 Est autem terminus purè,& simpliciter absque ulla conditione suscipiendus , aliàs nihilominus conditio,& præservatio nullius est roboris,aut momenti,*Paul.V.d.Constit.71,§.Et si parti petenti, Salust.Tiber.d lib.1.cap.28,num.11, & seqq.*

104 Et,eo elapso, actor absque alia citatione, vigore mandati anteà decreti, aut relaxati, aut traditi, executionem prosequi potest, nec alio novo judicio opus est, *Pius V.d.Constit.117,inter, §.Quain re,Paul.V.d. Constit.71, Universi agri, §. Et si parti petenti.* Si verò mandatum anteà non

105 fuerat expeditum † in Tribunali A.C. potest expediri absque alia citatione,etiam virtute termini suscepti, & successivè fieri executio; secùs est in aliis Tribunalibus , in quibus solet citari debitor, ad solvendum juxta formam termini, *Salust.Tib.d.lib.1,cap.28,n.9.*

106 Termino tamen hujusmodi pendente, nullum omnino mandatum relaxari , nullaque prorsus executio fieri potest, & sic nihil penitùs est innovandum, *Pius V.d.Constit.117,inter illa, §.Quod si parti,Paul.V.d.Constit.71, §. Et si parti petenti, Rota post Zacch. ad Gallef.de oblig Cam. decis.2.n.5, & seq. & dec.3,nu.1,* & tradit etiam *Rota dec.259,n.3,p.1,recent.*

107 Et hoc procedit,etiamsi terminus fuerit tantùm in actis susceptus,licèt Judex illum non dederit,quia adhuc,eo pendente, nihil est innovandum, *Rota d.dec.359.num.4,& decis.383,n.5 par.1,recent. & post Zacch. de oblig. Camer.d dec.2 num.7.* nam censetur datus eo ipso, quod foit petitus, etiamsi Judex super eo non sit inter locutus,ut de notorio stylo A.C. testatur *Rota d. dec.383.n.5.par.1,recent.*

108 Et conceditur hic terminus ex notorio stylo Tribunalis A.C. omnibus illum petentibus, & debitum confitentibus, adeò quòd nemini soleat denegari, *Zacch ad Gallef. de oblig. Camer.q. 36,num.9. Rota decis. 359. num.7, & decis.383, num.1,par.1, recent. & post Zacch.de obligat.Camer.decision. 2, num.11, & decision.3,numer. 2,* ubi quod verbum videtur, de quo in *Constit. Pii V. super Reform. Tribun.* A.C. importat

109 necessitatem, *& num.7. & seqq.* etiam † obligatis in forma Cameræ , unde multò minus aliis,in hujusmodi forma non obligatis denegari poterit, *Rota d.decision.383,num.4, par.1,recent.& post Zacch.dicta decision.3, num.13, & seq.* etiam conventis in Salviano,quia in hoc judicio non debetur principaliter res, sed creditum, si res aliquo modo debetur, illud evenit secundariò, & incidenter, quod non attenditur, ad effectum de quo agitur,ut de observantia, & stylo Tribunalis A.C. testatur *Rota dicta decisione 383, num. 2, & seqq. par. 1, recent. & post Zacch. de obligat. Camer. dicta decision. 3,*

num.

num.7.& seqq.& non solùm A.C. concedit hu-
110 jusmodi terminum conventis in suo, sed etiam in quovis alio urbis Tribunali, quinimò si vult, potest illum concedere, etiamsi debitor illius susceptioni renunciaverit, *Salust.Tib.d.li.1.cap.28, n.6,& n.8.*

111 Et licèt debitor, nisi possideat stabilia, vel mobilia, quæ de facili occultari non possint, aliquando citetur ad cavendum de solvendo in fine termini, ex allegatis per *Salust. Tiber, dicto cap.28,n.13.* an tamen ipse debitor debeat cavere, nec ne, ut idem Salust.ibidem subdit, residet in Judicis arbitrio ; hodie verò nisi debitor sit suspectus de fuga, non cogitur cavere de solvendo in fine termini, & tunc suspicione pro- 120
bata, & ita observat praxis in Tribunali A.C.

112 Susceptio verò termini notabiles operatur effectus, nam illum suscipiens fatetur, se verum debitorem, *Burat.dec.887.num.6.*& agnoscit debitum, juxta textum *in l.ad solutionem.ubi glos.in verb. Acquieverit*, C. *de re jud. Rota dec.773.num.5 par.2,& decis.173.num.6.par.3, & decis.133.n.4, par.5,recent.*

113 Quinimò susceptio termini non solùm induc- 121
cit confessionem debiti, sed etiam renunciationem cuilibet expeditioni, etiam compensationis anteà ipsi debitori competenti, *leg. sed & si quis,§.fin.ff.si quis caut.l.ad solutionem,ubi Bald.in princ.& Salicet.num.1,C.de re jud. Rota dec.773, num.4 par.2,recent.Buratt.decis.144,num.6,* & approbationem debiti, & omnium anteà 122
gestorum, *d.leg. ad solutionem,C.de re jud. Rota post Zacch.de Societ.offic.decisione 50,num.1. Cavaler. decision. 139, numero 1. Duran. decis.373. n.16.*

114 Sed hoc primò non procedit,ad effectum sanandi nullitatem processus, licèt enim susce- 123
ptio termini probet realitatem debiti, non tamen sanat processus nullitatem, *Rota dec.173.n.6 par.3.recent.*

115 Secundò non procedit,quando terminus fuit susceptus per errorè,& ex falsa causa,ideò quòd non sufficiat aliqualem causæ scientiam habere in genere, *Duran.dec.373, n.17,* ubi etiam de communi testatur *Rot.in Romana Census,7.Maij 1607.coram bon.mem.Ortembergo.*

116 Tertio non procedit,ubicumque potest præsumi alia causa, quàm approbationis, prout in obligato in forma Guarantigiæ, vel in forma Cameræ;nam tunc terminus dicitur susceptus 124
metu mandari, & non solùm non dicitur approbatum debitum, sed etiam solutum, quod magis est,repeti potest,ex cumulatis per *Duran. d.dec 373,n.19.*ubi plures ad hoc allegat auctoritates.

B Sequestratio est duplex, scilicet voluntaria,
117 & necessaria, *Glos.in l.1, in verbo sequestratione,* C. *de prohib. sequestr.pecun. Bartol. in l intereſſe, num. 2, ff. de acquir. possess.* & clarius tradit *Abb. in cap. Examinata, num.14. de Jud. Card. in Clement. 1,num.25,& num.25. de seq.poss. & fruct.*

Sequestratio voluntaria est rei controversæ,
118 apud Tertium à pluribus de consensu partium 125
facta depositio, *l.ei, apud quem, §.ult.l.proprie, & l.Licet,ff.depos.l.sequester 109. ff. de verb.signif. Archid.in cap. Quia res,n.9.11. quæst.1.* & dicitur sequestratio,tunc à sequendo, quia utraque pars illius Tertii,qui ideò sequester appellatur, sequitur fidem, *d l.sequester,ff.de verb.signif.* cum aliis prælegatis, *Archid.in dicto cap. Quia res,num.9.*

119 Et hæc voluntaria sequestratio privat possessione, *Bart.in d.l.intereſſe,num.4, & alij, ff. de acquir.poss. Archid. in d. cap. Quia res, num.9, 11, quæst.1, Abb.* de communi testatur *in cap. Examinata,num.14.de Jud. Card.in Clement.1, num.25, & num. 32. de sequestr. poss. & fruct. Rota decis.171,num.4,par.3. recentior.Gregor. decis.307, n.17.*

Sed primò hoc non procedit ita absolutè,
120 quando in specie actum nihil fuit, quòd possessio transiret in sequestrem ; nam tunc licèt Deponentes non possint juvari illa possessione, unus contra alium, possessio tamen proderit Victori contra alios, *Archid.in d. cap. Quia res,n.9,11 q.1.Card.in d. Clem.1,n.25. de sequ.poss. & fruct.* ubi quod si actum fuit, quòd possessio transeat in sequestrem, illa non proderit concertantibus,etiam contra illos.

Secundò non procedit in petente seque-
121 strum cum clausula *sine præjudicio jurium suorum in petitorio, & possessorio*; nam tunc sequestratio etiam voluntaria,non privat aliquem sua possessione, *Card.in Clem.1. num.12.de sequ.poss. & fruct.Beltram.ad Greg.decis.9.n.15.*

Tertio non procedit † quando actum fuit,
122 ut tantùm causa custodiæ sit facta depositio ; nam tunc sequestratio non privat possessione, *l.Licet,§.rei depositæ, & l.intereſſe,ff. de acquir. poss. glos.in l.1.in verb.sequestratione,C. de prohib seq.pecun.*

Sequestratio autem necessaria,quæ fit Judicis
123 potestate,seu auctoritate, aut fit de re non contentiosa, & tunc est juris sui tuendi, vel oneris vitandi gratiâ, apud tertium facta depositio: aut fit de re contentiosa,& tunc est rei possessæ, seu detentæ, vel fructuum ejus, quæ in controversia vertitur, à possessore separatio, & penes Tertium depositio, officio Judicis, & ex causa facta, latè *Archid.in d.cap. Quia res,n.9,11, quæst. 1.* & dicitur tunc sequestratio, quasi quædam separatio, *Glos. in l.1, in verbo sequestratione, ubi etiam Bald.n.1,C.de prohib.sequestr.pec. Archid.in d. cap. Quia res,n.9,11.q.1.*

Et hæc necessaria sequestratio regulariter
124 non privat aliquem sua possessione, *Glos.in cap. Examinata,in verbo Ecclesiæ.de jud. Bartol.in l.intereſſe,num.4,ff.de acquir.poss. Card.in Clem.1, nu. 23,de sequestr.poss & fruct. Abb in cap. Examinata, num.14,ubi de communi.de jud. Gonzal. ad reg.8. in §.7.prœmial.num.57, & seqq.Rota dec.516 nu. 5,& decis.604, num.2,par.1. & decis.35, num.2, par.2, & decis.171,num.5, & decis.511,nu.2,verſ. nec minus,par.3,& decis.72,n.2 par.4,recent.Gregor.dec.9,n.2,& dec.437,n.3. Caval.dec.86,n.6.& dec.305,n.2. Duran dec.380,n.10,& n.17.* præsertim quando est factum causâ custodiæ, *Rota d. dec 372,n.3.p.4.recent.*

Et in dubio sequestrum censetur appositum
125 causâ custodiæ,non autè animo privandi aliquè

sua possessione, *Rota dec.171.n.3.& n.5.par.3.recent.Buratt.decis.186.n.7. Beltram.ad Greg.decis.9.n.11.Ferentill. ad Buratt. d. decis.186.n.15.* Etiamsi pars consentiat sequestro, nam tunc hujusmodi consensus non privat aliquem sua possessione,quia regulatur secundùm naturam decreti Judicis,& illi efficitur conformis,unde sicut Decretum non privat possessione,ita nec consensus,qui sequitur eius naturam, *Rota dec.171.n. 4.& n.5.par.3.recent.* latè *Beltram.ad Greg.d.dec. 9.n.12.Ferentill. ad Buratt.d.decis.186.nu.16.* ubi quòd licèt sequestratio privet possessorem commodo fructuum, non tamen illum privat effectibus Jutis.

126 Sed hoc primò non procedit,† si Judex contrarium expresserit, aut alàs de ejus contraria mente appareat, *Bart.in l.interesse, n.4.in fin.ff.de acquir.poss. Abb.in cap.examinata,num.14,vers.& quod dixi,de Jud,Rota decis.35.n.2.par 2.& decis. 511.num.2.in fine par.3.recent.Greg.decis.9.n.2.*

127 Secundò non procedit in possessione attentata, *Seraph.decis.314.n.3.Beltram.ad Greg.decis.9 n.14.Ferentill.ad Buratt.dec.186.n.17.*

128 Tertiò non procedit, quando est appositum per Judicem virtute, *Clem.1.de seq.poss.& fruct. Rota decis.171.n.5.par.3.recent. Beltram.ad Greg. d.decis.9.n.13.Duran.dec.408.n.2.*

129 Quartò denique non procedit, quando possessio est turbida, *Ferentill.ad Buratt.d.dec.186.n. 17.* ubi decisiones Rotæ ad id adducit.

130 Apponitur propriè sequestrum super mobilibus, licèt minus propriè etiam super stabilibus apponi dicatur, *Glos.in cap.2.in verbo sequestrari, de seq.poss.& fruct.& in l.1.in verb.sequestratione, C.de prohib.seq.pecun.Roman.cons.241.n.9.* Quinimò † sequestrum apponitur tam in prophanis, quàm in beneficialibus, *Abb.in cap.Dilectus,n.20 & seq.de seqq.poss. & fruct.Felyn.in c.olim, num.11 de rescript.Salust.Tib.lib.2.c 23.n.1.* & tam super corporalibus, quàm super incorporalibus, & spiritualibus, *Innoc.in cap.examinata,n.1,* & ibi *Hostien.n.21.& seq.de jud. Card.in Clem.1.n.5.de seq poss.& fruct.*

131

132 In beneficialibus autem semel appositum durat usque ad finem litis, *Rota decis.136.n.1.par. 2.& dec.511.n.1.& seq.p.3.recent.*

133 Verùm super immobilibus, loco sequestri, solet concedi inhibitio de non alienando, quæ sufficit,& idem operatur, quod sequestrum super mobilibus, *l.de pollicitationibus, ubi Bart. not. ff.de poll cit.Bald.in l.per diversas,n.20. C. Mand. Jas.in l.si fidejussor,§.si satisdatum, n.8. & n.31.ff. qui satisd.cog.Lancell.de Attent.appell pend.cap.12. lim.12.num.16. Verall.decis 92.par.2.& decis.158 num.2.& seqq.par.3. Cavaler. decis 329.n.4.* &

134 potest † etiam fieri sequestrum super fructibus, qui sunt pars rei immobilis, seu fundi, *Jas.in d.l. Si fidejussor, §.si satisdatum, num.7. ff.qui satisd. cog.*

135 Sequestres verò sunt custodes, *Vestr.lib.7.c.2, n.4.* & in literis sequestri solet illis custodia imponi. Custodes autem sunt Depositarii, *l.1.in fine, & l.Lucius 24 ff.Depos.Castr. cons.4.n.2.lib.3.* & tenentur fructus interim vendere, & alia facere, quæ diligens paterfamilias, & legitimus administrator faceret in re propria, & quicquid supereſt, deductis expensis, ei, qui victoriam causæ reportabit,in fine litis restituere, *Card.in Clem.quia,n.9.& n.33,& seq7.de seq.poss.& fruct. l.si oleum.ubi Bart.ff. de dolo malo. Vestr.in prax. lib.7.cap.2,n.4.* & finita controversiâ seu impletâ conditione,sub qua factum fuit sequestrum, tenentur sequestres ad restitutionem rerum sequestratarum actione depositi sequestraria,*l.ei apud quem,§.in sequestrum, & l propriè ff.depos.l.si oleum,ubi glos.in verb.sequestraria,ff. de dol.mal.*

137 Sed si conditio non est impleta, seu lis finita, quia neuter vicit, & unus tantùm deposuit, & per actorem stat, quò minus lis finiatur, potest contra sequestrem ad rei restitutionem agi actione præscriptis verbis, quasi tacitè actum sit, ut,actore non prosequente,res ei quæ illam apud sequestrem deposuit,restituetur, *l.si oleum,ubi glos.in verb.præscriptis, & Bart.num.4, ff. de dol. mal.*

138 Proceditur autem contra sequestrem viâ executivâ, *Salust.Tib.in prax.lib.2,cap.12.n.15, & seq.* ubi de inveterato stylo Tribunalis, teritur non secùs,ac contra Depositarium, cum quo in hoc à pari procedit, *Cavaler.dec.29,n.1 Ferentill.*

139 *ad Buratt. dec.516,n.5.* omnis namque sequester est Depositarius,cùm omne sequestrum in depositum,licèt non econtrà, *Archid.in c.quiares, n.9,11,q.1.*

140 Sed hoc non procedit, quando quis ageret viâ sequestri contra debitorem debitoris in forma Cameræ, aut alia executiva non obligatum, contra quem nec ipse debitor posset executivè procedere, prout si ageretur pro pensionibus domus,vel pro affictus debitis ex tacita reconductione,nam tunc non posset executivè agi ex illa tacita reconductione, licèt anteà ex conductione expressa expleta quis fuisset in forma Cameræ,vel Guarantigiæ, aut alia executiva obligatus *Gallesi.de oblig Camer.q.31.n.18,* ubi quod ita vidit judicari, *Scac.de appell q.17,lim.9,n.17,* cum aliis cumulatis per *Zacc. ad Gallesi. d.q.31,n. 20.Salust.Tiber.in prax.lib.2,c.12,n.17,* ubi quod tunc viâ ordinariâ proceditur, & datur appellatio,etiam suspensiva.

141 A sequestrationibus autem, sicut ab executionibus non est inchoandum, *l.1,ubi Bald.n.1, C.de prohib.sequ.pecun.Rebuff de sequestr.art.1.glos. 2,num.3,& seq.lib 6. Rota decis.464, num.1,p.1, & decis.764,num.5,par.2,& decis.222.n.2,par.6 recent.*

142 Nam sequestratio est regulariter de jure prohibita,tamquam odiosa,*l.1,* C. *de prohib.seq. pecun.Jas.in l.Si fidejussor,§.Satisdatum,n.27.ff.si quis caut. Alex.cons.6,num.10.lib.4,& cons.163,in prine li.6.Rebuff.de sequest.art.1,glos.2.n.3,Rota decis.293.n.2, & decis.464.par.1,recent. Greg. dec. 118,n.1.Caval.dec.324.n 1.*

143 Sed hoc primò non procedit in sequestratione voluntaria facta de consensu partium, nam hæc est de jure permissa, non tamen jussa, sicut cæteri contractus, *Bald.in d.l.1,n.3,* C.*de prohib. sequestr pecun.* cum aliis cumulatis per *Rot. dec. 136,n.4,par 2,recent.*

144 Secundò non procedit in sequestratione

non

non contentiosa facta ad juris conservationem seu damni evitationem, quia hæc etiam si fiat Judicis potestate, est permissa, *Bald. in d.l. 1, nu. 3 C. de prohib. sequestr. pec.*

145 Tertiò non procedit, quando lata est sententia in Curia in causa beneficiali, sive sit lata in possessorio, sive in petitorio; nam tunc super beneficio, & ejus fructibus apponitur sequestrum, & hic est casus *Clem. 1, de sequest. possess. & fruct. Glos. in d. Clem. 1, in verb. super Beneficio*, & ibi *Abb. n. 3, Card. n. 14, Anchar. n. 1, & Imol. num. 5*, latè *Vestr in Prax lib. 7, c. 2, n. 1, & seqq. Rot. decis. 293, n. 3, par. 1, recent.*

146 Hinc infertur, quòd, cùm in beneficialibus non detur Remissoria in prima, nec in secunda instantia, nisi facta obligatione de stando unicæ sententiæ, quando petens remissoriam est possessor, sententia contra eum habetur pro lata facta dicta obligatione, lata autem sententia in Curia, vel pro lata habita fi. locus *Clementinæ*

147 *primæ, de seq. poss. & fruct.* & † per consequens venit etiam apponendum sequestrum, virtute *d. Clem.* & ob id nisi etiam possessor consentiat sequestro, non potest obtinere Remissoriam, *Boccarc. de Remiss. c. 4, n. 9.*

148 Verumtamen hæc tertia fallentia, primò non habet locum in sententia, quæ habet præsumptionem contra se, *Card. in Clem. 1, numer. 13, de seqq. poss. & fruct. Vestr. in Prax. lib. 7 c. 2, num. 7, vers. idem etiam, Cassad. dec. 1, n. 2, & dec. 2, de seq. poss. & fruct. Put. dec. 166, lib. 2, Rot. dec. 634, n. 2, par. 3, diversi. lib. 3.*

149 Ex quo infertur primò, quòd cum sententia lata in Curia habeat majorem præsumptionem pro se, quàm habeant sententiæ de partibus, lata sententia in Curia, sit locus sequestro, & Clementinæ, licèt antea fuerint latæ contrariæ sententiæ extra curiam, ob d. majorem præsumptionem, quæ magis stat pro illa, quàm pro istis *Buratt. dec. 22, n. 37.*

150 Infertur secundò, quòd habens sententiam & rem judicatam in possessorio, si deinde reportet contrariam sententiam in petitorio, est locus sequestro, & Clementinæ, quia cum dominium nihil commune habeat cum possessione, *l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. poss.* sententiæ, & res judicata in possessorio nullam faciunt præsumptionem contra aliam latam in petitorio, *Vestr in prax. lib. 7, c. 2, n. 6; Put. decis. 297, n. 2, lib. 1, in correct.*

151 Infertur tertiò, quòd lata prima sententia pro possessorem Curia, secunda verò contra possessorem pariter in Curia, quia utraque sententia habet æqualem præsumptionem pro se, in dubio melior est conditio possidentis, & ob id non est locus sequestro *Card. in d. Clem. 1, n. 13, de seq. poss. & fruct. Buratt. dec. 22, n. 35.*

152 Secundò, hæc tertia fallentia non habet locum contra possessorem triennalem, qui defenditur à regula de triennali, *Vestr. in prax lib. 7, c. 2 n. 6, in fine, & n. 8, Cassad. dec. 3, & dec. 4, de seq. poss. & fruct. Verall. dec. 159, par. 3.*

Unde infertur, quòd Simoniacus, vel alias

153 habens vitiosum ingressum, non defenditur à regula, & ob id, lata contra eum sententia in Curia, sit locus sequestro, & Clementinæ, *Vestr. d. lib. 7, c. 2, n. 6, in fin. Cassad. d. decis. 3, de seq. poss. & fruct.*

154 Tertiò eadem tertia fallentia non habet locum, si sententia non est lata pro eo, qui petit sequestrum, sed pro alio, vel si fuit lata pro eo, qui sequestrum petit, est tamen nulla defectu jurisdictionis, vel si est valida, non est lata super possessorio de per se principaliter intentato, sed simul cum petitorio postea suspenso, quo casu sententia definitiva non est, ac proinde in his casibus non est locus sequestro, aut Clementinæ, *Vestr. d. lib. 7, c. 2, n. 7.*

155 Quartò, regula, quod sequestratio est de jure prohibita, non procedit, quando probatur dilapidatio, vel dilapidationis suspicio, *Glos. in l. 1, in verb. sequestratione, C. de prohib. seq. pecun. Bar. in l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. Bal. in l. 2, num. 9, & Salicet. num. 4, in fin. C. de hared. vel act. vendit. idem Bald. in l. si Fidejussor, §. si satis datum, num. 2, ff. qui satisd. Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. c. 23 in princ. & num. 1, Put. dec. 3, de sequest. poss. & fruct. Verall. dec. 91. par. 2, & dec. 158, num. 1, par. 3, Rot. decis. 654, n. 2, & dec. 727, n. 1, par. 2, recen. Cavaler. dec. 324, n. 4, Burat. dec. 105, num. 6, & dec. 595, n. 6.*

156 Debet tamen is, contra quem petitur sequestrum, hoc casu citari, nisi periculum esset in mora, *Rot. d. dec. 654. n. 2, par. 2, recent. Buratt. decis. 654, n. 1, & n. 2.*

157 Non tamen venit concedendum ante sententiam contra eum, qui possidet stabilia, & cujus qualitas sinistram excludit suspicionem, *Rot. dec. 654, n. 2, par. 2, recent. Buratt. decis. 105, num. 6.*

158 Quintò non procedit, quando possessio est nulla, *Rot. decis. 554, nu. 1. par. 3, recent.* & multò minus procedit, si est nulla attentata, quæ ob id de Stylo Rotæ venit omninò sequestranda, *Rot. dec. 503, num. 1, & dec. 514, n. 1. par. 1, & decis. 185 par. 2, & dec. 174, nu. 1, & dec. 658, n. 1, & decis. 685, n. 1, p. 3, rec. Caval. dec. 175, n. 4, Rot in Cortonen. jurispatronatus 21. April. 1641. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*

159 Sextò non procedit quando possessio est hinc inde turbida, *Put. decis. 362, lib. 2, Burat. dec. 527 n. 5, Duran. dec. 243, nu. 1*, secus si constat de possessione alterius, nam tunc quia non est commodo suæ possessionis privandus, sed potius parti adversæ inhibendum ne illum molestet, *Bal. in l. 1, n. 3, vers. & alia, C. de prohib. seq. pecun. Burat. dec. 105, n. 1, Greg dec. 61, nu. 1*, vel danda illi Manutentio, *Rota dec. 35, num. 1. & seq. par. 2, rec. Caval. dec. 324, nu. 8*, & præsertim si possessio est clara, *Greg. dec 9, n. 3, & dec. 69, n. 8, & dec. 137 n. 4, Beltram ad Greg. d. dec. 437, n. 3, & dec. 9, n. 16 vers. quando.*

160 Septimò non procedit, quando possessio est vacans, nam tunc debet sequestrari, cum nemini fiat injuria, *c. cum vos de off. Ordin. Rot. dec. 136, n. 4, & dec. 185, n. 1, p. 2, & dec. 174, num. 5, in fin. par. 3, recent. Burat. dec. 900, n. 1.* Rot. *in Cortonen jurispatronatus 22. Aprilis 1641. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*

161 Octavò non procedit, quando alias recuperatio fructuum esset difficilis, vel executio difficilior redderetur, *Rota decis. 13, num. 3. par. 2, diversi.*

vers. & decis. 136, num. 3, par. 2, recent.

162 Nonò non procedit, quando res est litigiosa, & timor est scandali, & ne partes veniant ad arma, *l. usus fructus, §. fin. cum l. sequenti, in princ. ff. de usufr. Gaill. observ 5, n. 2, Bald. in l. 1, n. 3, vers. & alia, C. de prohib. seq. pecun. Jas. in l. si Fidejussor §. si satisdatum, nu. 27, ff. qui satisd. cog. Put. decis. 372,*

163 *lib. 2, Rota decis. 513, n. 4, par. 3, recent.* Quod † tamen locum non habet, quando clarè constat de possessione alterius; nam tunc ille est manutenendus, etiamsi adsit dictus timor *Bald. in l. 1, n. 3, vers. & alia. C. de prohib. seq. pec. Beltram. ad Greg. dec. 9 n. 16, vers. quando, & seq.*

164 Decimò non procedit, quando sequestrum fit pro executione sententiæ, vel mandati, nam tunc sequestratio est adeo licita, ut non possit nisi solutione remove i, *l. si pecuniæ, §. fin. ubi Bart.*

170 *ff. ut in possess legat. Salost. Tiber. lib. 2, c. 23, num. 2, Cavaler. dec. 567, n. 1.*

165 Decimo primò non procedit, quando appellatur à mero executore.

Decimo secundò, quando quis clamat ad libertatem, nam tunc sequestrantur res ejus.

Decimo tertiò, quando Colonus negat pensiones, in quarum solutione diu fuit cessatum.

Decimo quartò, si maritus urgeat ad inopiam, sequestratur dos.

Decimo quintò, si timetur de sævitia viri, & non possit uxori caveri.

Decimo sexto, si puellæ, de cujus matrimonio agitur, timetur inferri molestia, debet sequestrari, in loco tuto, *cap. cùm locum de Spons.*

Decimo septimò, cùm aliquid est ablatum 172 ei, qui est de familia Judicis, fit sequestratio usque in adventum successoris, ne in causa suæ Familiæ judicet.

Decimo octavò, quando fit sequestratio contra Contumacem.

Decimo nonò, propter impotentiam non ca- 173 ventis de collatione bonorum facienda.

Vigesimò, ne aliàs perdatur vendendi commoditas.

Vigesimo primò, quando lata est sententia in judicio universali; nam tunc omnes res, de quibus est dubium, ne sint hæreditariæ, debet sequestrari.

Vigesimo secundò, quando jura partium sunt obscura.

Quos quidem casus enumerat *Glos. in Cap. 2, verb. sequestrari de seq. poss. & fruct.* latè *Abb. in d. cap. 2, à num. 7, usque ad num. 11, Jas. in l. Fidejussor. §. si satisdatum, num. 27. ff. qui satisd. cog. & relative* sequitur *Card. in Clem. 1, n. 12, de seq. poss. & fruct. Rot. dec. 293, n. 3, par. 1, recent. Cavaler. dec. 324. n. 1.*

166 Stante autem regula juris sequestrum prohibente, ut supra, qui vult ad sequestrationem devenire, probare debet casum exceptuatum, *Greg. decis. 118, nu. 2,* & ex adverso sufficit dicere, non esse factum sequestrum in casu de jure permisso, *Paris. cons. 41, n. 17. lib. 1, Alex. cons. 163, n. 2, lib. 6 Cavaler. dec. 324. n. 1, & seq.*

167 In casibus tamen, in quibus sequestratio est prohibita, admittitur nihilominus descriptio, & inventarium bonorum, *Bald. in l. 1, n. 12, C. de prohib. seq. pec.* ubi quòd judex debet esse cautus, ut res procedat sine injuria cujusque, *Abb. in c. 2, n. 37. de seq. poss. & fruct. Jas. qui alios cumulat in l. si Fidejussor. §. si satisdatum, n. 28,* & ibi *etiam Alex n. 14. ff. qui satisd. cog.*

168 Cæterum sequestrum ritè, & rectè factum solet fidejussione revocari, unde, ut dicitur, cautio est medicina sequestri, *l. si Fidejussor, §. fin. ff. qui satisd. cog. l. Senatus consulto, ff. de offic. Præsidis. l. fin. C. de ord. cognit. Alex. in d. l. si Fidejussor, § si satisdatum, num. 5, si quis satisd. cog. Abb. in c. 2, num. 19, de seq. poss. & fruct. Gallef. de oblig. Camer. q. 37, num. 39, Rot. decis. 654, nu. 5, par. 2, & decis. 381, n. 2, par. 3, recent. & post Zacch. de oblig. Camer. decis. 118, n. 12, Buratt. decis. 105, nu. 10.*

169 Est namque inducta sequestratio in defectum non idoneæ cautionis, *Rot. decis. 654, nu. 2, par. 2, recen. Ferentil. ad Buratt. dec. 654, nu. 9,* & ob id

170 contra eum, qui dedit idoneum fidejussorem, relaxari non debet, *Buratt. d. dec. 105, n. 11, & decis. 123, n. 7.*

171 Sed hoc primò non procedit, quando sequestrum est factum pro executione sententiæ, vel mandati ad effectum solutionis, nam tunc cautione non revocatur, sed est necessaria solutio, *l. si pecuniæ, §. fin.* ubi *Bart. ff. ut in poss. leg. Jas. in l. si Fidejussor, § si satisdatum, num. 17,* & ibi *Alex. n. 5 ff. qui satisd. cog. Felyn. in cap. examinata, num. 10, vers. 4, limita. de Jud. Carpan. ad Stat. Mediol. c. 111, num. 72, Ferentil. ad Burat. dec. 595, num. 9. vers. utrum hæc conclusio. Rot. post Zacch. de oblig. Camer dec. 118, n. 11, Cavaler. dec. 567, num. 1. Buratt. dec. 653, n. 1.*

172 Secundò non procedit in casu *Clementinæ 1, de sequestr. poss & fruct. Alex. in l. si Fidejussor, §. fin. num. 5, & seq. ff. qui satisd. cog Abb. in cap. 2, n. 24, de sequestr. poss. & fruct. Felyn. in cap. examinata, n. 10, vers. quintò limita. de jud. Card. in d. Clem. 1, nu. 29. de sequest. poss. & fruct.*

173 Tertiò non procedit in aliis casibus, in quibus sequestratio non solùm permittitur, sed etiam præcipitur à lege, prout in casu *d Clem Jo. Andr. ad Specul. in rubr. de seq. possess & fruct. sub litera A. vers. quod si sequestr.* ibi, *& nota, quod licèt regulariter. Vestr. in Prax. libro 7. c. 2, numero 9.*

174 Quartò non procedit in sequestro facto appellatione pendente, seu in causa appellationis, *Carpan. ad Stat Mediolan. d. c. 111, n. 76, Ferentill. ad Burat. d. decis. 595, n. 9, vers. quinto.*

175 Quinto non procedit in sequestro facto de mandato Principis, vel alterius superioris, *Jas. in l. si Fidejussor, §. fin. n. 17. ff. qui satisd. cog. Carpan. ad Stat. Mediol. c. 111, n. 71, in 4. limitatione.*

176 Sextò non procedit, quando sequestrum fuit factum ob timorem scandali, qui timor non cessaret per satisdationem, *Jas. in l. si Fidejussor, § fin. n. 17, vers. 2, limita. ff. qui satisd. cog. Felyn. in c. examinata, n. 10, vers. limit. 3, de Judic. Ferentil. ad Buratt. dec. 595, n. 9, vers. 4.*

177 Septimò non procedit, quando est lata sententia inter competitores inter se litigantes, *Felyn. in cap. cum super, numer. 11, vers. limita 3, de rejud. Put. decis 303, in fin. lib. 1, in correct.* secus si nihil inter se litigent, sed tantum contra tertium possessorem, *l. is à quo, ff. de rei vind. Felyn. in d. cap. cum super, n. 11, vers limit. 3, de rejud.*

178. Octa-

178 Octavò non procedit inter personas, inter quas non cadit satisdatio, *l. Imperator, ff. ad Trebell. Bald. in l. 1, num. 11, C. de probib. seq. pec. Jas. in d. l. si Fidejussor, § fin. num. 17, vers. 3, limita, ff. qui satisd. cog. Felyn. in c. examinata, num. 10, vers. fallit. 1, de Jud. Ferentill. ad Burat. decis. 595, nu. 9, vers. sexto.*

179 Nonò non procedit, quando conditio alterius efficeretur deterior, prout quando possessio erat vacans, *Felyn. in c. veniens, il. 2, nu. 9, vers. sed si possessio, de testibus, & attest.* vel posset, si possessio relaxaretur, aliquo casu in alium transferri, *Put. decis. 311, n. 2, lib. 1.*

180 Decimò denique non procedit in Sequestro facto contra Debitorem in forma Cameræ obligatum, *Gallesi. de oblig. Camer. q. 37, nu. 39,* & ibi *Zacch. n. 64, Coccin. decis. n. 2, Ferentill. ad Burat. dec. 595, n. 9, vers. secundo.*

181 Sed *Salust. Tiber. in Prax. lib. 2, c. 23, n. 2,* testatur, quòd de Stylo Curiæ tollitur Sequestrum præstita idonea cautione in forma depositi, & allegat *Gallesi. de oblig. Camer.* qui hoc non dicit, & ob id illum reprobat *Zacch. ad Gallesi. de obligat. Camer. d. q. 37, n. 64.*

182 Videtur nihilominus posse distingui, quod aut creditum obligatione Camerali vallatum, cujus vigore emanavit sequestrum, vel creditum, cujus virtute obtenta fuit res judicata, vel Mandatum, & successivè Sequestrum, est liquidum, & clarum, & tunc Sequestrum non tollitur, nisi solutione, *Gallesi. de obligat. Camer. d. qu. 37, n. 39,* quem ita declarat *Coccin. decis. 13, n. 2, in fine, Burat decis. 653, n. 1, & seq.* & in his terminis procedit etiam doctrina *Zacch. ad Gallesi. d. q. 37, n. 64,* ac ita passim observat Praxis in

183 Tribunali A. C. aut † creditum non est clarum, & liquidum, & tunc in dubio Sequestrum potest tolli mediante cautione, *Coccin. d. decis. 13, nu. 1, & seq. Ferentill. ad Burat. d. decis. 595, nu. 9, vers. 2,* & in his terminis benè procedit Stylus Curiæ, de quo testatur *Salust. Tiber. d. lib. 2, c. 23,*

184 *nu. 2,* Aut † creditum est omnino illiquidum, & tunc sicut Sequestrum non erat concedendum pro hujusmodi credito, ita concessum venit revocandum, prout cum sola juratoria cautione hoc casu revocatum fuisse, tradit *Burat. decis. 653 n. 2, & n. 7.*

185 In reformationibus autem Tribunalis A. C. reperitur de Sequestris specialiter provisum quod in illis causis beneficialibus, in quibus A. C. procedere potest, de quibus dictum est supra, sub hujus *primæ partis cap. 1.* non decernat Sequestra, nisi juxta formam *Clementinæ primæ de seq. poss. & fruct.* prout fit in Rota, & tunc cum clausula, proviso, quòd de fructibus sequestratis cultus divinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & onera beneficio incumbentia supportentur, *Pius IV. Const. 74, inter multiplices, § item non decernat, secun. antiq. impress. Paul. V. Const. 71, universi agri. § item non decernat Se-*

186 *questra.* Et insuper quod sequestra nunquam, nisi parte citata, & summaria causæ cognitione adhibita, decernat, nisi aliqua ratione timendum sit, Judicis arbitrio, de suspicione fugæ, vel bonorum dilapidatione, *Pius V. Const. 117, inter illa, § item, & in Sequestris, secun. antiq. impress. Paul. V. d. Const. 71, universi agri, in § idemque in Sequestris, & Mandatis suspicionis fugæ,* ubi quod quando timetur de fuga, vel dilapidatione, debet de hoc præstari juramentum, aliàs Sequestrum, aut Mandatum suspicionis, ut supra, obtineri non poterit.

187 Ex quibus remanet moderata illa antiqua laxitudo passim contra Juris tramitem relaxandi Sequestra adversus quoscumque, præmissis non attentis, *Salust. Tiber. in Prax. lib. 2, cap. 23, num. 1.*

188 Non omitto, quòd si fuit obtentum Sequestrum contra suspectum de dilapidatione, & non fuit tunc plenè justificatum, debet postea justificari, & si actor sit negligens, poterit Reus illum citare ad justificandum, & terminum ad hoc illi præfigendum curare, & nisi justificaverit, tunc, denuò illo citato, Sequestri revocationem obtinere valebit, *Salust. Tiber. d. l. 2, c. 23, n. 3. Burat. dec 653, n. 6, & seq.*

189 Cæterum quod de Sequestris, sub hoc titulo de *Exequutione* actum fuerit, redarguere nemo poterit, etenim Sequestrum est exequutionis species, *Rebuff. de sequest. art. 1, glos 2, n. 3,* cum aliis cumulatis per *Burat. dec. 653, n. 3.*

C De cautione in forma depositi, an, & quando

190 illius virtute possit tolli Sequestrum servatis servandis vigore Crediti, aut mandati obtentum, satis dictum est supra *lit. B. vers. 10, denique non procedit, & seqq. n. 180, & seqq.*

D Examplissima illa facultate eligandi, & sol-

191 vendi, quam Christus Dominus primò quidem & principaliter Petro ipsius in terris Vicario, ejusque successoribus dedit, *Matth. cap. 16. num. 17, & seq.* secundariò autem Apostolis, *Matth. cap, 18, n. 17, & seq* quorum, & universalis Ecclesiæ caput eumdem Petrum constituit, *Joan. cap, 21, n. 15, & seqq.* ibi, *Pasce Agnos meos,* & ibi, *Pasce Oves meas, Gravat. ad Vestr. lib. 1, cap. 1, num. 6.* cum aliis allegatis per *Ugolin. de Censur. tab. 1, c. 1. per tot. & supra in prohem.* Potestas corrigendi, & coercèdi per Censuras Ecclesiasticas, ortum habuit, latè *Ugolin. de Censur. d. tab. 1, c. 1, n. 2, & seqq.*

192 *q. 5,* equidem † excommunicandi potestas, cùm sit actus jurisdictionis fori exterioris, *Navarr. in Summ. seu Manual c. 27, n. 5,* cum aliis congestis per *Ugolin. de Censur. d. tab. 1, c. 2, §. 11, n. 2,* quinimò pars jurisdictionis, ut ait *Navarr. in Summ. d. cap. 27, num. 5,* ab ipso Summo Pontifice, ceu Fonte, in quo omnis potestatis plenitudo reposita est, in Episcopos & Prælatos per rivulos quosdam transfunditur, & à capite in membra transmittitur, *cap. ita Dominus, 19. distinct. Vestr. in Prax. lib. 1, cap. 1, in princ.* latè *Gonzal. ad reg. Canc. in § 1 prohem. nu. 14, & seqq,* ubi, plura cumulando, probat, quòd Episcopi quoad jurisdictionem, minimè successerunt Apostolis, sed illam à summo Pontifice habuerunt, etiam ab initio Ecclesiæ nascentis.

193

194 Et proinde Censura, quoad potestatem Ecclesiæ traditam, est de jure divino, quo verò ad formam, quia in corrigendo, seu coercendo Ecclesia utitur, est de jure positivo Pontificio introducta, *Navar. miscell. de orat. 47, n. 5, & in cap. inter verba, pralud. 3, num. 411, q. 3,* latè *Ugolin. de Censur. d. tab. 1, c. 2, n. 1, & seq.*

155. Si-

195 Similiter hæc eadem poteſtas per Cenſuras Eccleſiaſticas coercendi ab eodem Summo Pontifice in Auditorem Rev. Cameræ Apoſtolicæ influit, & tranſit, dum vigore ſuarum ordinariarum facultatum, à diverſis Romanis Pontificibus conceſſarum, eſt quarumcunque ſententiarum, & Cenſurarum, tam in Curia, quàm extra eam latarum, executor, & poteſt quoslibet inobedientes excommunicare, ſuſpendere à Divinis, & generaliter, vel ſpecialiter interdicere, & privativè quoad omnes alios, vigore obligationum Cameralium, Cenſuras Eccleſiaſticas promulgare, *Innoc. VIII. Conſt. 7, Apprimè, Pius IV. Conſt. 33 Ad eximia; ſecundùm novam impreſſ. Greg. XIV. in Conſt. Ad Generis impreſſ. poſt Saluſt. Tiber. in Prax. lib. 4, Paul. V. Conſt. 28, Eximiæ,* cum aliis allegatis ſupra hac eadem *parte 1, capite 1.*

196 Et licèt Cenſura dupliciter accipi poſſit, videlicet pro dignitate Cenſoris, & pro correctione alicujus: & rurſus in hoc ſecundo ſenſu, vel pro qualibet correctione, & ſic generaliter, vel pro correctione Eccleſiaſtica, & ſic ſpecialiter accipiatur: nihilominus in hoc ultimo ſenſu in terminis, de quibus agitur, accipi debet, *Navarr. in ſumm. c. 27. n. 1.*

197 Cenſura ergo Eccleſiaſtica eſt correctio, ſeu pœna ſpiritualis in foro exteriori Eccleſiaſtico, contra delinquentes infligi ſolita, latè *Ugolin. de Cenſur. tab. 1, cap. 15, in princ. & §. 1, & §. 2, per tot.*

198 Dicitur autem pœna ſpiritualis, quia illa mediante anima, quæ ſpiritus eſt, principaliter punitur, & uſus ſpiritualium prohibetur, *Ugolin de Cenſur. d. tabul. 1, c. 1, §. 1, n. 2.*

199 Vel Cenſura Eccleſiaſtica eſt ſententia lata à capace ordinis Eccleſiaſtici, mediante jurisdictione fori exterioris, qua quis privatur communione Sacramentorum, vel etiam hominum, vel exercitio divinorum ſpiritualium, vel prohibentur divina officia, vel Sacramenta, vel ſepultura, *Navarr. in ſumm. c. 27, n. 1.*

200 Hæc ſpiritualis correctio, quæ Cenſura nuncupatur, eſt triplex: Prima Excommunicatio, ſecunda ſuſpenſio, tertia interdictum, *Text. eſt expreſſus in c. quarenti, ubi etiam Gloſ. Abb. & alii de verb. ſignif. Oldr. ad conſ. 86, in fin. Bald. conſ. 478, n. 7, verſ. ſub nomine lib. 4, Navarr. in Summa, cap. 27 num. 1, Ugolin. de Cenſur. tabul. 1, c. 26, num. 1, & ſeqq.*

201 Excommunicatio eſt Cenſura Eccleſiaſtica, quæ privat communione Sacramentorum, & hominum, vel Sacramentorum tantum, *Navar. in Summ. c. 27, n. 1.*

Vel eſt pœna ſpiritualis ad correctionem delictorum, & animæ medicinam inventa, *c. cum medicinalis, de ſent. excom. in 6, cap. notandum 24, q. 3, Rom. conſ. 369, n. 12,* quæ tamen, ſi ex contemptu, & ſuperbia Excommunicati proveniat, mortalis efficitur, *d. c. cum medicinalis, in princ. de ſent. excom. in 6 & d. c. notandum, in fine 24, q. 3, Roman. conſ. 369, n. 12, verſ. nec etiam.*

Vel excommunicatio eſt mortis æternæ damnatio, niſi per eam, à Chriſto ſeparatus, per abſolutionem ei reintegretur, *Gloſ. in cap. præſenti, in verbo, præſenti declaramus, verſ. unde dic. de ſent. excommun. in ſexto.*

Vel denique Excommunicatio eſt quædam pœna inhabilitans homines ad actus publicos, *Rot. dec 693, in fine, p. 1, recent.*

Et dicitur ab ex, & communio, quod eſt extra communionem pono, *Gravat. ad Veſtr. l. 2, c. 4, n. 11.* 202

Inter cæteras autem Excommunicatio eſt major pœna, quam Eccleſia imponere ſoleat, *cap. corripiantur. 24, q. 3, Roman. conſ. 369, num. 10, Clar. in §. fin. q. 77, in princ. Ugolin. de Cenſur. tab. 2, c. 1, Rota dec. 10, n. 1, in fine, de ſent. excomm. in nov.* 203

Duplex eſt excommunicatio, videlicet major, & minor: major Excommunicatio eſt Cenſura privans communione activa, & paſſiva Sacramentorum, & hominum, *Navarr. in Summ. c. 27, n. 1, ubi de communi.* 204

Minor verò eſt Cenſura, quæ privat participatione paſſiva omnium Sacramentorum, *c. ſi celebrat, de Cler. excomm. miniſt. Navarr. in Summ. d. c. 27, n. 1.*

Vel Major Excommunicatio eſt privatio uſus communionis exterioris Eccleſiæ, excludit enim à participatione Sacramentorum, & à communione Fidelium, *Clar. in d. §. fin. q. 77, in princ. ubi de communi, Ugolin. de Cenſur. d. tab. 2, cap. 6, n. 4.*

Minor verò propriè per ſe eſt privatio uſus Sacramentorum paſſiva tantùm, *c. à nobis de except. Clar. in d. §. fin. q. 77, in princ. ubi de communi, Ugolin. de Cenſur. tab. 2, cap. 6, §. 1.*

Rurſus Excommunicatio alia eſt Judicialis, quæ fertur in Judicio; alia Extrajudicialis, quæ fertur extra Judicium, *c. Venerabilibus, §. attamen. & §. ſimiliter, de ſent. excomm. in 6.* 205

Iterum excommunicatio alia eſt à Canone, alia ab homine, *Feder. de Sen. conſ. 11. nu. 9, verſ. quinto non obſtat.* 206

Alia eſt publica, quæ annullat geſta ab excommunicato ratione publici officii, *Bald. conſ. 437, Ex quo Abbas ſancti Viti, lib. 2,* alia occulta, quæ hujusmodi geſta non annullat, ut poſt *Bald. d. conſ. 40; 7,* tradit *Felyn inc. ad probandum 24, n. 3, de reſied. Coccin. dec. 322, n. 8, Rota in Jacen. Archidiaconatus, 23 Julii 1601, in congregatione coram bo. me. Card. Pamphilio ſeniore, patruo Sanctiſſ. D. N. Innocentii X. & dec. 167, num. 2. poſt con. Far. in lib. 2.* 207

Denique Excommunicatio alia eſt generalis, alia ſpecialis, *c. à nobis il primo, de ſent. excomm.* cum aliis adductis per *Navarr. in ſumm. c. 27, n. 2,* ubi etiam alias tradit deciſiones. 208

Differt autem Anathematizatio ab Excommunicatione, ſicut ſpecies à genere, nam omnis Anathematizatio eſt Excommunicatio, non è contra, cum Anathematizatio ſolum majorem, non autem minorem Excommunicationem ſub ſe comprehendat; Excommunicatio verò utramque ex vi vocabuli ſub ſe contineat, *Navarr. de dat. & promiſſ. n. 9, & ſeq.* 209

Suſpenſio verò eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus, quatenus Clericus eſt, impeditur, quominus Eccleſiaſticas functiones exerceat *Ugolin. de Cen. tab. 4, c. 10, n. 2.* 210

Vel ſuſpenſio eſt Cenſura Eccleſiaſtica prohibens

bens usum officii, vel facultatis alicujus, *Navarr. in Summ. c. 27, n. 151.*

Vel denique Suspensio est censura Ecclesiastica, per quam interdicitur officium, vel ordo aut exercitium Personæ Ecclesiasticæ, *Silvestr. in verbo suspensio in princ.*

211 Suspensio alia est Juris, alia Hominis, *Abb. in cap. fin. num. 4, de Cler. excomm. minist. Gemin. cons. 133, vers. Illud dubium, Silvester in verb. Suspensio, num. 1.*

212 Et alia est propria, & alia impropria, alia Major, & alia Minor, alia quoad se, alia quoad alios, alia quoad se, & alios, *Silvest. in verb. Suspensio in princ. & num. 1, Navarr. in Summ. cap. 27, n. 151, & seq.*

213 Rursus alia est officii, & Beneficii, *c. tuarum de privileg.* alia est officii tantùm, vel partis ejus aut pertinentis ad illud tantùm, *Navar. in Sum. c. 27, n. 154.*

214 Suspensio ab officio est censura, qua Clericus impeditur, quo minus usum officii Ecclesiastici habeat; Suspensio verò à Beneficio est censura qua Clericus impeditur, quo minus fructus Beneficii Ecclesiastici percipiat, atque habeat, *Ugolin. de Censur. tab. 4, c. 10, n. 3, & seq.*

215 Sed interdictum est censura Ecclesiastica, qua prohibentur divina officia, Sacramenta, & Sepultura Ecclesiastica, quibusdam exceptis, *Navarr. in Summ. c. 27, n. 164.*

Vel interdictum est censura Ecclesiastica, qua Divinorum Ecclesiæ usus prohibetur, seu Divina Ecclesiæ, quatenus Divina sunt, prohibentur. *Ugolin. de Censur. tab. 5, c. 18, n. 2.*

216 Et est duplex, Universale, & singulare: Interdictum Universale est Censura, qua Divina Ecclesiæ in Provincia, Regno, vel Civitate, seu loco, in quem est latum, aut omnino, aut ne de more fiant, prohibentur: Singulare verò est duplex, aut unius loci particularis, seu Ecclesiæ, aut unius Personæ: Interdictum Ecclesiæ, seu loci est censura Ecclesiastica, qua Divina in aliqua Ecclesia, seu loco particulari prohibentur, Interdictum verò Personæ est Censura Ecclesiastica, qua Ecclesiæ Divina alicui personaliter prohibentur, qui interdictus est, *Ugolin. de Cens. tab. 5, c. 18, n. 3.*

217 Vel secundùm *Navarr.* Interdictum est triplex, locale tantùm, personale tantùm, & locale & personale simul.

218 Locale tantùm, in quo locus interdicitur, aut est generale, prout quando interdicitur Regnum, Provincia, Civitas, Parochia: aut speciale, quando interdicitur locus, seu Ecclesia particularis.

219 Personale tantùm, aut est generale, quod interdicit, Universitatem Hominum, ut Regni, Populi, Provinciæ, Civitatis, oppidi, Parochiæ: aut speciale quod interdicit personas particulares, *Navarr. in Summ. c. 27, num. 166, Ugolin. de Cens. tab. 6, c. 6, n. 1.*

220 Locale & personale simul est tertia species interdicti, quando interdicitur locus, & personæ simùl in universali, vel in particulari, *Navarr. in Summ. d. c. 27, n. 166.*

221 Primò autem ad hoc, ut quis possit excommunicari, aut Censura Ecclesiastica ligari, debet esse Homo mortalis, baptizatus, habens Superiorem, *cap. Romana, §. in Universitatem, ubi Gemin. col. ult. circa med. vers. Excommunicatio verò, de Sent. excomm. in 6, Soccin. in cap. Postulasti, num. 4, de Judæ. Navarr. in Summa c. 27, nu. 13, in princ.*

222 Ex quo infertur primò, quòd Hebræus, Turca, & similes non possunt excommunicari, nec alia Censura Ecclesiastica ligari, etiamsi Cathecumeni essent, *Navarr. in Summ. d. c. 27, num. 13, Abb. in cap. ab excommunicato, n. 9, vers. Exemplum de rescript.* cum aliis, quos refert, & sequitur *Ugolin. de Censur. Tab. 1, c. 17, §. 5, nu. 2, & seq & in tract. Censur. Pontif. reserv. par. 1, cap. 9, per tot.* ubi quod hoc probatur *in cap. omnis Christianus 11, quæst. 3, & in cap. audivimus, §. fin. vers. sicut, 24, q. 1.*

223 Hebræi etenim, Pagani & similes nec etiam incidunt in excommunicationem à Jure, seu Canone provenientem, ac proinde percutiendo Clericum, non incidunt in Canonem, *Si quis suadente Diabolo, 17. quæst. 4,* ut probatur *in 6. postulasti de Judæ. Archid. in d. cap. si quis suadente Diabolo, n. 7, 17, q. 4, Navar. in Summ. d. c. 17, nu. 13,* cum aliis cumulatis per *Ugolin. de Censur. d. tab. 1, c. 17, §. 5, n. 3.*

224 Potest tamen Judæus, vel alius similis, per indirectum quodammodo excommunicari, hoc est extra consortium Christianorum relegari, prohibendo Christianis sub pœna excommunicationis, ne cum eo in aliquo participent, vel communicent, rectus est *in cap. postulasti, ubi etiam Glos. Abb. & alii, de Judæis,* cum aliis congestis per *Ugolin. de Censur. d. tab. 1, cap. 17, §. 5, num. 4.*

225 Infertur secundò, quòd cùm Papa nullum habet Superiorem, & à nemine judicetur, *cap. si Papa, 40, dist. cap. cuncta per mundum 9, quæst. 3,* & † sit supra Leges, & Canones, & Concilium, *cap. significasti. de elect. cap. proposuit, de concess. præb. d. cap. cuncta, per mundum. 9, quæst. 3 l. Principes, ff. de leg. l. digna vox, C. de leg. cons. 588,* 226 *num. 5,* nec † excommunicari, nec ab Homine, aut à Jure possit Censuris ligari, *Navar. in Summ. d. cap. 27. n. 13, Ugolin. de Censur. d. tab. 1, cap. 17, §. 6, n. 8, & seq.*

227 Infertur tertiò, quòd neque Angeli, neque Anima separata à corpore, neque animal irrationale, neque Dæmones possunt excommunicati, aut Censuris Ecclesiasticis alligari, *Navarr. in Summ. dicto cap. 27, num. 13, Ugolin. de Censuris, dicta tab. 1, cap. 17, numer. 2, & seqq.*

228 Infertur quartò, quòd Civitas, Universitas, Collegium, Capitulum, & similes, qui non sunt Homines, excommunicari non possunt, *cap. Romana, §. fin.* & ibi *Gemin. col ult. circa med. vers. Excommunicari verò, & alii, de Sent. excommun. in sexto, Abb. in cap. bonæ, il primo, numer. 20, & alii, de elect. Felin. in cap. dilecte, numer. 1, de except. Navarr. in Summ. dicto capite 27, numero 13, Covar. vers. resolut. libro 2, capite 8, numero 9, Salust. Tib. in dicta Praxi lib. 1, cap. 31, numer. 13, Gallesf. de obligat. Camer. quæst. 36, numer. 22,* & ibi *Zacch.*

num.4, Vgolin.de Censur.tab.1, cap.16, numer.4, & §.3, num.1, Ferentill.ad Buratt.decis.916, numer.6.

230 Ratio autem cur Universitas, Capitulum, & similes non possunt excommunicari, potest duplex assignari, prima est, quia universitas, & similes sunt personæ fictæ per præsentationem; sed excommunicari non potest, nisi persona vera, habens animam rationalem & baptizatam, *Gemin.in d.cap.Romana, §.fin. col.ult. circa med. vers.excommunicari vero*, & ibi etiam *Jo. And.* tradit *sub n.9.*

231 Secunda Ratio est, quia si Universitas, Capitulum, Collegium, & similes possent excommunicari, Innocentes paterentur pro peccatoribus, quod esse non debet, etenim si hujusmodi excommunicatio referretur ad personam veram, etiam Infans unius diei remaneret excommunicatus, quod non est admittendum, *cap. Romana in Universitatem, de Sent.excommun.in 6,* & ibi *Joannes Andreas d. numero 9, Covar. var. resolut. lib. 2, cap.8, numer.9, vers.fortassis, Gallens. de oblig.Camer.quæst.36, numer.22, vers. quæ practica. Vgolin.de Censur.tab.2, cap.26, §.1, vers. Deinde.*

232 Verum si contingat, omnes de Universitate, Consilio, Collegio, vel Capitulo esse culpabiles, & de hoc apparet, tunc potest Sententia excommunicationis ferri contra eos hoc modo, videlicet: *Excommunicamus Priores, & omnes alios de Collegio, seu Consilio Civitatis* NN. vel *Excommunicamus Præpositum, Decanum, & omnes alios de Capitulo Ecclesiæ* NN. Quam Praxim excommunicandi Universitatem, vel Capitulum, quando omnes sunt culpabiles tradunt *Hostien. in Summ.subdit. de Contum. §.fin. vers. ergo si constat, lib.2, Felin.in cap.dilectè, num.1, de except.Gallens.de oblig.Camer.d.quæst.36, n.21, Vgolin. de Censur.d.tab.2, cap.26, §.2, & §.4, n.2, vers.sed ad postremam quæstionem.*

233 Licèt autem Universitas non possit excommunicari, benè tamen potest interdici, vel suspendi, *cap. Romana, §.fin. de Sent.excommun.in 6, Abb in cap.bona, numer.20, de elect, Vgolin. de Censur.tab.4, cap.13, & tab.5, cap 20, Buratt. decis. 916, num.1,* & ibi *Ferentill. litera B. sub num.6, & seq.*

234 Ubi quòd suspensio convenit solis Clericis; Interdictum verò etiam Laicis, & sicut suspendi quis potest sine propria culpa, sta etiam interdici pro delicto alterius, *Vgolin. de Censur.d.tab.4, c.12, & d.tab.5, c.20, §.2.*

235 Infertur quintò, quòd Hæretici & Schismatici, qui sunt ipso Jure excommunicati, *cap. noverit, de Sent.excomm. Navarr.in cap.ita quorundam, not.11, numer.41, & seqq. de Jud. Vgolin. de Censur. Pont. reserv. in Bull. Cœn. par.2, in vers. Nec non Schismaticos, §.1, numer.1, & §.2, numero 1,* possunt iterum ad terrorem excommunicari, *Card. Tusc. litera E. conclus.440.* prout quotannis excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, *Navarr.in Summ cap.27, num.55, & num. 57, & in d.cap. orta quorumdam, in 11, not. num. 41, & seqq. de Judæis. Vgolin. de Censur. Pontif. reserv. in Bulla Cœn. par.2, cap.1, & in vers. Nec*

236 *non Schismaticos sub n.9.* Toties † tamen reiteratam excommunicationem unica absolutione tolli posse, cum unica sit excommunicatio, scribit *Navar.in d.cap.quorundam in 11, not. nu.41, de Judæis.*

237 Secundò ad hoc ut quis possit excommunicationis Sententia alligari, vel excommunicatus declarari, requiritur personalis citatio, seu monitio, vel intimatio, *Rom.consil.482, num.5, vers.quoad, Gallens. de oblig. Camer. q.36, num.12, Salust. Tiber.in Praxi lib.1, cap.33, num.3, Papazon. ad Rotam decis.5, numer.22, de reser.in nov. Rot.decis, 15, in fine, de Sent.excommun.in antiq & dec.1, numer.4, de Fer.in nov.Seraph.decis. 1296, nu.1, Rota decis.90, n.1, par.1, recent. Buratt.decis. 176, n.1.*

238 Sed primò hoc non procedit, quando quis comparuit saltem per Procuratorem, *Rot.decis. 11, de dol. & contum.in nov.Seraphin.decis. 1296, num.2.*

239 Secundò non procedit, quando quis fuit ab initio causæ personaliter citatus, nam tunc si recessit à Curia, potest contra eum procedi per audientiam Contradictarum, *Rot.decis.7, in fin. de Sent.excomm.in nov.Covar.in relect.cap. Alma mater, par.1, §.9, num,4, vers. secundus, de Sent.excomm.in 6.*

240 Tertiò non procedit, quando quis fuit malè absolutus, agitur de illo reintrudendo, *Rota d. decis.7, de Sent. excomm. in nov. Covar.in d.c. Alma mater, par.1, relect.§.9, numer.4, vers.quartus.*

241 Quartò non procedit, quando citatio, vel monitio venit ad notitiam Citati, & notitia est certa, & indubitata, *Rot.decis. 11, de dol. & contum.in nov.Cassador. decis 6, num.11, de caus. pass. & propriet. Covar.in relect.d.cap. Alma mater par.1, §.9.num.4, vers Tertius, Seraphin.decis. 1296.n.1.*

242 Quintò non procedit, quando quis latitat, vel ad locum, in quo degit, tutus non patet accessus, nam tunc potest citari domi, dimissa Copia, & per affixionem ad valvas Ecclesiæ Cathedralis, *Clem.causam, de elect. Seraph.d.decis. 1296, num. 3,* vel si domum non habet, per Edictum publicum, *d.Clem.in causam, de elect. Papazzon. ad Rotam dec.5, num.8, & seq. de reser.in nov. Covar.in relect.d.cap. Alma mater.par.1, §.9, num.4, vers. Primus passim, Rota dec.11, de dol. & cont.in nov.*

243 Sextò denique non procedit in Obligato in forma Cameræ, qui potest coram A. C. citari domi dimissa Copia, vel per contradictas, vel per diligentias, & successivè per affixionem juxta suos casus, de quibus supra *cap.2, litera C. & cap.3, litera D. vers. hoc tamen, & cap.4, litera E.* & ita quotidie observat Praxis.

244 Tertiò, ad hoc ut quis possit excommunicari, requiritur trina monitio, una, cum trino termino dierum distinctè assignato, *cap. Constitutionem, de Sent.excomm.in sexto. cap. Sacro, ubi Glos. in verb. competenti de Sententia excommunicationis, Navarr.in Summa, cap.27, num.11, Præpos.in cap. cum sit Romana, numer.28, de Appell. Gallens. de obligat. Camer. quæst. 36, numer.33, Covar in relect. cap. Alma mater, par.1, §.9, numer.5,*

ubi

ubi de communi testatur, *de sent. excommun. in 6,*

245 Et non solum requiritur d. monitio in excommunicatione, ut supra, sed etiam in suspensione & interdicto, *c. reprehensibilis in princ. ubi Glos. in verb. monitione, de Appell. & cap. Statutum, de Sent. excomm. in 6,* quæ quidem monitio trina

246 † seu cum trino termino, debet saltem continere spatium sex dierum, & sic duorum dierum pro quolibet termino, seu pro qualibet monitione, ut probatur *in d. c. constitutionem,* ibi, aliquorum dierum competentia intervalla, *Navar. d. c. 27, num. 11.*

247 Sed hoc primò non procedit, si necessitas aliter expostulet, *d. cap. constitutionem, in fin, de sent. excommunic. in 6, Covar. in relect. dicti capit. Alma Mater, par. 7, §. 9, num. 5, de sent. excommun. in 6.*

248 Secundò non procedit in contumace notorio, quia tunc alia monitio non requiritur, *c. cùm sit Romana, §. fin. de appell. c. illud, de Cleric. excomm. minist. cap. 1, ubi Abb. & alii de Jud. Franc. in d. cap. cum sit Romana, §. vult. n. 4, & seq.* & ibi *Præpos. n. 28, & Dec. n. 75, & seqq. de appell. Covar. in relect. d. c. Alma mater, par. 1, §. 9, de sent. excomm. in 6.*

Tertiò non procedit in Excommunicatione

249 lata à lege, Canone, vel statuto, quia tunc lex ipsa quotidie monet, & Judex solum declarat; sed benè procedit in excommunicatione lata ab homine, *Abb. in cap. cùm sit Romana, n. 33, de Appell. Covar. in relect. d. cap. Alma mater, par. 1, §. 9, numero 5, versic. Trina monitio, de sent. excommun. in 6.*

250 Quartò non procedit, quando periculum est in mora, *cap. Sacro. de sent. excomm. & capit. Constitutionem in fin. de Sent. excomm. in 6, Felyn. in d. c. Sacro, n. 4, de sent. excomm. Navar. in Summ. cap. 27, n. 11.*

251 Quintò non procedit, quando excommunicatio fertur pro futuris culpis, *Innoc. in c. Sacro in princ.* & ibi *Felyn. nu. 5, de sent. excomm. Abb. in cap. P. & G. n. 4, de offic. & potest. Jud. deleg. Navarr. in relect. c. cùm contingat in caus. 5, null. sub nu. 4, & seq. de rescript. Lap. alleg. 72, num. 2,* & ibi *Mandos. lit. E.* ubi de communi testatur, tunc enim dies interpellat pro homine, & Judex est loco monitionis, *c. potuit de loc. Felyn. in d. cap. Sacro, num. 5, de sent. excomm. Hostien. in cap. cum P. & G. n. 4,* & ibi *Joannes And. nu. 3, & seq. de offic. Deleg. Gallens. de oblig. Camer. q. 12, n. .... Lap. alleg. 73, n. 2, in fin.*

252 Dicitur autem tunc ferri Excommunicatio pro futura culpa, quando quis nondum illam admisit, & quando quis non monetur desistere ab aliqua culpa præcedente, vel præsente admissa, sed ob culpam, quæ est omnino futura, prout quando aliquis, faciendo debitum, consensit, ut Judex eum excommunicet, nisi infra certum præfixum terminum satisfecerit Creditori. *Abb. in d. cap. P. & G. numer. 9, in fin. de offic. Deleg. Gallens. de oblig. Camer. q. 12, num. 6, & seqq. Navarr. in relect. d. cap. cùm contingat, in caus. 5, nullit. sub num. 5, de rescript. Salust. Tiber. in Prax. lib. 1, cap. 33, numero 4, Lap. alleg. 73, numero 2.*

Neque huic quotidianæ Praxi obstat, quòd per viam pacti non potest aliquis ad pœnam excommunicationis obligari, quia procedit quando pactio efficeretur causa immediata obligationis, secus quando pactio non efficitur causâ immediata obligationis, sed ipsa contumacia Debitoris vera, vel præsumpta, ut in exemplo supra relato, *Gallens. de oblig. Cameral. quæst. 12, num. 6,* tunc enim ob contumaciam, & moram, sine qua Judex ad excommunicationem non procedit, fertur excommunicatio contra Debitorem, *Salust. Tiber. d. lib. 1, cap. 33, numero 4.*

254 Neque etiam relevat, quòd pro futuris culpis non est ferenda excommunicatio, præsertim ab homine, *cap. Romana, ubi gloss. in verb. futuris, de sent. excommun. in 6, Buratt. decision. 588, numero 3,* Quia hoc procedit, quando nulla causa præcessit, secus quando potest dici causam præcessisse, prout quando Debitor sponte fassus est debitum, & suscepit in se sententiam Censurarum, tunc enim signanter sub conditione sententia excommunicationis ferri potest, *Abb. in d. c. P. & G. numer. 9, in fine, & numero 10, de offic. Deleg. Gallens. de oblig. Camer. quæstion. 12, numer. 11, Salust. Tiber. d. lib. 1, cap. 33, numero 4,* & ita passim observat Praxis, & Curia.

255 Et hinc inolevit Stylus Curiæ A. C. apponendi singulis diebus judicis à Judice manum in libro Broliardo nuncupato, videlicet Relaxatio Censurarum.

Nisi infra tempus conventum, detur literæ de consensu, *Salust. Tiber in Prax. lib. 1, c. per tot. & c. 33, n. 5.*

256 Ratio autem hujusmodi appositionis manus est, quia relaxatio harum Censurarum est decretum definitivum, quod debet ferri in scriptis, *capit. 1, §. quis, de Sent. excommun. in 6,* quod procedit etiam in causis summariis, unde ad nullitates tollendas, & obviandum hominum malitiæ, Praxis hanc formulam subscriptionis induxit, *Salust. Tiber. in Prax. d. lib. 1, capit. 5, per tot.*

257 An autem, & quando pro futuris culpis excommunicatio ferri possit, plenius videtur distinguendum, nam aut excommunicatio fertur à lege, Canone, vel Statuto, & tunc ferri potest pro futuris culpis, *capitulo Ut Animarum periculis, de Constit. in sexto, cap. à nobis, il primo, de Sent. excommun. Glos. in cap. Romana, in verb. futuris, de Sent. excommun. in sexto,* quam communiter receptam dicit *Covar. in relect. cap. Alma mater, par. 1, §. 10, numero 1, Ugolin. de Censur. tab. 1, cap. 9. §. 5, numer. 1, & seq.*

258 Aut † excommunicatio generaliter fertur ab homine prò futuris culpis, & tunc, aut culpa præcessit, vel offensa prius facta est, & tunc potest fieri excommunicatio pro futuris culpis, ne imposterum culpa similis committatur, aut offensa reiteretur, & fiat *capit. à nobis il primo, de Sent. excommunic. in sexto, Ugolin. de censur. dicta tabul. 1, capit. 9, §. 5, numer. 3, versicul. excipitur, Covar. in relect. dict. capit. Alma mater, par. 1, §. 10, numer. 1, versic. sunt tamen, opinentur,* ubi quod usus foren-

sis, & praxis, quæ est optima legum interpres, ut istæ excommunicationes generaliter ferri ab homine possint, pro futuris culpis, induxit: aut

259 † non præcessit culpa, vel offensa, ut supra, & tunc aut aliqua subest causa rationabilis Excommunicationis ferendæ pro futuris culpis, aut non: si subest, potest ferri ab homine pro eis excommunicatio, d. *capit. à nobis, il primo de sentent. excommun. capit. Romana*, § *caveant, de sentent. excomm. in 6, Covarr. in relect. d. cap. alma mater, par. 1*, §. 10, *numero 1, vers. sunt tamen. Vgolin. de censuris d. tab. 1, cap. 6*, §.... *numer. 3, vers. postremo*, & in his terminis procedunt etiam tradita per *Gallens. d. q. 12, numer. 11, & Salust. Tib. d. lib. 1. cap. 33, num. 4*, cum aliis supra allegatis, aut denique nulla præcessit culpa, vel offensa, vel causa rationabilis, & tunc ab homine non potest ferri excommunicatio pro futuris culpis, & ita procedit *text. in cap. Romana. ubi glos. in verb. futuris. de sent. excomm. in 6, & Burat. d. dec.* 588, *n. 3*.

260 Sextò non procedit in Prælato Regulari excommunicante suum Religiosum, *Lap. alleg. 71, Prælatus*, nam in istis Prælatis Regularibus non servatur juris ordo sicut in sæcularibus *ca. qualiter. il secundo, de accus. Felin. in ca. Sacro num. 7, de sent. excom.*

261 Septimò non procedit quando ponitur interdictum non ad medelam, sed ad pœnam, *c. 2, de const. in 6, c. quamquam de cens. in 6. Navarr. in Summ. c. 7, n. 164, vers. quarto*, quod procedit etiam in suspensione, & excommunicatione, *Dec. in ca. reprehensibilis n. 8, de appell.*

262 Octavò non procedit quando excommunicatio fertur pro defensione jurisdictionis excommunicantis, *Lap. d. alleg. 73, num. 3. Innoc. in cap. Venerabilis n. 3, & seq. de cens. Gemin. in cap. dilecta nu. 7, vers. quæro an requiratur monitio*, & ibi, *Jo. Andr. n. 3, & Franc. nu. 2, de sent. excomm. in 6, Felyn. in c. Sacro. n. 6, de sent. excom. & in c. cum sit Romana nu. 16, de appell. Dec. in c. reprehensibilis numer. 11, de appell. Mandos. ad Lap. d. alleg. 73, sub litera I*. Quæ tamen limitatio procedit, quando quis procedit extrajudicialiter uti pars, non uti judex in judicio, juxta *text. in d. cap. dilecto, de sent. excomm. num. 6*, ut DD. præfati satis apertè affirmant.

263 Nonò non procedit, quando adest prohibitio, vel monitio à jure, vel ab homine alicujus futuri, ne scilicet aliquid fiat, vel quid debitum, vel honestum impleatur, prout quod non fiant Statuta contra libertatem ecclesiasticam, vel facta cassentur, vel quid simile, tunc enim ipsa prohibitio deserviret pro monitione, *cap. noverit, de sent. excom. Salust. Tib. in verb. Excommunicatio il primo, n. 12, & n. 13*.

264 Decimò non procedit, quando excommunicatio fertur pro manifesta offensa contra præsentem, *Lap. alleg. 73, n. 3, Add. ad Feder. de Senis cons. 11, nu. 15, in fine, Mandos. ad Lap. post alios quos cumulat d. alleg. 73, sub litera H*.

265 Decimo primo non procedit quando contumacia, seu delictum est manifestum, prout factum in præsentia judicis, *Fel. in c. Sacro, n. 1, vers. 6, limita de sen. excom.*

266 Decimo secundo, denique non procedit in excommunicatione lata vigore obligationis Cameralis in subsidium Juris, nam tunc, expedito Mandato executivo Executores faciunt fidem, se fecisse diligentias pro illo exequendo, & non potuisse illud realiter, aut personaliter exequi, unde producto in actis d. Mandato cum fide Executorum à tergo illius, citata parte ad dicendum contra jura, obtinetur decretum admissionis, si, & in quantum. Et successivè citatur pars ad videndum extendi formam Cameræ, & se declarari excommunicatum in juris subsidiū, & literas declaratorias, & Cedulones decerni, & obtinetur decretum, nisi infra tres, & juxta Praxim superius traditam *sub numer. 54. & seqq. Salust. Tiber. in Prax, lib. 1, c. 31, nu. 8, & seqq.* Qui

267 † quidem ternarius, seu trium dierum terminus, assignari solitus, videtur de stylo inductus loco trinæ monitionis, vel unius pro tribus, ad hoc ut validius ad excommunicationis, seu Censurarum fulminationem procedi possit, juxta tradita per *Gallens. de oblig. Camer. q. 16, nu. 33, &*

268 *seq.* vel loco † monitionis esse potest judicis præceptum, quod continet in se obligatio Cameralis, *Gallens. de oblig. Camer. q. 2, n. 13*.

269 Tribus verò diebus † prædictis elapsis, citatur denuò pars ad videndum relaxari literas declaratorias alias decretis, & quatenus opus sit de novo decerni, & relaxari, & obtinetur decretum, nisi ad primam, cum intimatione, qua executa & reproducta, dicta prima die juridica elapsa, expediuntur literæ declaratoriæ, & Cedulones affiguntur, *Salust. Tiber. d. cap. 31, n. 9*.

270 Ex quibus infertur, quòd licèt obligans se in forma Cameræ consentiat, se posse pro executione hujusmodi obligationis excommunicari, ut legitur in formula d. obligationis, impressa apud *Gallens. de oblig. Cam. in princ. fol. 3, & apud Salust. Tiber. in Prax. lib. 4, fol. 461*. nihilominus contra eum non proceditur ad fulminationem Censurarum, nisi in primis extensa forma Cameræ, juxta stylum Curiæ, citata parte, si instrumentum est extra Tribunal A. C. rogatum, etiamsi fuerit consensum in mandatum unica, &c. *Salust. Tib. in Prax. lib. 5, cap. 34, n. 2, Post. de Manut. obser. 103, num. 26*, & deinde, nisi in juris subsidium, & quatenus contra eumdem nec personalis, nec realis executio fieri possit, *Pius V. in refor. Trib. A. C.* §. *quod si quando, & est ejus Constit. 117, Inter illa, secundum antiq. impress. Paul. V. in reform. Trib. Vrb. sub tit. de A. C. & ejus Tribun.* §. *minusque, quæ est ejus Const. 71, Universi Agri, Salust Tiber. in Prax. lib. 1, cap. 39, num. 8, & seqq. & num. 13*.

271 Et est etiam Sacrosancti Concilii Tridentini dispositioni consonum, ne pro debito, aut pœna pecuniaria, nec in causis Civilibus, nec in Criminalibus quis possit, nisi in subsidium excommunicari, *Conc. Trid. sess. 25, c. 3, de reform. Navar. in sum. c. 26, n. 10, Rot. dec. 327, n. 5, post Consil. Farin. leg. 2*.

272 Verum diligentiæ, de quibus supra, ad hoc ut possit ad excommunicationem procedi contra Debitorem obligatum, fieri debent omninò in locis destinatæ solutionis, & in quibus venit facienda executio, *Paul. V. Const. 71, Universi Agri in* §. *minusque, Salust. Tiber. lib. 1, cap. 32, num. 8, & seqq. & n. 13, & cap. 33, n. 1*.

Cen-

Censuras autem vigore obligationis Cameralis solus A.C. qui est illarum Judex privativè quoad omnes alios, fulminare potest, sic disponentibus ejus facultatibus, *Paul. V. Constit. 28, Eximiæ, Zacch. ad Gallesi. de oblig. Camer. quæst. 12. n. 1.*

273

Sunt tamen plures personæ, contra quas A.C non solet vigore obligationis Cameralis fulminare censuras.

274

Primò namque Episcopi, & Prælati de stylo Curiæ non solent excommunicari, sed tantùm à Divinis suspendi, vel interdici, prout solet etiam respectus hujusmodi haberi secularibus in dignitate constitutis, qui tamen in forma Cameræ obligati possent excommunicari, cùm eorum dignitati, attenta dicta obligatione, & consensu, non fiat injuria, juxta *Gallesi. de oblig. Camer. q. 36. n. 20. & seq.*

275

Cæterùm nec in Curia, nec extra, contra Episcopos, Prælatos, ac Officiales Papæ, & Magnates ob suprem Principis reverentiam, nisi facto Verbo cum Sanctissimo, & de illius expresso mandato, excommunicationis literæ declaratoriæ, nec etiam in juris subsidium, conceduntur, *Extravag. cùm Matthæus, de hæreticis, Salust. Tib. in prax. lib. 1. c. 31. n. 12.*

276

Secundò non solent excommunicari mulieres, ut experientia, & praxis rerum magistra docet, ad *l. interpretatione. ff. de leg.*

277

Tertiò nec etiam solet ferri excommunicatio contra debitorem pauperem, & miserabilem sine sua culpa effectum, quia non est addenda afflictio afflicti; secùs si eorum culpa essent effecti tales, *Salust. Tib. d. lib. 1. c. 33. n 2. Abb. in c. Odoardus, n. 9. de solut. Gallesi. de oblig. Cam. q. 36. n. 24.* & ibi *Zacch. num. 5, Rot. post eundem Zacch, de oblig. Camer. decis. 40. n. 6.*

278

Et ratio est, quia in paupere miserabili, qui nihil habet, quod solvat, cessat contumacia, sine qua excommunicatio ferri non solet, *Gallesi. de oblig. Camer. q. 36. n. 24. Rota post Zacch. ad eumdem Gallesi. decis. 40. n. 6. Burat. dec 933. n. 2.*

279

Quòd si inopia non esset ita notoria, & sententia excommunicationis contra inopem ferretur, posset nihilominus uti injusta, probata inopia, revocari, *Gallesi. d. q. 36, n. 24.* quinimò quando excommunicatus est adeo pauper, quod solvere, & satisfacere non potest, est absolvendus ex officio, *Cap. à nobis. 1. secondo, de sent. excomm. Abb. in c. cùm homines, de Decim.* latè *Redoan. de spol q. 13. n. 42.*

280

Quartò infantes, & mentecapti, furiosi, & similes, qui infantibus æquiparantur, *l. 1. & l. quòd si infans. ff. de rei vind. §. Sed quod diximus inst. de inutil. stipulat. Vant. de nullit. defect. inhab. n. 15.* non possunt excommunicari, quia non videtur posse dari casus, in quo ipsi possint validè personam propriam in forma Cameræ obligare, *Gallesi. de oblig. Camer. d. q. 36. n. 23.*

281

Quòd si daretur casus, in quo pupillus doli capax posset propriam personam validè obligare, posset etiam vigore hujusmodi obligationis excommunicari, *Gallesi. d. q. 36. n. 23.*

282

Sed furiosus validè obligatus ante furorem, adhuc non videtur, furore superveniente, posse pro hujusmodi debito obligatione Camerali vallato excommunicari, tum quia non debet excommunicari, nisi is, qui facere contemnit id, ad quod tenetur, *Oldr. cons. 277. quod Abbas, per totum*, cum aliis allegatis supra *versic. 3. nec etiam.* Tum quia † est veluti infans, cui æquiparatur, *l. Infans. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* cum aliis suprà allegatis, & quicquid videt, & facit ignorat, *Clar. in §. fin. quæst. 60. n. 7. vers. Item quæro.* Tum quia sine dolo, contumacia, vel mora, quorum omnium ipse est incapax, *ex prædallegatis*, non fertur contra aliquem excommunicatio, *Salust. Tib. lib. 1. cap. 33, num. 4.* ubi allegat. Tum denique, quia furiosus satis suo furore torquetur, *Clar. in §. fin. quæst. 60. num. 7. vers. Item quæro*, & fati infœlicitas eum excusat, *d. l. Infans, ff. de Sicar.* & non debet addi afflictio afflictis, *l. Navis, §. cùm autem, ff. ad l. Rhod. de jact. c. Licet multum, de censuris, cum similibus.*

283 284 285 286 287

Operatur autem excommunicatio, inter alios effectus, ut excommunicatus repellatur à limine judicii, *Cap. Decernimus de sent. excomm. in 6. Rota decis. 275. num. 5. post cons. Farin. lib. 2. Coccin. decis. 425. n. 3. Rota dec. 606. n. 3. par. 2, & dec. 107. n. 5. par. 6 recent.* cum aliis allegatis suprà, *cap. 8. litera A.*

288

Adeò quod illi nec etiam sit concedenda manutentio, *Rota d. dec. 275. n. 3. post consil. Farin. Coccin. d. decis. 425. n. 3. Greg. dec. 64. num. 3.* & ibi *Beltram. n. 13. Cavaler. dec. 372. n. 2. Rota dec. 514. n. 2. par. 2. & dec. 193. n. 1. par. 5. & dec. 107. n. 5. par. 6 recent.*

289

Potest nihilominus excommunicatus se defendere, *Cap. intelleximus, ubi Antonius de Butr n. 1. & n. 4. Felyn. n. 4. & seq. Dec. n. 51. de Jud. Gravat. ad Vestr. in prax. lib. 7. c. 1. n. 25. & n. 28. & seq. Ugolin. de censur. tab 2. c. 16. § 4. n. 1. & seq. & §. 5. n. 1. & §. 6. n. 1.* cum aliis allegatis suprà, *c. 8. litera A. vers. conclusio.*

290

At si sit clericus beneficiatus, & perseveret per annum in excommunicatione potest privari Beneficio, *Cap. rursus, & cap. quicumq, 11. qu. 3. Abb: in cap. 1. num. 24. de Jud: Gravat: ad Vestr. lib. 8 cap. ult. n. 43. M. A. Genuen. in prax. Archiep. c. 26. n. 1. & n. 3.*

291

Quod tamen non procedit, quando quis fuit excommunicatus ob causam pecuniariam, *Abb. in cap. contingit, n. 7. de dol. & cont.* cum aliis cumulatis per *Gravat. ad Vestr. d. l. 8. c. ult. n. 42. Genuen. in prax. Archiep. c. 26. n. 6. vers. Notandum præterea.*

292

Cæterùm ab excommunicatione lata in Curia non datur absolutio, nisi causâ cognitâ. *Salust. Tiber. in prax. lib. 3. cap. 7. nu. 31. Verall. dec. 2. n. 1. part. 1, Rota decis. 4, in fin. de sent. excommun. in antiq: Seraph. decis. 1164. num. 4. Burati. dec. 146, num. 1,* & nisi parito judicato, *Seraph. dec. 432, num. 1. Rota dec. 621, num. 3. par. 2. recent. Burat. dec. 88, n. 5.*

293

Nec etiam de stylo Rotæ à censuris latis in Curia datur absolutio ad cautelam, nisi constet de nullitate, *Put. dec. 36. lib. 1, in correct.*

294

Quo verò ad censuras latas in partibus, commissa in Rota causa appellationis, & nullitatis, semper solet Rota ad cautelam ab illis absolvere, *Manlos. in prax. Signatur. Grat. sub tit. de absolut.*

295

solut. ab excommu. vers. absolutio à Rota, Put, dec. 59, lib. 1, in correct. Rota in Leopolien. censurarum 27 Januar. coram R.P.D. Cerro, & idem observatur in Curia A.C. teste *Salust. Tiber. li. 3. cap. 7, nu. 30.*

296 Non tamen datur à Rota absolutio, sine commissione speciali, *Rota dec. 4. de sent. excomm. in antiq. & dec. 3, num. 3. vers. Item quia,* & ibi *Paz. n. 7. de renunc. in nov. & decis. 546. n. 4. par. 2, & dec. 644, n. 3 par. 3, recent. Buratt. dec. 51, n. 6. & dec. 88. n. 4.*

297 Sed A.C. hac commissione non indiget, quia vigore suarum ordinariarum facultatum absque alia commissione à quibusvis censuris quasvis personas, & loca, etiam Universitates, & Capitula potest, non solùm in honorem festivitatum Paschalium, & Natalis D.N. Jesu Christi, & aliàs cum reincidentia, sed etiam penitùs absolvere, *Greg. 14. in const. Ad generu impress. apud Salust. Tib. in prax. lib. 4. Paul V. const. 28, Eximia,* cum aliis supra allegatis p. 1. c. 1. n. 33.

298 Quæ quidem absolutio in honorem festivitatum Paschatis, & Nativitatis Domini; cum reincidentia post festa, datur, etiam de styloRotæ, *Caput aq. decis. 2, n. 2, p. 1.*

299 Absolutus autem cum reincidentia, elapso tempore, per quod absolutus fuit, absque alia declaratione remanet ipso jure, & prout erat antea, excommunicatus, *Dec const. 145. per tot.*

300 Et sicut absolutus cum reincidentia per aliquod tempus, eo tempore, per quod absolutus fuit, non est excommunicatus, sic etiam excommunicatus sub conditione nisi infra tres, aut decem dies satisfecerit, pendente illo termino excommunicatus non est, *c. præterea il secondo, de appell.* ubi quod d. Excommunicationis sententia est conditionalis, *Socc. in l. quibus diebus, §. Quidam Titio, n. 9. ff. de cond. & demonst. Gallef. de oblig. Camer. q. 36. n. 10.*

301 Absolutio verò obtenta vigore Bullæ cruciatæ non juvat nisi post justam satisfactionem & in foro conscientiæ tantùm, *Navar. cons. 51. de sent. excomm. Rota dec. 659. n. 2. p. 4. recent.*

302 Operatur tamen hæc absolutio, ut sic absolutus possit suscipere Sacramenta, *Navar. d. cons. 51 n. 2. Rota d. dec. 659, n. 2. p, 4. rec.*

303 Petens autem absolvi non fatetur se excommunicatum, quia potest petere ad cautelam, *Rota dec. 5. de except. in antiq. & decis. 534. n 9. p. 1, & dec. 309. n. 19, p. 7. rec. Beltram. ad Greg. dec. 331, n. 18,* ubi quòd hoc non procedit, quando ex facto, quod narratur, excommunicatio resultat, & probata remanet.

304 Non omitto, quòd petens absolvi à censuris, tenetur præstare cautionem juratoriam de standō, & parendo mandatis Ecclesiæ super illa excommunicatione, *c. ex tenore, cap. Cùm desideres, & cap. super eo, de sent. excomm. glos. in c. qua fronte, in verbo cautione,* & ibi DD. *de appellat. Staphil. de lit. grat. fol. 157. vers. ult. quoad materiam, Rota dec. 2, de sent. excomm. in nov.*

305 Et si primò hoc non procedat in excommunicato ad partis instantiam, quia non paruit juri, id est, quando excommunicatio lata fuit pro contumacia judiciali, nam tunc cautio juratoria non sufficit, sed requiritur cum fidejussore, vel pignore, *c. ex parte il primo, & ibi glos. in verbo sufficienter. de verb. sig. qua fronte ubi glos. in verb. cautione, & Butr. n 15. Abb. n. 17. Præpos. n. 15, & Franc. num. 20, de appell. Felyn. in c. cùm contingat, n. 5 vers. 2 declara, de offic. deleg. Staphil. de lit. gra. fol. 157, vers. sed ego distinguerem, Rota d. decis. 2, vers. Secùs verò de sent. excommun. & post Zacch. de oblig. Cam. dec. 115.*

306 Secundo non procedit, quando agitur de reficiendis expensis factis occasione hujusmodi contumaciæ, quia tunc etiam requiritur satisfactio, vel fidejussio, aut pignus, *Mil. in verb. Excommunicatus autem, vers. quod autem, Rota d. dec. 2, versic. secùs, de sent. excomm. in nov.*

307 Tertiò non procedit, quando semel absolutus non servavit promissa, nam tunc non absolvitur amplius, nisi dato fidejussore idoneo, ne detur occasio peccandi, *Capit. quæstioni, ubi* DD. *de appell* cum aliis quos sequitur *Præpos. in cap. Qua fronte, num. 15. versic. Limitabitis secundo, de appell.*

308 Quartò non procedit, quando dubitatur, quòd excommunicatus non sit observaturus juramentum, *c Clericos, de cohab. cler. & mulier. Præpos. in d. c. Qua fronte, n. 15 vers. Limitabitis 3,* & ibi *Franc. n. 20. vers. 3, casus. de appell.*

309 Quinto non procedit, quando restituitur possessio, quæ aliàs fuerat sequestrata, ut in *c. 1, in fine, de sequestr. poss. & fruct.* nam tunc cautio juratoria non sufficit, sed requiritur cum fidejussore, vel pignore, *glos. in d. c. 1, in verb. sufficientem. de seq. poss. & fruct. & in d. cap. qua fronte, in verbo sufficienti cautione,* & ibi *Franc. n. 20, vers. 1, quando. de appell.*

310 Sexto non procedit in excommunicato ob manifestam contumaciam, nam tunc requiritur satisfactio *c. ex parte, il primo, de verb signif. c. Venerabilibus, §. secùs de sent. excomm. in 6, Mil. in suo repe. in verb excommunicatio pro manifesta contumacia, Franc. in d. cap. qua fronte, num. 21, de appell.*

311 Septimò non proceditur in excommunicato ob manifestam offensam, seu crimen, quod principaliter respicit hominem, seu partem adversam; nam nec eo casu aliqua cautio est sufficiens, sed requiritur satisfactio, *c. ex parte, il primo, de verb signif. d. c. Venerabilibus, §. secùs, de sent. excommu. in 6, glos. in d. cap ex parte, in verb. pro contumacia de verb signif. Mil. in verbo excommunicatio pro manifesta offensa, Præpos. in cap. qua fronte, num. 15. vers. Limitabstis 4,* & ibi *Franc. nu. 20, de appell.* secùs si crimen principaliter non sit contra hominem, sed contra Deum, *Franc. in d. cap. Qua fronte, n. 23,* & ibi *Præpos. n. 15. vers. unde pro solutione. de appell.*

312 Subdit tamen *glossa in d. cap. ex parte, il primo, in verbo pro contumacia, vers. quid si aliquis,* quòd quando quis est pauper, ita ut satisfacere non valeat, poterit præstare cautionem de satisfaciendo, cùm pervenerit ad pinguiorem fortunam, *Cap. Odoardus de solut.* etsi non potest cautionem præstare, tunc juret, & præstet quam

313 potest.

Ex quibus primò infertur confusè, & contra rextum

textum *in d.cap. ex parte, & d.cap. Venerabilibus, §. Secùs*, locutum fuisse *Staphil. de lit. Grat. fol. 157 vers. sed ego distinguerem*, dum ait, quòd pro crimine manifesto debetur sufficiens cautio, juxta tradita per *Gloss. in d.cap. ex parte, in verb. sufficiens*, quæ ait sufficientem esse cautionem, si pignora, vel fidejussores dentur; nam d. Gloss. ibi loquitur juxta primum casum ipsius text. quem glossat, videlicet, quando quis fuit excommunicatus pro cõtumacia tantùm, ut ibi *ex text. juncta d. Gloss.* clarè patet; at in secundo casu quando quis excommunicatur pro manifesta offensa, *Gloss. ibi in verb. Pro contumacia*, ait, quòd hîc talis non debet absolvi nisi satisfaciat, cùm constet de maleficio suo, & quidem si aliàs dixisset Glossa, dixisset contra textum *in d.cap. ex parte, in vers. In secundo*, ubi expressè deciditur, quòd si offensa est manifesta, requiritur satisfactio.

314 Infertur secundò, quod *Oran. in. decis. 115. n. 6. post Zacch. de oblig. Camer.* dum dicit, quòd quando quis fuit excommunicatus pro manifesta offensa, id est pro crimine, debet præstare cautionem fidejussoriam, sicut quando quis fuit excommunicatus pro contumacia judiciali, ut possit absolvi, ut ibidem num. 2. & seqq. videtur etiam confundi; nam Gloss. quam ad id allegat, *in d. cap. ex parte, in verbo Pro contumacia, de verb. signif.* expressè dicit, quòd ad hoc ut excommunicatus pro manifesta offensa possit absolvi, requiritur satisfactio, & quòd cautio cum fidejussione tantùm sufficeret, quando quis esset adeo pauper, ut satisfacere non posset, *Cap. Odoardus, de solut.* nisi illud Orani dictum ad hunc ultimum casum debitoris pauperis tantùm restringatur.

315 Octavò non procedit, quando quis fuit excommunicatus ob debitum vigore privilegii obligationis Cameralis; nam si creditum est clarum, & liquidum, quis non absolvitur, nisi satisfaciat, licèt aliquando per mensem, cum reincidentia, vel in honorem festivitatum, cum reincidentia post festa, & credito adeo claro, & liquido non existente, ad beneplacitum, absque alia cautione, absolvatur; parte tamen semper citata, ut quotidie observat praxis, & ob id licèt de jure excommunicatus non absolvatur, nisi data cautione de stando juri, quando quis fuit excommunicatus ob contumaciam judicialem, vel ob delictum, hoc tamen non adaptari ad casum, in quo quis fuit excommunicatus pro debito vigore privilegii obligationis Cameralis, respondit *Rota d. decis. 115, num. 7, post Zacch. de oblig. Camer.*

316 Nonò denique non procedit, quando quis fuit excommunicatus virtute obligationis Cameralis pro debito omnino illiquido, non justificato; nam, cùm tunc excommunicatio sit ipso jure nulla, non requiritur alia cautio, quinimò nec etiam est necessaria absolutio, *Rota d. decis. 115, num. 9. & seq. post Zacch. de obligat. Camer.*

317 Adeò quòd nec etiam sufficeret nova productio Jurium in actis pro justificatione dicti crediti illiquidi: quia censuræ debent exiisdem, non autem ex noviter deductis, justificari, *Rota post Zacch. de obligat. Camer. d. decis. 115. num. 11. Buratt. dec. 760. num. 1. Ferentill. ad Buratt. dec. 451. n. 15.*

E De cautione in forma depositi cum obliga-
318 tione de solvendo ad omne mandatum Domini dictum est suprà, *sub litera B. vers. Videtur nihilominus, num. 182, & seqq.* Sed ibi dicta procedunt in materia sequestri, cæterùm quando agitur de executione personali, non relaxatur debitor, nisi soluto debito, vel data cautione in forma depositi, de solvendo ad omne Judicis mandatum, quod potiùs quàm de jure, cùm deponere non sit solvere, ex inveterato stylo Tribunalis A.C. procedere, testatur *Salust. Tib. lib. 1, c. 4.*

F Illustriss. D. Carcerum Præses, qui est unus
319 ex Rever. Cam. A. Clericis, unà cum aliis carcerum Visitatoribus, sacram Visitam repræsentat, solentque ad eum, ut plurimum causæ, carceratorum ab eadem sacra Visita remitti, cujus jurisdictio per relaxationem carcerati à carceribus expirat, adeò quod non potest amplius in cognitione causæ principalis se intromittere, sed merita sunt à suo Judice cognoscenda, *Paul. V. in reformat. Tribunal. Urb. sub titulo de facult. Visitat. carcer. §. Præsides, quæ est dicta ejus Const. 71. Universi agri.*

320 Habent autem Visitatores carcerum facultatem relaxandi debitores à carceribus ex infrascriptis causis.

Primò, concedendo dilationem data cautione, possunt relaxare debitorem, qui in carceribus quotidie efficitur minus solvendo, dum extra carceres facilius modum solvendi reperiret, dummodo creditor sit ditior, & ære alieno non oneratus.

Secundò debitorem carentem pecuniis, qui tamen habet bona sufficientia pro satisfactione creditoris, dummodo consentiat ex tunc subhastationi, indicet bona, & det cautionem de se repræsentando in casu impedimenti, vel non sufficientiæ, sed si bona non sufficiant, nec velit cedere bonis debitor, non possunt illum relaxare, nisi de omnium creditorum consensu; Idéque servatur, si est clarum, quòd debitor non possit satisfacere, nisi ex sudore vultus sui.

Tertiò, quando benè cautum est creditori per executionem realem.

Quartò debitorem infirmum, & pauperem, nisi creditor ei ministret alimenta, & medicamenta, data tamen cautione, si illam habes, sin minus, juratoria cautione præstita, de se repræsentando sub pœna debiti.

Quinto debitorem pauperem, cui creditor non æquè pauper, non subministrat alimenta, prout sibi fuit mandatum.

Sexto mulieres honestas pro debito civili, etiam publico, captas.

Septimò debitorem suspectum de fuga, data cautione de se repræsentando sub pœna debiti.

Octavò debitorem, qui, servatis servandis, cessit bonis.

Nono debitorem nulliter, & indebitè captum, quando de hujusmodi nullitate manifestè apparet.

Decimo

Decimo debitorem, qui ex natura debiti de jure non tenetur, nisi inquantum facere potest, cùm nec etiam tunc carcerari potuisset, & executio sit hoc casu dirigenda contra bona. 329

In quibus plurimum tribuitur DD. Visitatorum arbitrio, *Paul. V. in d. Reform. Tribun. Urb. sub tit. de facult. Visitatorum carc. quæ est dicta eius Constit. 71, Universi agri.* 330

321 Personæ autem, quæ de jure non tenentur, nisi in quantum facere possunt, ac deducto ne egeant, sunt

Primò socius, maximè si sit omnium bonorum, *l. Verum, in princ. & §. 1. ff. pro Soc. l. sunt qui, ubi glos. in verb accepiendus, & Bart. in prima oppositione. ff. de re jud.*

322 Sed hoc non procedit, primo quando quis negat se socium, vel dolosè versatur, *l. sed hoc, §. quod autem, ff. de re jud. l. sunt qui, ubi glos. in verb. scrè ff. de re jud.* 331

Non procedit secundò in fidejussore, nec in hærede socii *d. l. verum, in princ. ff. pro socio.*

323 Secundò patronus, patrona, liberique eorum, & parentes, *l. Patronus, ff. de re jud.*

Sed hoc non procedit, quando jus patronatus fuit amissum, *Glos. in d. l. Patronatus, in verbo Patronatus, ff. de re jud.*

324 Tertio parentes in infinitum à filiis, seu liberis conventi, *l. sunt qui. in fine l. Patronus, ubi glos. in verbo Parentes, & l. Inter eos, § sed & si cum parte, ff. de re jud.*

Quarto miles in expeditione existens, *l. item miles ff. de re jud. Genuens. in prax. c. 3. n. 1.* 333

325 Quinto maritus pro quibuscumque contra & bus ab uxore in judicio conventus, *l. Non tantum, ff. de re jud.*

Sexto uxor à marito pro quovis contractu in judicio conventa, ut servetur æqualitas, *d. l. Non tantùm, in fine, ff. de re jud.* 334

326 Septimò socer à nuru in judicio conventus, *l. sicut autem, in princ. ubi glos. & Bart. ff. de re jud.*

Octavò socer conventus à genero pro dote constante matrimonio, *l. sed hoc ita, in princ. ff. de re jud. Gaill. observ. 87. num. 6, lib. 2. Ant. dec. March. 16.*

Sed hoc non procedit, quando socer convenitur à genero soluto matrimonio, *l. sicut autem, §. sed an. iuncta l. sed hoc ita, ubi Bart. ff. de re iudic.*

327 Nonò filii ejusdem matrimonii hæredes viri, si conventi fuerint pro restitutione dotis, *l. etiam in princ. ff. solut. matr. Glos. in l. si cum procuratore, in verb. Insolidum, & ibi Bart. nu. 3 ff. de re iud.*

Sed hoc non procedit in filiis ex alio matrimonio dicti mariti hæredibus, *Glos. in d. l. si cum procurator, in verbo Insolidum, & ibi Bart. n. 3, ff. de re iud.*

Secundò non procedit in hærede non suo, *l. & si fideiussor, §. si maritus, ubi glos. in verb. Hæredi, ff. de re iud.*

328 Decimò, Procurator, vel defensor mariti, *l. cum procurator, ubi Bart. n. 1, & seq. ff. de re jud.*

Sed hoc non procedit marito mortuo, nam tunc fiet condemnatio insolidum, *d. l. si cùm procurator. ff. de re jud.*

Decimò-primò fidejussor Socii, vel patroni, aut alterius, qui non condemnatur, nisi in quantum facere potest, si quasi defensor socii, aut alterius ex prædictis, judicium suscepterit, *l. Veterum, in princ. ubi gloss. in verbo conveniuntur, ff. pro soc.*

Est autem defendere, id facere, quod D. in litem faceret, & cavere idoneè, nec debet durior conditio procuratoris fieri, quàm sit Domini, præterquàm in satisdando, *l. sed, & hæ personæ, §. defendere, ff. de proc. l. Minor. 25. annis, §. Quoniam, ff. eod. tit.* & ob id etiam defensor mariti in amplius quàm facere potest, non est condemnandus, *d. l. Minor. § quoniam. ff. de proc.* cum aliis suprà alleg. *vers. procurator, n. 328.*

Decimo-secundò fidejussor eius, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, quando principalis comparet, suscipiendo in se judicium, opponit exceptionem ex persona sua, *l. Idemq, §. generaliter, in fine, ff. mand. Alberic. in l. Etsi fidejussor, circa med. vers. sed ad hoc,* & ibi *Bart. n. 2. ff. de re jud.*

Sed hoc non procedit, quando principalis non suscipit in se judicium, nisi fidejussor illud in se suscipiat, defensor, ut suprà, quia regulariter fidejussor condemnatur insolidum, & insolidum repetit, *l. Nesennius, & l. Etsi fidejussor, ubi Bart. n. 1. ff. de re jud.* 332

Decimo-tertiò Clericus, *Genuen. in prax. c. 3. n. 1. Risc. dec. 20. n. 2. par. 2.*

Decimo-quartò ille, qui ex causa donationis convenitur, non tenetur, nisi in quantum facere potest, & deducto ne egeat, verùm etiam is solus ære alieno deducto, *l. Inter eos, §. Is quoq; ff. de re jud.* 333

Per textum autem *in d. l. Inter eos, §. Is quoq; ff. de re jud.* aliàs de Anno 1618. in conclusionibus, quas publicè in almo Gymnasio Pisano discutiendas proposui, defendebam, donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum valere, quia, si donator non tenetur, nisi in quantum facere potest, & deducto ne egeat aliquid ei remanet, de quo potuerit testari, & invenire de facili hæredem, & ob id d. donatio non est contra bonos mores, cùm non auferat liberam testandi facultatem, & dicunt tenentes communiter contrarium. 334

Et licèt exadverso diceretur, implicare contradictionem, quod valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, & quod omnia bona non sint tradenda donatario.

Replicabam negando implicationem contradictionis; nam conclusio, an donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valeat, disputatur in eo sensu, & terminis, hoc est, an sit ipso Jure nulla, vel valida, & communis est opinio, quod non valet, hoc est quod sit nulla, unde non implicat contradictionem affirmare contra communem, quòd d. donatio valeat, hoc est, non sit nulla, & quod nihilominus donatori aliquid sit relinquendum, ac si illud sibi ab initio, quando donavit, expresè reservasset, cùm non teneatur, nisi deducto ne egeat, & nisi in quantum facere potest, ac proinde objectum implicationis contradictionis remanet verbale.

Ut-

Utcumque tamen hæc ratio vera sit in judi-
335 cando à communi recedere non auderem, sicut regulariter à communi non esse recedendum per textum *in l. prima, vers. Crebrior apud veteres est opinio, ff. de offic. Quæst.* & alia jura, quæ ad id congessit *Andr. Barbat. ad Alex. cons. 55, Perspectus, n. 27. in fin. lib. 4. Alex. cons. 12. Attentu, in fin. lib. 3. Roman. cons. 230. nu. 2. vers. quicquid, Alciat. præsumpt. 51. reg. 1. n. 2. Ant. Mar. Corat. de commun. opin in præfat. n 38. & tit 9. n. 3.*

336 Decimo-quintò, maritus conventus ab uxore pro dote, *l. Non tantùm, l. sicut, l. Patronus, & l. Fidejussor, § si maritus, ff. de re jud. l. Maritum, ff. solut. matr. §. Item si de dote instit. de act. Rota in Recanaten. separationis thori 26. Feb. 1625. coram bon. mem. Pirouano.*

337 Sed hoc primò non procedit, quando maritus dolo fecit, quominus facere posset, *l. Verum, §. Tempus, ff. pro soc. l. etiam, §. Licèt, ff. soluto matr. l. unica, §. Cùm autem. C. de rei uxor. act. Gloss. in l. sunt qui, in verbo ferè, ff. de re jud.*

338 Quæ quidem fallentia habet locum non solùm in marito, sed etiam in omnibus aliis prædictis privilegiatis, qui non tenëtur, nisi in quantum facere possunt, *text. est, in l. Verum. §. Tempus, vers. quod, & in cæteris, ff. pro soc.* &
339 merito, quia † non est dignus beneficio, qui mentitur in eo, quod est causa beneficii, *l. Sed hoc 12, §. Quod autem, ubi Bart. ff. de re jud.*

340 Secundò non procedit, quando maritus fuit ingratus erga uxorem, prout quando illius vitæ insidiatus fuit, *Rota in Romana separationis thori 14. Martii 1635. coram bon. mem. D. Merlino postea Decano* ubi quod id admisit etiam *Rota in Januen. separationis thori 4. Julii 1633. coram bon. mem. Coccin. Decano, quæ est decis. 231. n. 11. & seqq. par 6. recent.*

Quæ etiam fallentia videtur in omnibus
341 aliis privilegiatis antedictis locum habere, per regulam generalem, quam in materia ingratitudinis constituit *Jason. in §. Sed etsi quis, num. 5, versiculo prædicta intellige vera, Instit. de act.* ubi
342 † quod ingratus amittit beneficium, deducto, ne egeat, sicut perdit alimenta: & Jason sequuta est *Rota dicta decis. 231. num. 11. & seq. par 6. recentior.* nam ingratitudo perimit etiam id, quod habetur de jure naturæ, *§. Aliud quoq; capitulum, & §. si verò contigerit, versiculo justum autem, in Authen. ut cum. de appellat. cognosc.*

343 Tertiò non procedit, quando uxor est æquè pauper, *Franch. decision. 489 in fine, par. 3. Rota in dicta Romana separationis thori 14. Martij 1635. coram bon. mem. Dom. Merlino, postea Decano.*

344 Sic etiam pauper potest in carceribus detineri ab æquè paupere, licèt ei non præstet alimenta, quæ pauperi regulariter debentur, sic disponente *Reform. Tribunal. Urb. sub tit. de facultat. Visitat. carcer. quæ est Paul. V. Const. 71. Universi agri.*

345 Quarto non procedit in hærede mariti; nam regulariter beneficium earum personarum, quæ non tenentur nisi deducto ne egeant, & nisi in quantum facere possunt, non transit ad eorum hæredes, *l. Sciendum, & l. Nesennius in princ. vers. & sicut, ff. de re jud. l. verum, in princ. ff. pro Soc.* nisi sint filii ejusdem matrimonii hæredes viri, qui conventi pro dotis restitutione gaudent privilegio ex allegatis suprà, *vers. 9. Filii, num. 327.*

346 Senex autem septuagenarius, quamvis non habeat hujusmodi beneficium, ne teneatur, nisi in quantum facere potest, pro debito tamen civili non potest capi personaliter, *Anchar. consil. 336. n. 2. vers. His præmissis, Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 243. litera B in verb. Majores sexaginta, n. 7. Oscb. decis. 123. n. 3. in fine.*

Et propterea Principes solent eorum rescripto gratioso eximere personas septuagenariorum, quod passim conceditur in Signatura Gratiæ per sanctissimos Pontifices, cum clausula tamen, *facta assignatione bonorum, & præstito consensu illorum subhastationi*, ut in specie fuit rescriptum *7. Decembris 1643. per fel. mem. Urbanum Octavum in una Beneventana pro Bartholomæo de Tassis, & per sanctissimum D N Innocentium Decimum, 4. Aprilis 1645. in una Anconitana pro Ludovico Fatiolo, proponente R. P. D. à Valle, prout aliàs passim similiter servatum fuit, & servatur.*

G In executione primo capiuntur mobilia, &
347 semoventia, Secundo loco immobilia, *l. divo Pio. §. in venditione, ubi Glos. & DD. ff. de re jud. Fenzon. ad Statut. urb. libro primo, cap. 193. numer. quinto* Tertio verò loco capiuntur nomina debitorum, *dicta l. à divo Pio, §. In venditione, Galganet. ad Statut. urb. libro primo, cap. 195. num. 40. & num. 50.* Quarto loco sunt excutienda bona fidejussoris, ex allegatis per *Fenzon. ad Statut. urb. dicto cap. 193. numero septimo, & seqq.* Ultimo loco capitur persona debitoris, per *Glos. in l. 3. §. Tutores, ubi Bart. ff. de susp. Tut. Gallesi. de obligat. Camer. quæst. 15. num. 2. Fenzon. ad Statut. urb lib. 1. cap. 193. n. 3. & seqq.* ubi de communi, & magis communi testantes allegat.

348 Sed hoc non procedit, quando quis est obligatus in forma Cameræ, vel Guarantigiæ, nam tunc potest incipi à captura personæ, etiam nulla facta discussione bonorum, & fieri etiam executio realis, & personalis unico contextu, *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 41. num. 3. & seq. Galganet. ad Statut. urb. lib. 1. cap. 82. num. 50. & seq. Zacch. ad Gallesi. de obligat. Camer. quæst. 15. num. 7. & nu. 11.* prout nec etiam requiritur hoc casu aliqua excussio confidejussorum, *Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis. 118. num. 5. & num. 7.* Quinimò in obligatione Camerali admittitur variatio contra coobligatos de uno ad alium, de principali ad fidejussorem, de re ad rem, & de persona ad rem, ex allegatis suprà *cap. 1. in fine, vers. Cæterùm.*

349 Ex urbanitate tamen, & modestia executio personalis non fit contra Prælatos, Barones, & viros illustres, ac mulieres honestas, licèt obligatio Cameralis contra omnes indifferenter
350 gaudeat † privilegio præfato, *Salust. Tib. d. lib. 1, cap. 41. n. 4. Zacch. ad Galles. de oblig. Camer. qu. 15. n. 8.*

351 Cæterùm, executione facta, præsumitur pro illa, quòd fuerit ritè, & rectè facta, *l. ab ea, in secundo responso, ff. de prob. Surd. decis. 106. Rota decis.*
352 *293. num 6. par. 1. recent.* nam actus † semper præsumitur factus eo modo, quo validè fieri potuit, & debuit, & quòd præcesserint omnia, quæ erant necessaria, & opportuna, *l. Cùm in testamento, §. hæc verba, ubi Bald. & alii. ff. de Her. instit Aym. cons 52, num 2. vers Similiter, & num. 3. Crescent. decis. 4. num. 1. & dec. 6 post med. vers. tamen ad validitatem, de præsumpt. Mantic. dec. 352.*
353 *num. 11. Greg dec. 282. num. 7.* & † regula est generalis, quòd semper in dubio sumenda est interpretatio pro validitate actus, *l. Quoties la seconda, ff. de reb. dub. Aym. cons 284. nu. 6. Seraph. decis. 627. nu. 10. Rota decis. 44. n. 6. & dec. 373. n. 2. par. 1. divers.* adeo quod neganti validitatem executionis, incumbat onus probandi, *Rot. dec. 293. n. 7. par 1. recent.*

354 In casu tamen, in quo constaret de bono jure, & ob id, si non esset facta executio, esset omnino facienda, debet sustineri, etiamsi esset nulla, ad evitandos circuitus, & parcendum sumptibus, & expensis litigantium, *Glos. in l. Si finita, in princ. in verb. Liberetur*, ubi *Ang. num. 1.* dicit, se pluries ita practicasse, *& Alex n. 6. & seqq. & alii, ff. de damn. infect. Dec. cons. 449. n. 66. & seqq. Verall. decis. 250. n. 10. in fin. par. 1 Put. decis. 177. n. 1. & seq. lib. 1. in correct. Seraphin decis. 878. n. 2.* & in terminis executionis nullæ factæ contra Tertium in casu, quo constabat ex alia parte de bono jure, quia ille erat etiam in forma Cameræ obligatus, executionem factam esse sustinendam, fuit decisum in *Romana Usufructus 4. Julij 1632. coram bon. mem. Pirouano.*

355 Hoc tamen procedit in vi compulsiva, prout si judex non ritè processit ad executionem, & quis ab eo ita compulsus metu pœnæ solvit, juxta tradita per *Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 74. ff. de acquir. poss.* non autem in vi expulsiva, prout quando fuit capta possessio vigore sententiæ nullæ, cum præsentia Judicis, & satellitum, juxta tradita per *Seraph. decis. 732. num. 6.* quia tunc licet constaret de bono jure, spoliatus est ante omnia restituendus, *Put. dicta decis. 177. num. 1, lib. 1. in correct.* nisi constaret notoriè per sententiam de non jure spoliati, quia tunc non restitueretur, *Put. d. decis. 177. n. 2.*

356 Secundò procedit, secundùm opinionem, *Glos. Ang. & sequacium*, non autem secundùm opinionem Castrensis, qui vult quòd Judex unico contextu revocet executionem nullam, & illam incontinenti, vel ex intervallo, servatis servandis, de novo concedat, *Seraphinus dicta decis. 878. n. 2. versic. quod si.*

357 Verùm, si constet de bono Jure, & quòd executio est omnino facienda, & quòd parti nulla competit defensio, hæc opinio Castr. ad nihil aliud videtur servire, nisi ad protrahendas lites, & ambas partes in expensis, gravandas, ut sæpè experientia rerum magistra docuit.

358 Executio autem regulariter in bonis per Tertium possessis fieri non potest, nec procedi contra illum executivè, *Zacch. de obligat. Camer. quæst. 5. num. 36. Rota in Romana Census, 6. Martii 1645. coram R. P. D. Peutingero*, sed contra eum agendum est viâ ordinariâ, *Cavaler. decis. 62, num. 4. & seq. & decis. 131. num. 1.* cum aliis allegatis supra, *cap. 6 litera I. versic. Nec potest.*

359 Sed hoc primò non procedit, quando Tertius injustè possidet, *Cavaler. d. decis. 62, nu. 4. & n. 7.*

Secundò non procedit, quando bona fuerunt in Tertium alienata lite pendente, *Salust.*
360 *Tib. in prax. lib. 2. cap. 34. num. 7. Cavaler. d. dec. 131. n. 2.*

Verùm in hoc recurrendum est ad distinctionem magistralem suprà traditam *d. cap. 6. litera I. vers. sed in hac materia*, nam ibi plenè fuit dictum, an & quando possit nec ne contra Tertium procedi viâ executivâ, vel agendum sit viâ ordinariâ

361 Denique potest observari, quòd debitor, omni remedio destitutus, potest personalem, & realem executionem evitare, si habet pecunias in promptu, tradendo illas Executori, nam per hujusmodi pecuniæ consignationem cessat utraque executio, ut advertit etiam *Salust. Tib. d. l. 1. cap. 41. num. 9.*

SUMMARIUM CAP. XV.

1 *Citatio ad videndum mandari consignari Cursori pignora, quæ olim erat in usu, & eius formula, & processus.*
2 *Citatio ad videndum consignari pignora, videtur recessisse ab aula, & quare.*
3 *Citatio ad videndum mandari subhastari pignora, & eius formula, & processus.*
4 *Mandatum de subhastando, & eius formula.*
5 *Cursor, ad quem spectat recipit, & adnotat tres oblationes à tergo mandati de subhastando, & conficit cedulam subhastationis.*
6 *Si subhastanda sunt stabilia, affiguntur Edicta ad valvas Depositaria, & in aliis locis publicis.*
7 *Edictum pro subhastandis stabilibus, & eius formula.*
8 *Si bona subhastanda sunt in partibus, debent affigi Edicta etiam in locis, in quibus extant dicta bona.*
9 *Cedula subhastationis, qua fit à cursore, quid continere debeat.*
10 *Cedula subhastationis, & ejus formula.*

11 Cursori pro Cedula subhastationis quid solvendum.
12 Citatio ad videndum deliberari pignora, & eius formula, & processus, cum productione cedulæ, & ejus formula.
13 Mandatum de deliberando, & ejus formula.
14 Mandatum de deliberando datur cursori, qui bona deliberet ultimo plus offerenti, de qua deliberatione Notarius actuarius conficit instrumentum.
15 Instrumentum deliberationis bonorum, & ejus formula.
16 Si pretium cursori solutum superet creditum ejus, ad cujus instantiam fuit facta subhastatio, quomodo concipiantur verba instrumenti deliberationis.
17 Si pretium solutum cursori non sufficiat, creditor illud recipit ad bonum computum, & quietat sine præjudicio residui.
18 Citatio, quæ adhuc ab aliquibus sit juxta antiquum stylum ad consignandum pignora, seu bona cursoris, & eius formula, & processus.
19 Mandatum de consignando, & subhastando, & eius formula.
20 Mandatum de consignando à quibus, & quomodo executioni mittatur.
21 Hodie frequentius citatur ad videndum subhastari pignora, seu bona in executione capta, quàm ad videndum consignari.
22 In termino decem dierum ad deliberandum mobilia, & mensis ad deliberandum stabilia, debitor potest excipere, & deducere quicquid vult, & potest, & etiam adire Signaturam pro commissione appellationis.
23 Debitore mittente oblatores ad offerendum maius pretium, ut postea impediant deliberationem citatur tam oblator, quàm debitor ad recipiendum, recipique videndum pignora.
24 Citatio ad recipiendum, recipique videndum pignora, necnon solvendum pretium oblatum, & eius formula, & processus.
25 Ultimo oblatore citato, & intimato non recipiente pignora, nec solvente pretium, illa deliberantur penultimo offerenti.
26 Citatio ad videndum consignari pecunias in executione captas, & eius formula, & processus.
27 Mandatum de consignando pecunias in executione captas, & eius formula.
28 Executor virtute mandati solvit pecunias, receptâ quietantiâ.
29 Debitor aliquando ad evitandas expensas executionis deponit pignora in officio Notarij actuarij.
30 Citatio ad reluendum pignora in officio Notarij deposita, & eius formula, & processus.
31 Pignora conventionalia, elapso tempore ad illa reluendum, possunt subhastari ad creditoris instantiam
32 Citatio ad reluendum pignora conventionalia, & ejus formula.
33 Mandatum de subhastando pignora conventionalia, & eius formula.
34 Ad subhastationem, & deliberationem pignorum conventionalium, vel depositorum proceditur, prout ad subhastationem, & deliberationem pignorum judicialium.
35 Pretio ex pignoribus redacto non sufficiente fit nova executio, & nova subhastatio, & deliberatio, donec integrè creditori satisfiat.
36 Citatio ad videndum taxari, & moderari expensas, & eius formula, & processus.
37 Expensis taxatis excedentibus scuta viginti moneta, non potest procedi ad executionem ulteriorem pro illis, nisi elapsis decem diebus ad appellandum competentibus, & servatis quatuor terminis ad docendum de appellatione.
38 Expensis taxatis scuta viginti moneta non excedentibus à Decreto A.C. non datur appellatio, & ideò potest procedi ad ulteriorem executionem, etiam infra decem dies, quatuor terminis non servatis.
39 Hasta apud veteres quid esset, & quid significaret.
40 Hasta Etrusci Corim, Sabini Curim, Romani Quirim appellabant.
41 Cambeblascon Pater Dardani, & alij Reges Etruriæ, Coriti, id est Reges nuncupati.
42 Metropolis Sabinorum Tatii, ac Numæ patria unde Cures appellata.
43 Cortona, Metropolis Turreniæ, Coritorum sedes, patria Dardani conditoris Trojæ, Coriti etiam nomine decorata est.
44 Romulus Quirinus, id est Rex, dictus fuit.
45 Reges hastam in bello gerebant, & signanter Romulus.
46 Veteres sub hasta Regia auspiciis ex hostibus capta, jure Gentium, occupantium, & capientium, Regis permissu fieri pro comperto habuerunt.
47 Veteres sub hasta Regia auctoritate res bello captas, & captivos venundabant.
48 Proscriptorum bona vendendi sub hasta, & voce præconis, cur inolevit consuetudo.
49 Jus hastæ fiscalis unde processerit.
50 Hastæ præesse quid sit.
51 Bona vendenda collocabantur olim sub hasta pro signo posita in publico foro.
52 Corona instar pilei, in capite captivi posita olim, denotabat, illum servum venundari, prout hodie virens ramus in re vendenda positus, est venalis rei signum.
53 Subhastare quid sit, & quid subhastatio.
54 Res venales positæ publicè sub hasta, subhastatæ, & hasta distracta prædia sic vendita dicantur.
55 Auctio unde dicta, & quid sit.
56 Hastam pro auctione posuit Imperator.
57 Adjectiones quid sint.
58 Addictiones quid sint.
59 Subhastatio quomodo generaliter describatur.
60 Subhastatio in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur de jure civili, secùs de jure Canonico, & quare.
61 Subhastatio requiritur in alienatione rerum Minorum de jure civili, secùs de jure Canonico, & consuetudine.
62 Subhastationis solemnitas hodie in alienatione rerum Minorum non est in usu, sed sufficit, quòd alienatio fiat bona fide.
63 Subhastatio in alienatione rerum Universitatis

vel civitatis requiritur, si universitas vel civitas habeat de hoc legem, seu statutum particulare, aliàs secus.

64 In venditione publicæ rei requiritur præsentia officialis ipsius communis.

65 Subhastatio requiritur in venditione rerum fiscalium, & bonorum debitorum fisci, quando fiscus illa vendit uti sua.

66 Subhastatio requiritur in venditione bonorum patrimonialium principis, & in locatione rerum fiscalium, & vectigalium fisci.

67 Subhastatio in venditione pignoris judicialis requiritur.

68 Pignus judiciale quid sit.

69 Pignus judiciale cur ita dicatur.

70 Simplex executio mandati, ad effectum subhastationis, non constituit jus pignoris judicialis, ad hoc ut competat ius offerendi contra immissum post executionem.

71 Subhastatio requiritur in venditione, seu in adiudicatione pignoris prætorij, & ubicumq; agitur de vendenda re absentis, aliàs adjudicatio est nulla.

72 Credito excedente valorem rei captæ in tenutam adiudicatio potest substineri de æquitate sine subhastatione.

73 Bonis adiudicatis in subsidium, seu datis in solutum prævia æstimatione iudicis, valet adiudicatio, absque alia subhastatione.

74 Valore rei adiudicatæ non excedente quantitatem debiti subhastatio non est necessaria.

75 Si probatur, quòd tempore adiudicationis res adiudicata plurus vendi per viam subhastationis non potuisset, sustinetur adiudicatio, absq; subhastatione.

76 Subhastatio inventa fuit ad tollendas fraudes, ne res viliori pretio venderentur.

77 Subhastationis forma potest adimpleri quæ æquipollens ideò re vendita iusto pretio, & constito de hoc, valet venditio, seu datio in solutum, absq; alia subhastatione.

78 Cessante fraude cessat subhastatio, ob quam illa fuit inventa.

79 Pignus prætorium acquiritur ob rei contumaciam, vel ob causam judicatæ.

80 Pignus prætorium acquisitum ob rei contumaciam quid sit.

81 Pignus prætorium ob causam judicati quid sit.

82 Pignus prætorium cur ita dicitur, & in quo differat à judiciali.

83 Qui virtute mandati executivi se immitti curat in possessionem, nisi subhastatio sequitur, non efficitur dominus, nec verus possessor, nec facit fructus suos.

84 Adiudicatio quid sit.

85 Subhastatio in venditione pignoris conventionalis etiam data creditore facultate illud vendendi, requiritur, dummodo Debitor sit in mora reluendi.

86 Quando adest obligatio Cameralis, censetur ab initio data facultas subhastandi pignus, quæ etiam de jure tacite inest.

87 Pignus conventionale quid sit.

88 Immissus in Salviano, nisi velit satisfieri ex fructibus, potest devenire ad subhastationem præviâ principis licentiâ, & non aliter.

89 Preces Principi porrigendæ ab immisso in Salviano ut devenire possit ad subhastationem, quæ continere debeant.

90 Immissus in Salviano, qui brevi tempore potest satisfieri ex fructibus non potest ad subhastationem devenire.

91 Immissus in Salviano qua ratione non possit sine licentia Principis ad subhastationem procedere.

92 Subhastatio valet, si constat de vero credito eius, ad cuius instantiam ad subhastationem proceditur aliàs secùs.

93 Subhastatio facta pro maiori summa quàm sit creditum, si excessus est in decreto, vel in mandato est nulla in totum, etiamsi excessus sit in minimo.

94 Si subhastatio facta pro minori summa, quàm sit debitum substinetur, etiamsi in Decreto, vel mandato fuisset excessus.

95 Subhastatio sustinetur, etiamsi executio sit facta in re maioris valoris, quàm sit debitum, & quare.

96 Res magni valoris non potest pro parvo credito subhastari.

97 Res minus damnosa Debitori, & cum minori illius jactura, quàm fieri possit subhastari debet.

98 In subhastatione citatio partis, & possessoris, de cuius interesse agitur, est necessaria, aliàs subhastatio est nulla, nec sufficit citatio generalis.

99 Citatio non solùm ad videndum subhastari, sed etiam ad videndum deliberari requiritur.

100 Citatio ad videndum subhastari, debet esse personalis, sed si citandus non reperitur, potest exequi domi, & si domus non reperitur, per edictum.

101 Si agitur vigore obligationis Cameralis, citatio personalis non est necessaria.

102 Citatio personalis de stylo tribunalis A. C. non requiritur, si agitur vigore obligationis Guarantigiæ, vel alterius formæ executivæ, aut si non agitur de summa scuta viginti monetæ excedente.

103 Obligatus in Curia in forma Cameræ, si recessit, non relicto procuratore acceptante, nec electo domicilio, citatur per contradictas absq; alia citatione in partibus.

104 Latitans in Curia cuius domicilium non reperitur, factis diligentiis citatur per affixionem.

105 Proceditur ad ulteriora in subhastatione, prosequendo iudicium legitimè cœptum quoad modum citandi, & quando opus est, judicium legitimè inchoatur.

106 Si dubitatur adversarium probare absentiam, vel præsentiam, cautius est unico contextu citare per contradictas, & per diligentias, & affixionem servatis servandis.

107 Decretum judicis requiritur tam in subhastatione quàm in deliberatione.

108 Deliberatio est pars subhastationis, & harum una sine altera non subsistit.

109 De consensu partium potest procedi ad subhastationem absq; Decreto Iudicis, & quare.

110 Procurator instans pro subhastatione, debet parti opponenti docere de legitimo mandato procuræ, ne aliàs subhastatio corruat sicut procuratore legitimo non citato.

111 Subha-

111 *Subhastatio seu deliberatio debet fieri præsente pecunia, aliàs non valet.*

112 *Subhastatio seu deliberatio sustinetur, etiam non facta præsente pecunia, si extat consuetudo, & de ea apparet.*

113 *De consensu creditoris potest procedi ad subhastationem & deliberationem habita fide de pretio.*

114 *Consensus creditoris loco præsentis pecuniæ debet intervenire in ipso actu deliberationis, aliàs non relevat.*

115 *Consensus creditoris in deliberatione non sufficit, si pars pretii sit debitori restituenda, nam tunc non potest haberi fides de pretio, nisi etiam debitor consentiat.*

116 *Verbum, pecunia, in subhastationis materia non accipitur strictè pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione etiam in bonis.*

117 *Satisfactio in bonis, ut sanet defectum pecuniæ in actum deliberationis intervenire debet, nam promissio nil est.*

118 *Debitori debet assignari terminus ad reluendum qui in subhastationibus rerum Ecclesiæ, & minorum est viginti dierum, & potest prorogari non minui.*

119 *Licet in bonorum Ecclesiæ, ac minorum alienatione, non requiratur subhastatio, si tamen dicta bona sint in executione capta, vel in pignus concessa debent subhastari saltem per 20. dies, aliàs non possunt distrahi.*

120 *In reliquis quicquid sit in rebus Fisci reipublicæ, & Civitatis, terminus ad reluendum est Judici arbitrarius.*

121 *Terminus ad reluendum mobilia in curia est decem dierum, ad reluendum verò stabilia est unius mensis.*

122 *Mensis, ad effectum deliberationis, est spatium triginta dierum, & potest ex causa abbreviari.*

123 *Deliberatio novo oblatori post terminum, absque nova citatione, & novo Decreto non valet.*

124 *Si post terminum supervenit novus oblator, qui plus offerendo faciat conditionem, tam creditoris quàm debitoris meliorem, nec nova citatio, nec novum Decretum requiritur de stylo tribunalis A.C. & dispositione reformationis Tribunalium Urbis.*

125 *Deliberatio debet fieri ad favorem ultimi, & majoris oblatoris, aliàs facta minori, licet ultimo, non valet.*

126 *Deliberatio ad favorem novi oblatoris, post terminum plus offerentis, non potest fieri, nisi intimata ei qui licitando vicerat, & quare.*

127 *Termino ad deliberandum pendente potest fieri melior conditio tàm debitoris quàm creditoris plus offerendo absque nova citatione, & Decreto.*

128 *Stylus, seu consuetudo, seu statutum, ubi adest in materia terminari ad reluendum, observari debet.*

129 *Terminus à Judice cum intimatione præfixus non currit, nisi post diem executa intimationis.*

130 *Intimatio debet reproduci ante expeditionem mandati, aliàs subhastatio non valet.*

131 *Debent affici edicta in loco subhastationis, & Judicii, & etiam in partibus in loco in quo reperiuntur bona subhastanda, & nec potest procedi ad subhastationem, nisi de hoc exhibita fide officialis loci.*

132 *De stylo Curiæ tres oblationes in subhastatione requiruntur.*

133 *Tertio, & ultimo licitatore renunciante oblationi factæ, deliberatio facta penultimo, & sic secunda est nulla.*

134 *Tertius Licitator tenetur emere, & pretium solvere, nec potest pœnitere, nisi Reipublicæ expediat.*

135 *Tertio licitatore renunciante, subhastatio remanet cum duobus, & sic facta est contra Stylum, & nulla.*

136 *Post omnes admittitur etiam creditor ad licitandum & potest ei plus offerenti deliberari pignus.*

137 *Creditor in defectum aliorum oblatorum admittitur ad licitandum.*

138 *Si nec creditor, nec alius velit licitare pignora pro justo pretio possint creditori adjudicari.*

139 *Bona subhastanda debent æstimari.*

140 *Bona, quando agitur per viam oblationis, consignantur plus offerenti absque alia æstimatione.*

141 *Bona majori oblatori deliberata præsumuntur pro justo pretio.*

142 *Venditio facta sub hasta, constito de læsione ultra dimidiam potest rescindi.*

143 *Si non constat de magno excessu inter justum pretium, & illud pro quo est facta subhastatio, valet deliberatio absque alia æstimatione.*

144 *Si justum pretium est manifestum, adeo ut non possit intervenire collusio, non requiritur in subhastatione æstimatio.*

145 Lex, si quos, C. de rescind. vend. *habet locum in subhastatione publicarum functionum, & quando non adesset licitator, non autem in debitis privatorum, nisi constaret de magna læsione.*

146 *Si res sit in continuo periculo distractionis, vel amissionis, non requiritur in subhastatione æstimatio.*

147 *Servanda est forma mandati cum aliis de stylo servandis, ut valeat subhastatio.*

148 *In subhastatione requiritur præsentia licitantis, & quòd deliberatio fiat per scripturam.*

149 *Subhastatio sit ex causa necessaria, tamen venditionis natura non alteratur, & debitor tenetur de evictione.*

150 *In materia subhastationis factum judicis reputatur factum partis.*

151 *Subhastatio facta contra plures, si est nulla contra unum, est etiam nulla contra alios in individuis, secus in dividuis, & n. 152.*

152 *Si mandatum potest exequi super portione citati, ita ut non præjudicet portioni non citati, processus quo ad citatum valet.*

153 *In materia subhastationis ad quos in reliquis recurrendum.*

De

De Subhastatione & Deliberatione Pignorum, Pars Prima. Cap. XV.

1 FActa executione reali, olim citabatur Pars adversa ad consignandum pignora, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari consignari Cursori pignora, seu bona in executione capta, ad effectum subhastandi, & subhastari mandari, ad p.d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

2 Et obtinebatur Decretum, ut supra, nisi per totam. Sed postquam san. me. Urbanus Papa VIII. Depositariam Urbanam instituit, Citatio, ad videndum mandari consignari, videtur recessisse, quia executores, statim facta executione tenentur, vigore Chirographi ejusdem Sanctissimi super erectione, & institutione Depositariæ editi, pignora, seu bona Ministris Depositariæ consignare, & ob id cùm consignatio habeatur pro ritè, & rectè facta, ut plurimum citatur tantum, ut infra, videlicet.

A. C. N.

3 A Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari subhastari, A. pignora, seu bona in executione capta, & quodcunque mandatum de subhastando desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, & obtinuit, ut supra, nisi per totam elapsa d. die, in qua fuit obtentum decretum, absque aliqua intimatione expeditur mandatum de subhastando tenoris infrascripti, videlicet.

4 De mandato Illustriss. & Reverendiss. D. A. C. seu R. P. D. NN. ejus in civilibus Locumtenentis, ac ad instantiam NN. principalis, tenore præsentium.

Mandatur tibi Cursori, ad quem spectat, quatenus, statim visis præsentibus, sub 500. ducatorum, aliisque pœnis, &c, debeas infrascripta bona NN. in executione capta subhastasse, & debitam subhastationem fecisse, præsentibusque, &c. omnino paruisse, quoniam citato d. NN. Illustriss. D. ita mandavit, die NN. &c.

(*Hic adnotantur bona subhastanda, & tenor eorum, &c.*)

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

5 Hoc mandatum datur Mag. Cursorum, qui illud distribuit per turnum Cursori, ad quem spectat, qui inventis tribus oblatoribus recipit, & adnotat à tergo d. Mandati eorum nomina, & cognomina, & oblationes singulorum, & conficit Cedulam subhastationis.

6 Quod si bona subhastanda sunt stabilia, affiguntur edicta ad valvas Depositariæ Urbanæ, & in aliis locis publicis Urbis, tenoris infrascripti, videlicet.

7 D'ordine di Monsig. Illustriss. NN. & ad instantia di NN. si subhasta una vigna di NN. posta fuori di porta NN. à lato alli beni di NN. & altri suoi notissimi confini, per li atti di NN. Notario di Monsignor Illustrissimo Auditore della Rev. C. Apostolica &c. pro &c.

8 Et si bona subhastanda sunt in partibus, debent etiam affigi Edicta in loco, in quo dd. bona existunt, aliàs subhastatio esset nulla, sic disponente Reformatione fel. rec. *Pauli V.*

9 Cedula verò subhastationis, quæ fit à Cursore, debet continere bona, quæ subhastantur, & de cujus Mandato, ac per acta cujus Notarii fiat subhastatio, & quid, & à quo fuerit oblatum cum assertione, quod postultimum Oblatorem alius non fuit Oblator repertus.

Tenor Cedulæ subhastationis.

10 Cedula subhastationis sextariorum quingentorum frumenti (*vel alterius rei, secundùm facti contingentiam*) penes Depositariam pignorum Urbis existen. prout apparet ex libris ejusdem Depositariæ, vigore Mandati Illustriss. & Rev. Domini A. C. sive R. P. D. N. ejus Locumtenentis, ad instantiam NN. contra, & adversus NN. per acta NN. sub die NN. anni N. relaxati, & mihi infrascripto Cursori ad effectum subhastandi mandatum solum directum, ut moris est, tenoris, videlicet.

NN. obtulit scuta 150. monetæ, NN. obtulit scut. 200. monetæ NN. obtulit scut. 420. monetæ. Et neminem invenire potui plus offerentem.

NN. Cursor manu propria.

11 Dantur autem Cursori pro hac cedula subhastationis Bononeni duo pro quolibet scuto oblato ab ultimo oblatore, & quandoque minus, nec solvitur pro integro credito, si pretium oblatum ad integram summam debitam non ascendat, solum pro pretio à tertio, & ultimo oblatore oblato.

Expedita subhastationis Cedula, citatur pars adversa, ut infra, videlicet.

A. C. N.

12 B Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum deliberari B. pignora, seu bona in executione capta, ultimo, & plus offerenti, & quodcunque Mandatum de deliberando, & aliud necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Qua Citatione executa, & reproducta producitur in actis Cedula subhastationis, ut infra videlicet.

Pro NN. contra NN.

In Officio NN. facto per compulsum produxit Cedulam subhastationis bonorum, de quibus agitur, prout in folio, tenoris, &c. omni, &c.

Et, si bona in executione capta sunt mobilia, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & data Cedula subhastationis obtinuit, ut supra, nisi infra decem, cum intimatione, omni, &c.

Si verò bona in executione capta sunt stabilia, obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, & data Cedula subhastationis obtinuit, ut supra, nisi infra mensem, cum intimatione, omni, &c.

A. C. N.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverſo principali, qualiter D. mandavit deliberari Pignora, & aliàs prout in Actis, Inſtante NN. principali, ſive, &c.

N. Notarius.

Elapſo termino decem dierum, vel unius menſis poſt executam intimationem reſpectivè, expeditur Mandatum de deliberando, abſque alia Citatione, tenoris infra ſcripti, videlicet.

13 De mandato illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. A. C. ſeu R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad inſtantiam NN. principalis, Tenore præſentium.

Mandatur tibi Curſori, ad quem ſpectat, quatenus ſtatim viſis præſentibus, ſub 500. ducatorum auri, aliisque pœnis, &c. debeas infraſcripta bona NN. in executione capta, & per te ſubhaſtata NN. ultimo, & plus Offerenti, ut moris eſt deliberaſſe, pretio oblato per te recepto, pretiumque ipſum d. NN. inſtanti Creditori, pro concurrenti quantitate ſui crediti, conſignaſſe, reſiduum verò, ſi quod erit, in Actis infraſcripti Notarii, ſeu penes Officialem Sacri Montis Pietatis, depoſuiſſe, quia d. NN. citato, & intimato prævia dd. bonorum ſubhaſtatione, & deliberatione. Illuſtriſſ. D. ita mandavit, die NN. &c.

(*Hic adnotantur bona deliberanda, & tenor illorum.*)

N. Notarius, Locus † Sigilli. N. Locumten.

14 Hoc Mandatum expeditum datur Curſori, ad quem ſpectat, qui deliberat bona ſubhaſtata, ultimo, & plus Offerenti, de qua deliberatione conficitur à Notario actuario Inſtrumentum publicum, tenoris infraſcripti, videlicet.

15 In Dei nomine amen. Anno, &c.

D. NN. Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſor, mihi cognitus, cui directum eſt mandatum de deliberando ad Inſtantiam NN. contra NN. per acta mei, &c. die NN, ſeu, &c. ſervatis ſervandis decretum, & relaxatum, quod quidem Mandatum præ manibus habens, mihi tradidit, hic inſerendum, tenoris infraſcripti videlicet, De mandato, &c. (*Hic inſeratur tenor Mandati.*)

Cujus quidem Mandati de deliberando vigore, & virtute, ſponte, &c. ac omni alio meliori modo, &c. deliberavit, &c. ad favorem NN. ultimi, & majoris Oblatoris præſentis, &c. Infraſcripta bona, videlicet. (*Hic inſeratur tenor bonorum*) cum omnibus ſuis juribus, &c. titulis, &c. & cauſa deliberationis hujusmodi, ceſſit, &c. d. NN. ut ſupra præſenti, &c. omnia jura, &c. nullo jure, &c. Ad habendum, &c. Ponens, &c. Conſtituens, &c. Dans, &c. & donec &c. conſtituit, &c.

Hanc autem deliberationem d. NN. Curſor fecit, &c. pro pretio, & pretii nomine ſcutorum NN. tantumdem per d. NN. oblatorum, quæ tunc coram me Notario, & Teſtibus infraſcriptis manualiter, & incontanti habuit, & recepit à d. NN. præſente, &c. & ad ſe traxit, &c. & tracta, &c. vocavit, &c. exceptioni, &c. ſpeique, &c. & generaliter, &c. ad cautelam renunciavit, &c. & quietavit, &c. cum pacto, &c. eademq; ſcuta NN. monetæ, ut ſupra, habita in executionem, & juxta dicti Mandati formam, brevi manu ſolvit, & exburſavit ſupradicto NN. qui ad ſe dd. ſcuta NN. monetæ traxit, &c. & tracta, &c. vocavit, &c. exceptioni, &c. ſpeique, &c. & generaliter, &c. ad cautelam renunciavit, &c. & quietavit, &c. cum pacto, &c.

Promiſitque d. NN. Curſor, hujusmodi deliberationem ſibi facere licuiſſe, & licere, ut ſupra, eſſeque & fore bonam, &c. bene factam, &c. alteri non deliberaſſe, &c. alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo, nullumque alium contractũ feciſſe in præjudicium præſentis Inſtrumenti, & contentorum in eo, & ſi ſecus apparebit teneri d. nomine, voluit de omni, & quacunque evictione, & defenſione generali, & particulari, in quocunque judicio, &c. litis ſuſceptione, proſecutione, liberatione, conſenſu præſtando, manutentione, & omnibus aliis clauſulis ſolitis, & conſuetis neceſſariis, & opportunis, & ad duplum rei evictæ, & ad omnia damna, &c. de quibus, &c. quæ omnia, &c. aliàs, &c. etiam ad omnia damna, &c. de quibus, &c.

Pro quibus, &c. D. NN. ſe ejusq; Hæredes, & ac bona, & jura, &c. in ampliori forma Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ cum clauſulis ſolitis, citra, &c. obligavit, &c. appellationi, &c. renunciavit, &c. unica, &c. conſenſit, &c. & ſic tactis, &c. juravit, &c. ſuper quibus, &c. Actum, &c. præſentibus NN. & NN. Teſtibus ad præmiſſa omnia, &c. & ſingula vocatis habitis, atque rogatis, &c.

16 Quod ſi pretium oblatum, & ſolutum Curſori ſuperet Creditum ejus, ad cujus inſtantiam fuit facta ſubhaſtatio, dicitur in Inſtrumento.

Ex quibus quidem ſcutis NN. monetæ, ut ſupra, habitis in executionem, & juxta dicti Mandati formam brevi manu ſcuta NN. ſolvit, & exburſavit ſupradicto NN. qui ad ſe dicta ſcuta NN. monetæ traxit, &c. & tracta, &c. vocavit, &c. exceptis, &c. ſpeique, &c. & generaliter, &c. ad cautelam renunciavit, &c. & quietavit, &c. cum pacto, &c. reliqua verò ſcuta NN. monetæ (*ſi reſiduum non excedat ſcuta quinque monetæ*) facto penes me Notarium infraſcriptum depoſuit, ad effectum, &c. omni, &c.

Vel (*ſi reſiduum excedat ſcuta quinque monetæ*) reliqua verò ſcuta NN. deponere promiſit penes Sacrum Montem Pietatis, ad effectum, &c. omni, etc.

17 Quod ſi pretium ſit minus credito, illud Creditor recipit ad bonum computum ſui Crediti, et quietat ſine præjudicio reſidui, omni, etc.

Non deſunt tamen, qui Stylum antiquum citandi ad conſignandum adhuc obſervent, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverſo principali, ad videndum mandavit conſignari Pignora, ſeu bona, in executione capta, quatenus pecuniæ, Inſtanti ad computum ſui Crediti, quatenus verò bona, in Depoſitaria Urbana ad effectum ſubhaſtandi, et ſubhaſtari mandari, ad p. d. Inſtante NN. principali, ſive, etc.

Decretum. N. Notarius.

NN. petiit, et obtinuit, ut ſupra, niſi per totam, omni, etc.

Cujus quidem decreti vigore, tota d. die elapſa, expeditur mandatum, ut ſupra, videlicet.

19. De

19 De Mandato Illustriss.& Reverendiss. D. A. C.sive R.P. D.N. ejus in Civilibus Locútenentis; & ad Instantiam NN. principalis, Tenore præsentium mandatur tibi Executori, ad quem spectat quatenus statim visis præsentibus, sub 500. ducatorum auri, aliisque pœnis, &c. debeas Pignora, seu bona in executione capta & ablata, quatenus pecuniæ, Instanti ad computum sui Crediti recepta quietantia, quatenus verò bona, in Depositaria Urbana, ad effectum subhastandi, consignasse, & consignari feciſſe, Tibi verò Cursori, ad quem spectat, sub eisdem pœnis mandatur, quatenus visis præsentibus, debeas eadem Pignora, seu bona ut moris est subhastasse, & debitam subhastationem feciſſe, &c. præsentibusque, &c. paruiſſe, quoniam citato d. NN. Illustriss. D. ita mandavit, die NN. &c.

Hic adnotandus est tenor bonorum subhastandorum.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

20 Quod quidem Mandatum datur Executori, qui illius vigore Pignora consignet, facta verò consignatione, idem Mandatum datur Magistro Cursorum, qui illud, ut supra, per turnum distribuit Cursori, ad quem spectat, & hic successivè procedit, ut supra ad Pignorum prædictorum subhastationem, & deliberationem.

21 Frequentius tamen hodie bonis in executione captis, citatur tantum, ad videndum mandari subhastari, & expeditur tantummodo Mandatum de subhastando, juxta superius tradita.

22 Cæterum in termino decem dierum, vel mẽsis deliberationis Pignorum, Debitor potest in actis protestari, & deducere omnes exceptiones sibi de jure competentes, aliàs non oppositas, prout etiam non fuerit factum Decretum Decerni, vel non fuit extensa forma Cameræ, vel alia nullitas esset in Mandato, vel in executione, poterit illam deducere juxta superius tradita, *sub cap. 6, & cap. 8*, ulterius etiam poterit appellare, adire Præfectum Signaturæ pro Supersessoria, & Signaturam ipsam pro rescripto, & commissione appellationis, nam etiam in hoc statu causæ Signatura committet, vel non committet causam Appellationis, prout de jure viderit faciendum, juxta superius tradita *sub cap. 13.* & factorum contingentias.

23 Evenit aliquando, quòd Debitor ad impediendam deliberationem, & majorem dilationem consequendam, postquam fuit in actis Cedula Subhastationis cum trina oblatione de more exhibita, mittit Oblatores, qui majores oblationes faciant, & deinde, procrastinando, pretium oblatum solvere recusent, idcirco ad hujusmodi fraudes, & calumnias submovendas solent citari tam Oblator, quàm etiam Debitor, de cujus etiã interesse agitur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

24 Citetur NN. oblator, & NN. ex adverso principalis, ad recipiendum, recipique videndum Pignora, necnon solvendum, solvique videndum pretium oblatum, aliàs videndum dicta Pignora deliberari penultimo Oblatori, et quodcunque Mandatum desuper necessarium et opportunum decerni, et relaxari, ad p.d. Instante NN. principali, ieu etc. N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum Intimatione, omni. etc.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit deliberari pignora penultimo Offerenti, et alias prout in Actis, Instante NN. principali, sive, etc.

N. Notarius.

25 Elapsa prima die juridica post intimationem executam, nisi ultimus Oblator recipiat pignora, et solvat pretium oblatum, illa deliberantur penultimo offerenti, juxta superius tradita.

Verum si Debitor ad executionem realem, et personalem evitandam, dederit Executori tantum pecunias pro solutione debiti, citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum mandari consignari Instanti pecunias in executione captas, ad computum sui crediti, et quodcumque Mandatum de consignando desuper necessarium et opportunum decerni, et relaxari ad p.d. Instante NN. principali, sive, etc.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut supra, nisi per totam, omni etc.

26 Qua die facti decreti elapsa, expeditur Mandatum de consignando, tenoris videlicet.

De Mandato Illustriss.& Reverendiss. D. A. C. sive R. P. D. NN. ejus in Civilibus Locumtenentis, et ad instantiam NN. principalis, tenore præsentium.

Mandatur tibi Executori, ad quem spectat quatenus, statim visis præsentibus sub 500. ducatorum aliisque pœnis, etc. debeas pecunias NN. in executione ablatas NN. instanti in solutum sui crediti consignasse, et consignari feciſſe, ac præsentibus paruiſſe, recepta quietantia, quia d. NN. debitore citato, illustriss. D. ita mandavit, hac die NN. etc.

N. Notarius, Locus † sigilli. N. Locumten.

Cujus quidem mandati virtute Executor solvit. et consignat Creditori pecunias, et quietantiam recipit in forma, omni, etc.

Aliquando etiam Debitor, ad evitandas expensas executionis, deponit in officio Notarii actuarii aliqua pignora, et tunc, si illa non reluit, citatur, ut infra, videlicet.

A. C. N.

Citetur NN. ex adverso principalis, ad reluendum pignora in officio infrascripti Notarii deposita, aliàs videndum mandari consignari in Depositaria Urbana, ad effectum subhastandi, et subhastari mandari, ad p.d. Instante NN. principali, sive, etc.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut supra, nisi ad p.d. cum Intimatione, omni, etc.

A. C. N.

Intimatur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit subhastari pignora, et aliàs prout in actis, Instante NN. principali, sive, etc.

N. Notarius.

Elapsa

Elapsa prima die juridica post intimationem excusata, expeditur Mandatum de subhastando, ut infra dicetur.

31 Non solùm autem ad Pignorum judicialium ut supra, sed etiam ad pignorum conventionalium Subhastationem, tam de jure, quàm de Stylo Tribunalis A.C. proceditur: nam ubicunque Debitor Creditori suo pro securitate aliquod Pignus dederit, eum termino ad illud reluendum, tunc d. termino elapso, sive sit Creditori data licentia illud vendendi, sive non ob moram ipsius Debitoris Pignus non reluentis, non potest illud vendere, aut sibi propria authoritate adjudicare, sed si vult de ejus credito satisfieri, debet ad dicti Pignoris Subhastationem & deliberationem procedere, citando Debitorem, ut infra, videlicet.

A. C. N.

32 Citetur NN. ex adverso principalis, ad reluendum Pignora conventionalia, aliàs videndum mandari illa consignari in Depositaria Urbana, ad effectum subhastandi, & subhastari mandari, ad. p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Decretum.

NN. petiit, et obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum Intimatione, omni etc.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. mandavit consignari Pignora conventionalia, & aliàs prout in Actis, Instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Elapsa prima die juridica post intimationem executam, expeditur Mandatum de subhastando, ut infra, videlicet.

33 De mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A.C. sive R. P. D. N. ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam NN. principalis, Tenore præsentium.

Mandatur tibi Cursori, ad quem spectat, quatenus statim visis præsentibus, sub 500. ducatorum auri, alisque pœnis, &c. debeas infrascripta Pignora conventionalia in Depositaria Urbana consignanda (*vel infrascripta Pignora aliàs in Officio Notarii deposita, in Depositaria Urbana consignanda*) ut moris est, subhastasse, & debitam subhastationem fecisse, ac præsentibus omninò paruisse, &c. quoniam citato & intimato NN. debitore, Illustrissimus Dominus ita mandavit, die NN. &c.

Hic exprimendus est tenor Pignorum.

N. Notarius. Locus † Sigilli. N. Locumten.

34 Et successivè proceditur ad dd. Pignorum conventionalium, vel in Officio depositorum Subhastationem, & Deliberationem, juxta formam superius traditam in aliis Pignoribus judicialibus.

35 Quod si pretium ex Pignoribus redactum non sufficit pro satisfactione Creditoris, vigore Mandati ser. ser. expediti, fit nova executio pro residuo, & proceditur ad novam Subhastationem, & Deliberationem, donec Creditori integrè satisfacto de ejus credito satisfiat.

Successivè, Creditore integrè satisfacto de ejus credito, citatur Pars ad videndum taxari Expensas, ut infra, videlicet.

A. C. N.

36 Citetur NN. ex adverso principalis, ad videndum taxari, & moderari expensas, C. & taxatas, & moderatas solvendum, aliàs videndum decerni, & relaxari Mandatum executivum, p. d. instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

Executa Citatione, & exhibita lista Expensarum, ac facta illarum liquidatione à notario obtinetur Decretum, videlicet.

NN. petiit, et obtinuit, ut supra, nisi ad p. d. cum Intimatione, omni. etc.

A. C. N.

Intimetur NN. ex adverso principali, qualiter D. relaxavit Mandatum, & aliàs prout in Actis, instante NN. principali, sive, &c.

N. Notarius.

37 Et si Expensæ taxatæ summam scutorum viginti excedunt, elapsis decem dierum de jure ad appellandum ab excessiva taxatione, post intimationem executam, competentibus, ac servatis quatuor terminis, D. ad docendum de Appellatione, ejusque legitima prosecutione, primò pro prima, secundò pro secunda, tertiò pro tertia, & quartò pro quarta, & superabundanti dilatione, qui observantur singuli ad p. d. ut supra, *cap. 13, n. 70*, si Pars adversa de his non docet, expeditur Mandatum pro expensis taxatis, & illius vigore fit executio, & proceditur ad Subhastationem, & Deliberationem Pignorum, donec Creditori fuerit de Expensis taxatis satisfactum.

38 Cæterum, si Expensæ taxatæ non excedunt scuta viginti, quia tunc à Decreto A. C. non datur appellatio, elapsa prima die juridica post executam intimationem, expeditur Mandatum, & proceditur, ut supra, ad executionem, & successivè ad subhastationem, & Deliberationem Pignorum, cùm ideò, nec lapsus dictorum decem dierum ad appellandum, nec dictorum quatuor terminorum observatio in hoc casu requiratur.

Observationes.

A 39 HAsta apud Veteres Regiam eminentiam, & authoritatem denotabat, erat enim Virga, quæ dabatur, cùm alicui potestas super aliqua re tribueretur. *Joan. Bello: Etymolog.*

40 Hasta antiqui Etrusci *Corim*, Sabini *Curim*, Latini Romani *Quirim* appellarunt, *Ann. in Beros. lib 5. antiq. Gloss. in §. sed jus quidem Civile, in verbo à Quirino*, & ibi *Aldobr. in add. inst. de jur. nat. gen. & Civil.*

41 Hinc *Combolascon* Pater *Dardani, & Jasii*, & alii ejus Antecessores, & Successores Reges Etruriæ, Coriti, hoc est, Principes hastati, seu sceptro decorati, hoc est Reges, nuncupari sunt, *Beros. lib. 5, antiq.* & ibi *Ann. in Comment.* cum

aliis adductis *à Laur. in hist. Cortona par.* 1.

42 Hinc Sabinorum Metropolis, Tatii, ac Numæ Patria, Cures appellata.

43 Hinc Cortona Urbs, quæ Etruriæ, seu Turreniæ olim Umbriæ vocitatæ, Metropolis fuit, *Dionys. lib.* 1, *antiq. Roman. Steph. in suo celebri tract. de Urbib.* ac Regia sedes Camboblasconis aliorumque plurimorum Etruriæ Regum, Patria Dardani Troiæ conditoris, uti Civitas hastata etiam Coriti nomine decorata est, *Sil. Ital. de Bell. Pun. lib.* 4, *lib.* 5, *& lib.* 8, *Raphael Volaterr. comment. Urban. lib.* 5, *& lib.* 33, *Pet. Marsi in Sil. d. lib.* 4, *& lib.* 5, *ac lib.* 8, *Junian. Malusc. de prisc. verbor. propriet in vers. Coritum videtur, Passerat. tom.* 1, *vers. Coritus il secondo, Philipp. Ferrar. ad Calepin. in vers. Coritus, & in vers. Coritus,* ubi Dionysium declarat eum aliis cumulatis *à Lau. in d. histor. Corton. par.* 1, hancque veritatem, & antiquissimam traditionem (*licèt Modernus quidam contrarium somniaverit*) omnes Antiquarii, ac Peritiores Cortonenses in eorum libris impressis, & manuscriptis, ac functionibus publicis, & privatis semper hucusque professi sunt, & novissimè testantur *Rondinell. Florentin. in descript. Corton. & Ciatt in hist. Perus. vol.* 1, *lib.* 2, *in fin.* & non posse *Silvium* de Arce Coriti loquentem, nisi de Cortona intelligi, tradit etiam *Jo. Bapt. Titius Castilionen. in ejus discurs. histor. circa med.*

44 Hinc denique *Romulus Quirinus*, id est, hastatus Princeps, seu Rex dictus fuit *Glos. in d.* §. *sed jus quidem Civile, in verbo à Quirino, & ibi Aldobr. in addit. instit. de jur. nat. gen. & civ.*

45 Verùm quoniam Reges, & signanter Romulus hanc Hastam in bello gerebant, *Glos. in d.* §. *sed jus quidem Civile in verbo à Quirino,* tanti fece-

46 runt † Veteres sub hujus hastæ auspiciis, hoc est armis, belloque quæsita, ex hostibus capta, ut jure gentium fierent occupantium, liberosque homines bello captos in servitutem Capientium redigi, pro comperto habuerint. *l. Naturalem, in fin. ff. de acquiren. rer domin l.* 1, *in fin. prin. ff. de acquir poss. d. Hostes. ff. de capt. & post lim. revers.* §. *item ea instit. de rer. divis.* quod sanè permissa ac generali licentia Regis, seu Principis præcedente, intelligi oportere, docuit, & declaravit Excellentissimus D. Præceptor meus, *Ant. Merend. controvers. lib.* 2, *c.* 22, *tom.* 1.

47 Igitur sub his Regiæ authoritatis, ac juris gentium tutissimis signis, Veteres Emptoribus plus offerentibus, ab emptione nullo periculo deterritis, res hujusmodi bello quæsitas, Hasta pro signo posita, omniumque consensu confirmata authoritate, venundare ceperunt, quomodo posterioris *Aphricani* Quæstor subjectos hastæ Captivos vendidit, teste *Valer. Max. lib.* 5, *c.* 1, *secund. antiq. impress.* quod quidem factum *Liv. lib.* 27, *& Plutar. in vit. Scipion.* cum libera, & benigna Regis adolescentis, Regis Massinissæ nepotis dimissione, superiori *Aphricano* tribuere videntur, quomodo etiam *Publius Claudius* Captivos *Camerinos* suos vendidisse sub Hasta, affirmat idem *Valer. Max. lib.* 6, *c.* 5.

48 Proinde, cùm Principes bona Proscriptorum suam prædam dicere auderent, Consuetudo inolevit eadem bona sub Hasta, & voce Præconis vendendi, *Cicer. lib.* 2, *offic.*

49 Hinc jus Hastæ Fiscalis, id est, auctionis, quæ fit à Fisco de bonis caducis, vel commissis, vel obligatis descendit, de quo Jure agitur *in l.* 1, *& tot tit. C. de fid instrum. & jur. hast. fisc. lib.* 10.

50 Hinc Hastæ præesse, hoc est, forensibus, ac privatis expeditionibus, dixit l. C. *in l.* 2, §. *deinde cùm esset. ff. de orig. jur.*

51 Ponebatur autem Hasta pro signo in publico Foro, & sub ea bona vendenda collocabantur, *Fest. lib.* 8, *Cicer. l.* 2, *offic.* non secus, † ac Mancipia, Jure Belli capta, sub Corona venderentur; siquidem Corona ad instar pilei in capite Captivi imposita, signum erat, Servum illum venundari, teste *Bud. in annot. in Pandec.* prout hac nostra tempestate adhuc apud aliquos parvus virens ramus, super re vendenda repositus, est signum rei venalis.

52

53 Subhastare ergo nihil aliud est, quàm Hastæ subjicere, & per incantum publicè vendere, & præconizare, *l. ordo, ubi Gloss. in verbo subhastatu,*

54 *C. de exec. rei jud.* &, † Subhastatio ipsa sub hasta venditio *l. si quos. C. de rescind. vendit.* res verò venales, sub Hasta publicè positæ, subhastatæ dicuntur *d. l. ordo, ubi Glos. in verbo subhastatis, C. de exec. rei jud.* & Hasta distracta prædia hic vendita vocantur *in l. fin. C. si prob. pub. pens.*

55 Actio autem ab augendo, & adjiciendo appellata, *Ang. emendat. lib* 2, *cap.* 3, est pretii in subhastatione adjectio, & ita accipitur *in l. si tempora, & in l. quæcumque C. de fid. instrum. & jur. hast.*

56 *fiscal. lib.* 10, & † pro hujusmodi auctione Hastam posuit Imperator *in d. l. si tempora.*

57 Adjectiones etiam sunt licitationes, hoc est, promissiones Offerentium majus pretium *l.* 1, *C. de vendit. bonorum Civit. lib.* 11, *& l. si quis authoritate, C. de omn. agr. deser. lib.* 10.

58 Sed additiones sunt penes eos, qui sub Præconis voce licitati sunt, requisitiones, *Cujac. in rub. C. de jur. & fid. hast. fisc. lib* 10.

59 Describitur generaliter Subhastatio, ut sit rei venalis publica expositio. *Auth. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. Bart in l licitatio, n.* 2. *ff. de public & Vectig. Mangil. de Subhast. q.* 1, *n.* 1, *Franc. dec.* 54 *num.* 14, *Cas. Manen. dec.* 19 *n.* 41. Sunt autem plures casus, in quibus Subhastatio omninò requiritur, &

60 Primò in alienatione rerum Ecclesiæ, textus est *in auth. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. Ang. in* §. *hoc etiam. nu.* 11, *vers. nota hic, Auth. de alien. & emphit. Bald. cons.* 184, *ad intelligentiam, nu.* 1, *lib.* 2, *& cons.* 204, *Longum, n.* 1, *vers.* 2, *quia, lib.* 3.

61 Sed hoc procedit de jure Civili, secus est de jure Canonico, quia Ecclesia hoc privilegium non acceptavit, sed aliam solemnitatem in rerum alienatione constituit, *in cap. sine exceptione* 12, *quæst.* 2, *Bart in Auth. hoc jus porrectum, numer.* 19, & ibi *Bald. nu.* 15, *C. de Sacrosanct Eccles. Ang. in d.* §. *hoc etiam, num.* 13, *in Auth. de Alien. & Emphit. Genuen. in Prax. Archiep cap.* 89, *n.* 9, *Gratian. discept.* 479, *n.* 14, *& n.* 16, *& seqq.* cum aliis cumulatis per *Mangil. de Subhast. quæst.* 29, *n.* 3, *& seqq.*

62. Se-

61 Secundò in alienatione rerum Minorum, *l. & si sine, in princip ff de Minor. Ang. in §. hoc etiam n. 11, in Auth. de alien. & emphit. Bald. cons. 184, n. 1, lib. 2, Afflict. decis. 249, num. 2, vers octavo, & ibi Vrsill. num. 3, & nu. 4, Luc. Pet. in Prax. lib. 8, c. 2, n. 36, Rot. decis. 406, nu. 8, & seqq. par. 4, rec. Greg. decis. 485, n. 8, & n. 9,* & plures cumulans *Mangil. de Subhast. q. 27, n. 1.*

Sed hoc pariter procedit de jure Civili, secus est de jure Canonico, & de Consuetudine, *Bald. in Auth hoc jus porrectum, nu. 15, C. de Sacrosanct. Eccles. Beltramin. ad Gregor. dec. 485, n. 13, Rot.*

62 *dec. 446, n. 2, par. 1, recent.* cum † aliis quos latè cumulat *Mangil. de Subhast. d. q. 27, n. 3, & seq.* & quòd solemnitas subhastationis in alienatione rerum Minorum hodie non sit in usu, post *Laderch. Imol. cons. 116, n. 2,* & alios tradit etiam *Intrigliol. dec. 5, n. 29,* sufficit namque quod fiat bona fide, *Anguisc. cons. 129, n. 42, Rot. d. dec. 446 n. 2, par. 1, recent.*

63 Tertiò in alienatione rerum Civitatis, seu Reipublicæ, aut Universitatis, quia Civitas, seu Universitas æquiparatur Ecclesiæ, & Pupillo; sed bona Ecclesiæ, & pupilli non possunt alienari sine Subhastatione: ergo nec bona Civitatis, seu Reipublicæ, aut Universitatis, ita dicit *Baldus*, si rectè perpendatur, *cons 204, Longum, n. 1, vers. 2, quia, li. 3,* & de bonis Reipublicæ, & Universitatis tradit *Rolan. cons. 99, n. 19, li. 1.*

Sed hoc posset procedere, si Civitas, vel Universitas haberent Legem, seu Statutum particulare, nam aliàs in rebus Civitatis non requiri subhastationem, probat *tex. in l. Lucius, §. idem respondit, ff. ad municip. l. 1, & 2. & l. fin. in fin. ubi Glos. in verbo stabiles, C. de vend. reb. Civit. lib. 10, Imol. cons. 99, numer. 7, Ruyn. consil. 189, num. 19. lib. 1, Gratian. discept. 479, num. 15,* & licèt dicta jura loquantur de rebus Civitatum, tamen ex identitate rationis idem dicendum est de rebus aliarum Universitatum, *l. Civitas, ubi Gloss. in verbo versæ sunt, & Bart. numer. 10, vers. quæro, numer. 11, ff. si cert. pet. l. Respublica, ubi Bart. numer. 3, C. quibus ex causis, Major.* requiritur † tamen in publicæ rei venditione præsentia Officialis ipsius Communis, ut tradit *Bart. in l.*

64 *1, numero 7, C. de fid. instr. & jur. hast. Fisc. lib. 10.*

65 Quartò in venditione rerum Fiscalium, & bonorum Debitorum Fisci, quando Fiscus ea vendit ut sua, *l. 1, & tot. tit. C. de fid. instr. & jur. hast. Fisc. libro 10, l Lucius, §. fin. ff. ad municip. Gloss. in l. quicumque. in verbo licitatio, C. de fund. patrim. lib. 11, Ias. cons. 229, in princ. lib. 2, Bald. in l. 1, numer. 9, & numer. 17. C. de Hæred. vel act. vend. Imol. consil. 21, numer. 7, Pereg. de jur. Fisc. libro 6. tit 4, numer. 1, & numer. 5, vers. quarto intervenire, Mangil. de Subhastat. quæst. 34, numero 2, Rot. decis. 113, num. 20, par. 7, recent.*

66 Quod procedit etiam in venditionibus rerum patrimonialium Principis, *Mangil. de Subhast. d. quæst. 34, numer. 2,* & in Locatione rerum Fiscalium, *Gloss. in d. l. quicumque in verbo licitatio, C. de fund. patrim. lib. 11, Ias. d. consil. 229, in princ. vers item locatio, lib. 2,* & in locatione Vectigalium Fisci, *l. penes, C. de Vectig. & commiss. l. locatio in princ. ff. de public. & vectig. Ias. d. cons. 229, in prin. in vers. item locatio,* latè *Mang. de subhast. d. q. 34, numer. 4, & seq. & numer. 8.*

67 Quintò in venditione pignoris judicialis, *l. ordo, C. de exec. rei jud. l. 1, & l. fin. C. de fid. instr. & jur. hast. Fisc. lib. 10, Gallens. de obligat. Camer. quæst. 37, numer. 29, Salust. Tiber. in prax. libro 1, cap. 42 num. 1, & seqq. Mang. de subhast. q. 21, num. 1, & seqq.*

68 Est autem pignus judiciale illud, quod fuit captum per Executores in executionem Mandati executivi, vel rei judicatæ, & sic in causam judicati extra ordinem, juxta textum *in l. si pignora, ff. de evict.* & juxta praxim supra relatam quam tradit etiam *Salust. Tib. d. lib. 1, cap. 41, nu. 6, & seq. Suarez in l. post rem judicatam ad declarat. Legis Regni in §. ulterius. num 1, ff. de re jud. Menoch. de recup. rem. 12, nu. 18, Duran. dec. 364, n. 29.*

69 Et dicitur judiciale, quia licèt ex Prætoris, hoc est Judicis jussu, proveniat, unde etiam aliquando Prætorii appellatione continetur, *ut in l. 2. C. de Prætor. pign.* nõ tamen ex Edicto Prætoris; sed per Officiales Curiæ pro executione judicati extra ordinem capitur, *d. l. si pignora, ff. de evict. Cuiac. obser. lib. 5, c. 30.*

70 Per simplicem tamen Mandati executionem ad effectum subhastationis factam, nisi sit subsecuta immissio, non potest dici constitutum jus pignoris judicialis, ita, & taliter, quod habeat vim immissionis, ad effectum ut competat jus offerendi, quod non competit, nisi Creditoribus habentibus hypothecam contra alium, post d. executionem factam, Immissum ut tradit *Seraphin. decis. 937, numero primo, & seqq.*

71 Sextò, in venditione, seu adjudicatione pignoris Prætorii, *Salicet. in l. ordo in primo not. numer. 2,* & ibi etiam *Bald, numer 4, vers. sed tu ulterius nota,* ubi quòd subhastatio requiritur, ubicumque agitur de vendenda re Absentis, *C. de exec. rei jud.* & quòd subhastatio debeat semper præcedere adjudicationem, aliàs adjudicatio non valeat, est text. *In l. 1, & 2, ubi Bart C. de fid. instr. & jur. hast. Fisc. lib. 10,* & tradit *Put. dec. 252, numer. 1, & dec. 283, numer. 2, lib. 2, Seraph. decis. 984, numer. 1, Mangil. de subhastat. quæst. 195, numer. 1, Rota post eundem Mangil. dec. 18, numer. 5, & seq. vers. secus autem, Cavaler, dec. 564, num. 5.*

72 Sed hoc primò non procedit, quando creditum excedit valorem rei captæ in tenutam, seu adjudicatæ, tunc enim adjudicatio æquitate potest sustineri, *Seraph. dec. 358, numer. 1, & dec. 984 numer. 5, & dec. 1005, numer. 1, Cavaler. dec. 564, num. 6.*

73 Secundò non procedit, quando bona fuerunt in subsidium adjudicata, seu data in solutum prævia æstimatione Judicis, *l. 1, ubi Salic. C. si in caus. jud. Afflict decis. 358, numer. 5, versic. 4, ratio. Rot. post Mangil. d. decis. 18, num. 4, & num 6.*

74 Tertiò non procedit, quando rei adjudicatæ valor non excedit quantitatem debiti, *Caval. dec. 564, n. 6.*

75 Quartò non procedit, quando deinde probatur, quòd tempore adjudicationis res adjudicata, etiam per viam subhastationis pluris vendi non potuisset, quia hoc casu intrat æquitas pro illius validitate, *Put. decis. 252, n. 7, & seq. & decis. 273, n. 3, lib. 2.*

76 Nam subhastatio fuit inventa ad fraudes evitandas, ne res in Debitoris detrimentum viliori pretio venderentur, *l. si quos, C. de rescind. vend. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1, c. 194, numer. 70. Gratian. discep. 479, n. 20, & seq. Mangil. de subhast. q. 74, nu. 8, Cas. Manen. dec. 19, nu. 42, & seq. Put. d. dec. 252, n. 7, lib. 2. Seraph. decis. 358, nu. 2,* ideo

77 † illius forma potest adimpleri per æquipollens, & si res vendita fuit, vel data in solutum pro justo pretio, valet venditio seu datio, si hoc deinde probetur, *l. fin. §. fin. ff. mand. Mandos. ad Roman. cons. 433, sub lit. A Cassad. decis. 2, nu 2, de jud.* cum aliis cumulatis per *Fenzon. ad Stat. Urb. d. lib. 1, cap. 194, n. 71, Put. d. decis. 252, lib. 2,* ete-

78 nim cessante † fraude debet etiam cessare forma subhastationis, quæ ob illam inventa fuit, *Gratian. d. discep. 470, n. 21.*

79 Acquiritur autem pignus prætorium dupliciter, videlicet ob rei contumaciam, & ob causam judicati.

80 Primo modo describitur, ut sit illud, quod datur per Judicem in contumaciam rei ex primo decreto, secuta tamen immissione *l. non est mirum, §. sciendum,* ubi *Bart. & Castren. nu. 2. ff. de pignor. act. l. 2. C. qui pot. in pign. hab. l. 1. C. de præt. pig. Alex. cons. 53, n. 5, lib. 5, Menoch. de recuper. remed. 12, n. 12, Fenzon ad Stat. Urb. lib. 1, c. 194, n. 2, & n. 13, Duran. decis. 364, n. 35.*

81 Secundo modo describitur, ut sit illud, quod datur per Judicem ex primo decreto, in vim rei judicatæ, seu mandati executivi, secuta tamen immissione, ut supra, *l. non mirum ff. de pign. act. Cujac. in rub. C. si in caus. jud. Duran. d. decis. 364, n. 6, n. 35, & n. 48, & seqq.*

82 Et dicitur prætorium, quia non tantùm Prætoris jussu, prout illud, quod rei judicatæ exequendæ causa, ut supra, per executores fit, sed etiam ex ipsius Prætoris Edicto, hoc est de jure Prætorio constituitur, *l. 3, C. ut in poss. legat. l. 3, §. 1. ff. de rebus eor. l. non est mirum. ff. de pig. act. Joa. Cal. in Lexic. jur. in verb. Pignus prætorium. & in verbo Prætorium autem.*

83 Cæterum qui vigore Mandati executivi se in possessionem immittendum curat, parum providè sibi consulit; nam, nisi subhastatio sequatur, non efficitur dominus, nec fructus suos facit, quinimo, quidquid dixerit *Gallef.* nec etiam verus possessor, sed tantùm detentor efficitur, *l. 1, §. 1 ff. de reb. eor. Salust. Tib. in Prax. libro 1, cap. 44, n. 6,* ubi de veriori, & receptiori, post *Neguzan. de pig. par. 3, memb. 2, nu. 6, vers. amplia. Magon. decis Lucen. 97, nu. 7, & seq. Duran. d. dec. 364, n. 48, & seq.*

84 Adjudicatio verò est judicio peracto rei, de qua agitur, Actori addictio, *l. fin. C. si in caus. jud. Alciat. in l. aliud est, §. inter multam, in verbo adjudicatio, nu. 8. ff. de verbor. sig. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1, c. 194, n. 14.*

85 Septimo in venditione pignoris conventionalis, *l. fin, ubi Bald. num. 2, C. de jur. dominii imper. Mangil. de Subhast. q. 160, n. 4,* præsertim de consuetudine, *Duran. decis. 445, n. 80,* & ita practicatur in Tribunali A. C. *Salust. Tiber. in Prax. lib. 1, c. 42, n. 3, & seq. & n. 16, & n. 19, Duran. d. decis. 544, n. 81,* Quod procedit etiam si data sit Creditori facultas illud vendendi, nam adhuc subhastatio est necessaria, Parte citata, *Salust. Tib. d. l. 1, c. 44, nu. 6, vers. cæterum, Mangil. de Subhast. q. 160, n. 14, Afflict. dec. 258, n. 3, in fin. & n. 4,* dummodo sit elapsum tempus ad pignus reluendum, & sic Debitor sit in mora, *Salust. Tiber. d. lib. 1 c. 42, n. 18, & seq.* post *Neguzan. de pig. par. 6 memb. 1, n. 1, in fin. & n. 11.*

86 Quinimò, quando adest obligatio Cameralis, censetur ab initio data facultas subhastandi pignus, quæ nihilominus etiam de jure tacitè inerat, *Duran. decis. 445, n. 83,* Parte tamen semper citata, ex prælegatis.

87 Est autem pignus conventionale, ut ex præmissis patet, illud, quod ex Partium conventione expressa, vel tacita, quæritur, & constituitur, *l. 1. ff. de pig. act. l. 2, C. de præt. pig. Jo. Calv. in Lexic. utriusque Jur in ver. pignus conventionale. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1, c. 194, n. 1, & n. 13, versic. sed conventionale.*

88 Octavò in actione reali, quando quis fuit immissus jure pignoris in Salviano, nisi quis velit potius jure pignoris possidendo, ex fructibus satisfieri, sed in hoc casu non potest deveniri ad subhastationem, & deliberationem, nisi prævia Principis licentia, *Pacif. de Salv. inspec. 4, c. 1 num. 14, Mangil. de Subhast. q. 126, nu. 14, Seraph. dec. 1100, n. 1, & seq. Rot. decis. 161, nu. 15, par. 6, recent. & in Romana dotis Mercurii 4 Julii 1635, coram bo. me. Pirovano.*

89 Preces verò Principi porrigendæ, prout ex formula, inferius *par. 2, cap. 6,* ponenda apparebit, continere debent, immissum in Salviano non posse sibi ex fructibus, nisi post decem annos, satisfacere, & quod ideo supplicatur committi eidem Judici, ut præfixo Debitori competenti termino ad reluendum d. pignus eo elapso, & pignore non redempto, ad illius subhastationem, & deliberationem plus offerenti procedat, *Mangil. de subhast. d. q. 126, n. 14, & q. 200, n. 3, Pacif. de Salv. Insp. 4, c. 1, n. 144. Rot. in Romana Nullitatis deliberationis, 6, Junii, 1642, coram R. P. D. Ghisilerio.* Et ita quotidie observat Praxis, & Curia, dum hujusmodi preces porriguntur in Signatura Sanctissimi.

90 Cæterum si infra breve temporis spatium Creditori potest ex fructibus pignoris satisfieri, ad subhastationem deveniri minimè potest, *Buratt. decis. 627, n. 10.*

91 Ratio verò, cur immissus in Salviano non possit sine Principis licentia ad subhastationem procedere, illa est, nam, quicquid dixerit *Covar.* sententia lata in Salviano impedit transitum de judicio ordinario summario ad executivum, & repugnat natura Salviani, in quo conceditur immissio tantum causa pignoris, ut Creditor sibi ex fructibus satisfaciat, *Rot. d. dec. 161, nu. 12, & seqq. par. 6, rec.*

Ad validitatem autem subhastationis multa requiruntur, &

92 Primò requiritur, quod constet de vero credi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dito ejus, ad cuius instantiam proceditur ad subhastationem, *l. Qui accusare, C. de eden. Osasc. dec. 109. num. 4. vers. 3. Rota decis. 476. n. 4. p. 2. rec.* aliàs subhastatio est nulla, *Rota decis. 36. n. 15. p. 5. recent.*

93 Unde inferri potest, quòd subhastatio facta pro majori summa, quàm sit creditum, si excessus sit in decreto, vel in mandato, est nulla in totum, tamquam proveniens ex radice infecta, *Bart. in l. Si non sortem, §. si centum, n. 6. & ibi Jas. n. 2. ff. de cond. indeb. Put. decis. 323. n. 1. & seqq. lib. 1. Rota dec. 33, n. 6. par. 2. div. & decis. 545. n. 6. & dec. 630. n. 3. p. 2. & dec. 361. n. 1. par. 5. recent. Greg. dec. 319. n. 3. & dec. 373. n. 2. Duran. dec. 30. n. 4. Buratt. dec. 9. n. 2. & seq.* etiam si excessus sit in minimo, *Rota dec. 296. n. 6. p. 3. & decis. 165. nu. 4. par. 4. recent. Gregor. dec. 198. n. 1.* & ibi *Beltramin. lit. A. Ferentill. ad Buratt. dec. 91. n. 4.* ubi alias decisiones cumulat.

94 Sed hoc primò non procedit, quando subhastatio fuit facta pro minori summa, quàm sit debitum, *Rota dec. 165. num. 4. vers. dicitur, p. 4. recent.*

95 Secundò non procedit, quando excessus esset tantùm in executione, quia fuit facta in re majoris valoris ipsius debiti, etenim illud plus restituitur debitori, *Bald. in l. fin. n. 4. vers. & non plus, C. de jur. domin impetr. Mandos. ad Roman. cons. 454. sub lit. T. vers. Tunc autem, ubi in fin.* de receptiori opinione testatur *Beltram. ad Greg. dec. 198. n. 1. vers. Secùs autem, Afflict. dec. 218. n. 2. Rota decis. 545, num. 6. par. 2. recent. Buratt. dec. 49. n. 13.* & ibi *Ferentill. lit. A.* alias decisiones cumulat, *& dec. 91. n. 3.* & ibi *Ferentill. lit. A. n. 5.*

96 In quo tamen animad vertendum est, non posse subhastari rem magni valoris pro parvo credito, *l. magis puto, §. Non passim, & §. Item prætor, ff. de rebus eorum, l. 2. & l. Si quos, C. de rescin. vend. Salust. Tib. in prax lib. 1. cap. 42. n. 15.* ubi ita vidisse observari, testatur *Galganet. ad Statut.*

97 *Urb. lib. 1. cap. 191. in prin.* ubi, quod pro parvo debito debet subhastari res minus damnosa debitori, *Gallesi. de oblig. Camer. qu. 37. num 29,* ubi quod in hoc humaniter est procedendum, cum minori, quàm fieri possit, debitoris jactura, *Mangil de subhast. q. 17. n. 1. Cavaler. dec. 585. n. 4. Burat. dec. 627. n. 9.*

98 Secundò requiritur citatio partis, *l. Creditor la seconda, C. de distract. pign. l. de unoquoque, ff de re jud. Rolan. cons. 32. num. 30. lib. 1. Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 42, num. 1, & seqq. & cap. 44. n. 6. Mangil. de subhast. qu. 183. n. 1. Afflict. dec. 358. num. 3 Rota decis. 476. num. 4. par. 2. recent. & post Mangil. de subhast. decis 5. num. 8. Greg. decis. 319. num. 1. Buratt. dec. 703. num. 1,* aliàs parte non citata, subhastatio est nulla, *Mangil. d. qu. 183. nu. 1. Rota dec. 594. num. 2. par. 4, recent. Buratt. d. decis. 703. in princ.* prout etiam non citato possessore, de cuius interesse agitur, *Mangil. de subhast. qu. 4. n. 3.* ubi quòd non sufficit citatio generalis, *Buratt. dec. 614. n. 1.*

99 Et non solùm requiritur citatio ad videndum subhastari ex prælegatis, sed etiam ad videndum deliberari pignora, seu bona, ultimò & plus offerenti, *Salust. Tib. in prax. lib. 1. c. 43. n. 1. & seqq. Greg. dec. 426. nu. 1. Buratt. d. dec. 703, n. 1. Mangil. de subhast. q. 147, n. 10.*

100 Citatio autem debet esse personalis, & si citandus non potest inveniri, debet exequi domi dimissa copia; quod si domum non habet, citari debet per Edictum, prout in terminis subhastationis tradit *Bald. in l. fin. n. 3. C. de jur. domin impetr.*

101 Sed hoc non procedit, quando fuit actum vigore obligationis Cameralis; nam tunc citatio personalis non requiritur, *Zacch. ad Gallesi. de oblig. Camer. q. 27. n. 13. Salust. Tib. lib. 1. c. 51. nu. 1.* cum aliis allegatis suprà *c. 3. sub lit. B. vers. Hoc tamen non procedit, n. 28. & seqq.*

102 Et hoc de stylo Tribunalis A. C. vendicat sibi locum, etiam quando fuit actum contra obligatum in forma Guarantigiæ, aut sub aliis formulis executivis, necnon etiam in causis ordinariis, in quibus de majori summa, quàm viginti Ducatorum non agitur, sic etiam disponentibus ejusdem A. C. facultatibus, *Gregor. XIV. in Const. Ad generis, sub n. 11 impress post Salust. Tib in prax. lib. 4. Paul. V. in Const. 28, Eximia, n. 11,* & ita quotidie observat praxis.

103 Cæterum quod dicitur, eum, qui domum non habet, citandum esse per Edictum, recipit declarationem; nam si quis se in Curia in forma Cameræ obligaverit, & recesserit, non relicto procuratore acceptante in actis, nec electo domicilio, ubi citari velit, proceditur contra eum per contradictas, absque alia citatione personali, aut domi dimissa copia in partibus, in quibus degit, ex allegatis suprà, *d. c. 3. sub lit. B. vers. Hoc tamen, n. 28.*

104 Si verò quis degit in Curia, sed latitat, nec ejus domicilium reperitur, fiunt solitæ diligentiæ de illo reperiendo, & si non reperiatur, proceditur contra eum per affixionem, juxta superius tradita *sub c. 4. in lit. E. n. 11.*

105 Ex quibus infertur, quòd si judicium fuit cæptum per contradictas, vel per diligentias, & successivè per affixionem, ut suprà, vel aliàs legitimè, juxta suos casus, proceditur ad ulteriora in subhastatione, prosequendo judicium eodem modo, & forma quibus fuit legitimè cæptum; Si verò judicium non fuit cæptum, inchoatur legitimè, ut suprà, prout casus contingentia requirit.

106 Hîc tamen obiter est observandum, quòd quando dubitatur, ne debitor in forma Cameræ obligatus, aut aliàs pars adversa probet absentiam, vel præsentiam, cautius erit, illum citare unico contextu per contradictas, ac etiam per diligentias, & affixionem; nam hoc casu, sive fuerit absens, sive præsens in Curia, utroque modo judicium remanebit validum, & ad nihilum illi proderit, præsentiam, vel absentiam allegare, aut probare, & ita à magis cautis sæpius observari vidi, & ipse observavi aliquando.

107 Tertiò requiritur decretum Judicis, *l. 2 ubi DD. C. si in caus. jud. pign. cap sit. Salust. Tib. d. lib. 1. c. 43. n. 1. Gallesi. de oblig. Camer. q. 37. n. 31. Rot. dec. 476. n. 4. par. 2. recent.* & post *Mangil. de subhast. dec. 3. n. 8.* & non solùm in subhastatione, sed etiam in deliberatione, *Salust. Tib. lib. 1. cap. 3. nu. 1,*

Gallesi.

Galleſ.de oblig.Camer.d q.37.n.31, Burat dec.703, n.1.& n.3. Deliberatio † etenim eſt pars ſubhaſtationis,& complementum,& ſicut ſine ea ſubhaſtatio non eſt perfecta, *Mangil. de ſubhaſt.qu. 68.n.24.* ita illa nulla exiſtente, tota ſubhaſtatio corruit,*Buratt.d.dec.703.n.1. & ſeqq.* ſed † hoc non procedit parte cònſentiente,tunc enim poteſt procedi ad ſubhaſtationem ſine alio decreto,*Rot.dec.165.n.2.par.4.rec.* nam regulariter ſolemnitates ſubhaſtationum ſupplentur per conſenſum partis, *Rot.poſt Zasch.de oblig.Camer. dec.13.n.5.*

Quartò requiritur, quòd ſi procurator inſtat pro ſubhaſtatione, parte opponente, doceat de legitimo mandato procuræ, *Rot.d.dec.476.n.4. par.2.recent.* & poſt *Mangil.de ſubhaſt.dec.3.nu.3.* adeò quod de mandato procuræ non docto, tunc corruat ſubhaſtatio, *Rota poſt Mangil.d.dec. 3.num.3.* ſicut procuratore legitimo non citato *Greg.dec.378.n.1.*

Quintò requiritur, quòd ſubhaſtatio, ſeu deliberatio fiat præſente pecunia , aliàs enim eſt nulla,cùm nec Executor,nec Judex poſſit habere fidem in hoc caſu de pretio, *l.à divo Pio, §.ſed ſi emptor,ff.de rejud.Bart.in l.1 n.5. C. de fid:inſt.& jur.haſt. Fiſc.lib.10. Papien.in prax.tit. de execut. ſent.in §. Publico Nuntio,n.6.verſ.poſt hæc, Mangil.* qui alios cumulat, *de ſubhaſt.q.115.n.1, Rot.dec. 464.n.1.par.3.& dec.507.n.3.par.3. & dec.411.n. 12.par.5.recent.Greg dec.23 n 1,* & ibi *Beltram. ſub lit.A.& dec.28.n.3.& dec.319.n.4.Duran.deciſ. 257.n.10. & ſeq.*

Sed hòc primò non procedit, ſi aliter obſervet conſuetudo regionis, in qua fit ſubhaſtatio, quæ tamen conſuetudo eſt probanda, *Beltram. ad Greg dec.23,n.7.*

Secundò non procedit, quando hæc ſolemnitas fuit remiſſa ab eo,ad cujus inſtantiam fit ſubhaſtatio, nam de conſenſu ipſius creditoris poteſt procedi ad ſubhaſtationem, & deliberationem habita fide de pretio, *Rot.dec.464.n.1, par.2,& dec.232,n.4.& dec.284,n.2. & dec 507. n.3.par.3.& dec.411.n.13. & ſeq. par.5.rec.Greg. dec.430.n.4. Beltram.ad Greg.dec.23.n.5. & ſeq. Duran.dec.257.n.12.*

Quæ quidem fallentia declaratur primò, ut locum habeat , quando hujusmodi creditoris conſenſus intervenit in ipſo actu deliberationis loco,& vice præſentis pecuniæ,prout requiritur ad hoc,ut tunc debitor liberetur,nam aliàs non ſuffragatur,*Beltram.ad Greg.d.deciſ.23,n.6. Duran.d.deciſ.257.n.13.* cum aliis prælegatis.

Declaratur ſecundò,ut locum habeat, quando agitur ſolùm de intereſſe creditoris, quia totum pretium illi debetur , ſecùs ſi pretium ex parte ſit debitori reſtituendum, tunc enim non poteſt haberi fides de pretio, niſi etiam debitor conſentiat,quia militat eadem ratio in debitore, quæ in creditore,ut ad ſenſum patet, *Duran.d. dec.257.n.14.*

Tertiò non procedit, quando fuit aliàs in bonis de pretio ſatisfactum,nam verbum pecuniæ in materia ſubhaſtationis non accipitur ita ſtrictè pro ea,quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione,*l.4.§.ait prætor, & §. condemnatum, in fin.verſ.ſolviſſe,ff.de rejud. Mangil.de ſubhaſt.qu. 115.n.6.Greg,dec.28,n.1. Rota deciſ.232,n.4.par.3. recent.*

Sed hæc ſatisfactio debet intervenire in actu deliberationis; nam promiſſio de tradendo, aut de accollando,ſeu ſolvendo nihil eſt,*Greg.dec.28 n.1.Mangil.de ſubhaſt.q.115,n.7.*

Sextò requiritur , quòd debitori aſſignetur terminus ad reluendum pignus , qui quidem terminus in ſubhaſtationibus rerum Eccleſiæ,& Minorum eſt viginti dierum, *Auth hòc jus porrectum, C.de ſacroſanct.Eccl.Roland.conſ33,n.14, lib.1.Greg.dec.485.n.9.Rota deciſ.406. n.5. par.4, & dec.113, n.17,par.7.recent.* Et hic terminus poteſt à Judice prorogari,ſed non minui, *Mangil.de ſubhaſt.q.10.n.7.& ſeq.Rota d.dec.113.n.19, par.7,recent.*& poſt *Mangil.de ſubhaſt.dec.106.n.7 verſ.ulterius ibi,quam etiam.*

Et licèt verus ſit in alienatione bonorum Minorum non requiri ſubhaſtationem, quinimò illam, nec de Jure Canonico in alienatione rerum Eccleſiæ eſſe neceſſariam, ex allegatis ſuprà *verſ.ſed hoc procedit,de jure civili, & verſic ſed hoc pariter procedit, de jure civili,n.6. & ſeq.*nihilominus ſi bona Minorum, aut Eccleſiæ fuerint in executione capta,vel aliàs in pignus conceſſa, non poterunt diſtrahi , niſi ſaltem per viginti dies ſubhaſtentur,ex prælegatis.

In reliquis verò, quicquid ſit in rebus Fiſci, Reipublicæ, & civitatis, de jure communiter minus ad reluendum eſt Judici arbitrarius. *Rolan.d.conſ33,n.14,lib.1,* cum aliis cumulat per *Mangil.de Subhaſt.q.10,nu.3, & ſeq.* ubi de receptiori DD.opinione reſtatur.

Verumtamen in Curia iſte terminus eſt à ſtylo,& à conſuetudine definitus, nam ad reluendum mobilia aſſignantur decem dies, Judex enim mandat illa deliberari , niſi infra decem cum intimatione*Saluſt.Tiber.lib 1.c.43,n.2. Buratt.dec.703,in princ.* ad reluendum verò ſtabilia aſſignantur triginta dies, nam Judex mandat ea deliberari , niſi infra menſem cum intimatione, *Saluſt.Tib.d.lib.1,c.43,n.2, Galleſ.de oblig. Camer. q.37,n 31.Buratt.dec.574,n.9.& d.dec.703.in prin. Rota dec.113,n.15,par.7. & poſt Mangil.de ſubhaſt. dec.106,n.7.*

Menſis etenim, ad effectum de quo agitur, pro ſpatio triginta dierum currentium in Tribunali A.C.accipitur, *Galleſ.de oblig.Camer.q.37 n.31.Saluſt.Tib.d.lib.1,c.43,n.5, & ſeq. & n.12.* ubi quòd ex cauſa poteſt iſte terminus à Judice abbreviari.

Deliberatio autem facta novo oblatori poſt menſem,poſt decem dies reſpectivè,ut ſuprà, ſine nova citatione,& novo Decreto,eſt ipſo jure nulla,*Burat.dec.786,n.1.*

Sed hoc vigore ſtyli Tribunalis A.C. & reformationis *fel. mem.Pauli V.quæ eſt ejus Conſtit. 71,Univerſi agri,in §. Baroncelli verſ. ad hæc in pignorum ſubhaſtationibus*; non procedit, quando poſt terminum in deliberatione præfixum ſupervenit novus oblator, qui plus offerendo fecit absque difficultate meliorem conditionem tam debitoris,quàm creditoris; nam tunc non eſt nova citatio , nec novum Decretum neceſſarium , cùm eorum conditio melior etiam ipſis invitis, & ignorantibus fieri poſſit,

Burati.

Buratt.d. decis.786, n.2, & seqq. & ibi *Ferentill. sub n.9*, alias decisiones cumulat.

125 Debet perneceſſe deliberatio fieri ad favorem ultimi, & majoris oblatoris, *Buratt.dec.891 n.1*, aliàs facta minori oblatori, licèt ultimo eſt nulla, *Buratt.dec.735.n.1.*

126 Et quando poſt terminum decẽ dierum, aut menſis ſupervenit novus oblator plus offerens, non debet ei fieri deliberatio, niſi prius intimato eo, qui anteà licitando vicerat, ut poſſit iterum, ſi velit, per totam ſequentem diem magis offerre, alioquin deliberatio ei, ad cujus favorem facta eſt, non ſuffragaretur *Paul. V. in reform. Tribun. Urb. quæ eſt d. eius Conſt. 71, Univerſi agri, in §. Baroncelli, verſ. ad hæc in pignorum.*

Sed hoc non procedit, quando deliberatio fuit facta plus offerenti ſer. ſer. & dum nullus alius comparuit oblator, quia tunc d. intimatio non requiritur, præſertim hodie: quia, quando fiunt deliberationes in depoſitaria, oblatores ſunt ibi præſentes, ut caveatur in conſtitutione ſan. mem. Urbani VIII. *Rota in Romana ſpolii, 1. Decembr. 1642. coram R. P. D. Ghiſilerio.*

127 Termino autem ad deliberandum pendente poſſe alium plus offerre, & meliorem conditionem, tam debitoris, quàm creditoris facere absque alia citatione, & Decreto, ex præmiſſis ſequitur à majoritate rationis, prout ſic obſervari in A. C. Tribunali, teſtis eſt *Saluſt. Tib. d. l. 1. c. 43, n. 7.*

128 Verùm ſicut in Curia terminus ad reluendum à ſtylo definitus eſt obſervandus, ex præallegatis, ſic etiam in aliis locis, in quibus Statutum, vel conſuetudo, aut ſtylus aliter terminum hujusmodi definit Statutum, ſeu conſuetudo, aut ſtylus obſervari debet, ne aliàs ſubhaſtatio corruat, *Rolan. à Valle conſ. 33, n. 14. lib. 1. Mangil. de ſubhaſt. q. 147, n. 12. Magon. deciſ. Foren. 132, n. 10. Seraph. deciſ. 995, n. 3. Buratt. dec. 174, n. 9.*

129 Nec terminus à Judice cum intimatione præfixus currit, niſi intimatione executa, & poſt diem illius executionis, *Saluſt. Tib. d. lib. 1. c. 43, n. 3 Mangil. de ſubhaſt q. 10, n. 9. Rota dec. 228. n. 8. par. 6. recent.*

130 Et debet antequam expediatur Mandatum deliberando, intimatio reproduci, ut Judex poſſit eſſe certus de lapſu termini ad reluendum debitori aſſignati, *Saluſt. Tib. d lib. 1. c. 43, n. 4. Mangil. de ſubhaſt. q 347, n. 9. Seraph. deciſ. 1100, num. 9. Rota dec. 725, n. 8, par. 2, recent.* aliàs deliberatio eſt nulla, *Seraph. d. deciſ. 1100, n. 9. Rota d. dec. 725, n. 8. par. 2, recent.*

131 Septimò requiritur, quòd affigantur Edicta in loco ſubhaſtationis, & judicii, & ſi ſunt ſubhaſtanda bona in partibus exiſtentia, vigore mandati in Curia relaxati, requiritur, quòd affigantur hujusmodi edicta etiam in loco, ſeu territorio, in quo bona ſubhaſtanda reperiuntur, pro reperiendis oblatoribus: nec aliter poteſt ad ſubhaſtationem juridicè procedi, niſi prius habita ab Officiali illius loci relatione de Edictis ibi publicatis, *Paul V. in d. Conſtit. 71, Univerſi agri. in §. Baroncelli, verſ. & quando contingit poni ſub haſta*, & ita quotidie obſervat praxis.

132 Octavò requiruntur de ſtylo Curiæ ad minus tres oblationes, *Saluſt. Tib. lib 1, cap. 42, n. 12, Mangil. de ſubhaſt. q. 247. n. 15. Rota deciſ. 113, n. 14, par. 7. recent.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 196, n. 7, alterum*, & paſſim obſervat praxis & Curia.

133 Ex quo infertur, quòd ſi ultimus licitator ex tribus renunciaret oblationi factæ, & ob id fieret deliberatio ſecundò, & ſic penultimo oblatori, ſubhaſtatio eſſet nulla, quia debet fieri majori oblatori, *l. eum, qui, ff. de in diem adject. l. à divo Pio, § ſi pignor. ubi Alex. n. 11 ff. de rejud. Buratt. dec. 703, n. 6. Rot. dec. 113. num. 12. par 7. recent.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 106, n 7.*

134 Nec relevaret enunciatio, vel quia cùm Licitator obligetur ex ſua pollicitatione, tenetur emere, & pretium ſolvere, nec poteſt pœnitere, niſi Reipublicæ ſic expediat, *l. ſi tempore ubi Bart. n. 5, C. de fid. inſt. & jur. haſt. Fiſc. lib. 10, l. Licitatio, aliàs locatio, in prin. ubi Bart. n. 4, ff. de public. Veſtig. Rot. deciſ. 376, n. 5 par. 4, & deciſ. 113. n. 13, par. 7, recent.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. d. deciſ. 106, n. 7, verſ. & licèt.*

135 Vel quia ſi renunciatio valeret, ſubhaſtatio remaneret cum duobus tantùm oblatoribus, & ſic eſſet contra ſtylum Curiæ, & per conſequens nulla, & invalida, *Rot. d. dec. 113. nu 14. par. 7, rec.* & poſt *Mangil. de ſubhaſt. d. dec. 106, n. 7, verſ. alterum.*

136 Poſt omnes autem oblatores admittitur etiam creditor ad licitandum, & faciendum meliorem conditionem debitoris, quo caſu poteſt ei, tamquam plus offerenti, pignus deliberari, *l. 2 C. in cauſ. jud. pig. cap. ſit, Alex. in l. à divo Pio, § ſi pignora, n. 11 ff. de rejud. Surd. conſil 250, n. 6. Beltram ad Greg. deciſ. 12, n. 3, verſ verum, Mangil. de ſubhaſt. q. 154, n 5, & ſeq. Rota dec. 411, n. 8, in fin. par. 1, recent.*

137 Et multò magis in defectum aliorum oblatorum, ſive oblator non inveniatur, ſive juſtum pretium non offeratur, *d. l. 1. Bald. & Salic. C ſi in cauſ. jud. pig cap ſit, Saluſt. Tib. lib. 1, c. 44, n. 3. Galleſ. de obligat. Camer q. 37, n. 30, Surd. conſ. 256, n. 5, in fin. & n 6. Afflict. dec. 350, n. 5, Seraph. deciſ. 1478, n. 1, Greg. dec. 12, n. 1,* & ibi *Beltram, n. 2, & ſeq. Rota dec. 411, n. 8. par. 5, recent.*

138 Si verò nec ipſe creditor velit licitare, poteſt ei Judex, prævia æſtimatione, adjudicare pignora, ſeu bona pro juſto pretio, juxta text. in *d. l. 2, C. ſi in cauſ. jud. pig. cap ſit*, quam praxim tradunt *Saluſt. Tib. lib 1, cap 44, n. 4, & ſeq. Galleſ. de oblig. Camer. q. 37, n. 30. Put. dec 252, num. 2 lib. 2. Mangil. de ſubhaſt. qu. 160, n. 10. & ſeqq. Seraph. dec 980, num. 1. Rota dec. 391, num. 1, & deciſ. 463, num. 3. par. 3. recent.*

139 Nonò requiritur, quòd bona ſubhaſtanda æſtimentur, *l. ſi quos, C. de reſcind. vendit. Saluſt. Tib. lib. 44. num. 5. Rolan. conſ. 32, num. 33, lib. 1, Afflict. deciſ. 88, num. 5, & ſeq. Mangil. de ſubhaſt. q. 18, num. 1, & ſeqq. Rota deciſ. 411, nu. 6, in fin. & n. 7. par. 5. recent.*

140 Sed hoc ſignanter recipit declarationem, ut non procedat, quando agitur per viam oblationis, tunc enim bona conſignantur Licitatori plus offerenti absque alia æſtimatione, *Mangil. de ſubhaſt. d. q. 18. num. 6, & 8. Rota deciſ. 411. n. 9, par. 5, recent.* & poſt eumdem *Mangil. deciſ. 18, nu. 8.*

141 *num.* 8, & ita quotidie obſervat praxis ; nam quando bona fuerunt, ut ſupra majori oblato i deliberata, eo ipſo præſumuntur deliberata pro juſto pretio, *Rota dec.639, n.1,par.3, & dec.411, n.10.par.3,recent.*

142 Poteſt tamen, ſi poſteà de læſione conſtiterit ultra dimidiam juſti pretii, reſcindi venditio facta ſub haſta, remedio *l.1, C. de reſcind. vend. Mangi de ſubhaſt.d.q.18,n.11. Rota deciſ.256, n.3. poſt conſ.crim.Farinac.lib.2,Cavaler.deciſ.187,n.1. Buratt.dec 675,n.8.*

143 Secundò igitur recipit declarationem ſupradicta concluſio,ut non procedat, quando non conſtaret de magno exceſſu inter pretium juſtum,& illud pro quo facta eſt ſubhaſtatio,*Gratian diſcep.7,n.22.*

144 Tertiò, non procedat, quando pretium eſt adeò manifeſtum, ut non poſſit intervenire aliqua colluſio,*Mangil.de ſubhaſt.d.q 18.n.7.*

145 Quartò,ut *d.l.ſi quos*, non procedat in debito privatarum perſonarum, niſi conſtaret de magna læſione, vel res magni valoris daretur pro modico,ſed benè in ſubhaſtatione publicarum functionum, & quando non adeſſet Licitator, ex cumulatis per *Mangil. de ſubhaſt. d.q.18.n.9,& ſeqq.*

146 Quintò denique,ut non procedat, quando res eſſet in continuo periculo deſtructionis, vel amiſſionis,ex deductis per eumdem *Mangil.d.q. 18,n.12.*

147 Decimò requiritur *, quòd ſervetur forma mandati ; nam, eâ non ſervatâ ſubhaſtatio eſt nulla,*Seraph.deciſ.929,n.1*, prout quòd ſerventur de ſtylo ſervanda,ut ſit valida, *Buratt.d.dec.675, n.1*,cùm aliàs ſubhaſtatio ſit nulla, *ex ſuperius allegatis n.128.*

148 Undecimò tandem requiritur præſentia Licitantis,tam in actu licitationis, ut obligetur ex ſua pollicitatione,juxta ſuperius tradita in *8.requiſito.verſ.Nec relevaret, n.134*, quàm etiam in actu deliberationis juxta formulam inſtrumenti ſuperius poſitam , & ſic quòd deliberatio fiat etiam per ſcripturam,quam requiri,tradit *in l. contractus,nu.7, verſ.ſecunda verò, C. de fid.inſtrum. Mangil.de ſubhaſt.q.22,n.1, & ſeqq.* quotidie obſervat praxis.

149 Licèt autem ſubhaſtatio fiat ex cauſa neceſſaria,natura tamen venditionis non alteratur, *Duran.dec.257,n.7,& ſeqq.* ac proinde debitor tenetur de evictione,ac ſi ipſe vendidiſſet, *l. ſi prædium.& l.ſi ob cauſam,C.de evict. l.ſi pignora, ff.de evict.l.eleganter in prin.ff.de pig.act. Alex.in l.à divo Pio §.Si pignora,n.7.ff.de re jud. Fenzon.ad Statut. Urb.lib.1,cap.194.n.72.& ſeq.Saluſt.Tib.lib.1,c.13 num.15, Mangil.de ſubhaſt.q.20,n.9,& q.103,n.12.*

150 Nam in hac materia ſubhaſtationis intrat regula,quæ habet, factum Judicis, ritè, & rectè procedentis,reputari factum partis, *Fenzon.ad Statut.Urb.lib.1.c.194.n.71,& ſeqq. Rota dec. 284, n.2.par.3.recent.*

151 Non omitto,quòd facta ſubhaſtatione contra plures,illa non exiſtente quoad unum,eſt etiam nulla quoad alios,tamquam individua,*Rota dec.507,n.5.par.3,recent.Greg.dec.319,n.1*, ibi *Beltram.n.7.*

152 Sed hoc procedit in individuis, ſecùs in dividuis:unde infertur, quòd ſi mandatum poteſt exequi ſuper portione citati, absque eo, quòd præjudicetur portioni non citati , proceſſus quoad citatos eſt validus,*Beltram.ad Greg.d.deciſ.319,num.7*, ubi ad hoc Rotæ deciſiones allegat.

153 Hæc de ſubhaſtatione,& deliberatione dicta ſint ſatis, in cæteris in occurrentia facti poterit haberi recurſus ad *70. Antonium Mangilium , Antonium Nigrum, Ludovicum Poſtium*, & alios qui ex profeſſo de ſubhaſtationis materia ſcripſerunt.

B De deliberatione pignorum ſatis dictum eſt ſuprà,ſub præcedenti litera A.

C De expenſis taxandis ſatis dictum eſt ſuprà, cap.13. lit.NN.

D Similiter de quatuor terminis ad docendum de appellatione,dictum fuit ſuprà, cap. 13. ſub lit.GG. ideo ad ibi ſcripta me refero.

FINIS PRIMÆ PARTIS.